79

6068

170 leaves 4 illuminated capitals
340 pp 4 " floreate borders
numerous painted large + small, capitals
double columns.

Henricii Custos Expositio super
oratione Dominica et
super Salutatione Angelica
& super formulam fidei apostolica
written at Campen 1415.

Exposition of the Lords prayer, Angelical
Salutation, and Apostles Creed written
by Henry ~~C~~ Keeper of the Paro
chial church of Campan

1415

Manuscript. Henricii Custo's Expositio super Oratione Dominica et super Salutation Angelica et super formula fidei Apostolica. Fifteenth Century. Neatly written on one hundred and seventy leaves, three hundred and forty pages, double columns, with four initial letters illuminated in gold and colors, decorated with floreate borders, also in gold and colors, which are continued around the margins, and numerous large and small capitals, painted in red and blue, on every page.
Folio, old panelled calf, broken.

Hamies
xpp / L. Covais Dom
Sybek
Salutatur Aug

Incipit prologus Exposicionis
super ethicam [illegible]

Incipit prologus primus in exposicione super oracione dominica. primo

Reuerendo patri in christo
domino G. diuina prouide-
ncia ausameni (?) episco-
po. frater G. humilis monachus
abbacie hyrsaugiensis (?)
sibi subiecte et in
sua dyocesi constitute.
salutem v obediencia debitam et deuotam
Reuerende pater cum ab preces et reuerencia
virum frater bnardus minister fratrum
minorum in burgundia patris rursum migra-
cionem meam fratrum de ordine beati francisci
ad ordinem beati benedicti spe et deside-
rio magis proficiendi inseruit michi
litteram dimissoriam. concedens michi in
eadem ut in ordine beati benedicti rema-
nerem. hac condicione adiecta ut per
superiorem nullomodo auderem populo predicare.
nisi per ipsum vel per aliquem de successoribus
suis predicta condicio renouetur. quamuis
non deberet reputari presumpcio si super
hoc obediencie preciperem prelato. Ego
tamen hac condicione constrictus. ex quo predictam
dimissoriam recepi. id est a pridie nonas
maii anno domini millesimo CCC^o nonagesimo
a predicacionis officio penitus me re-
traxi. mihi quod ubi propheta dicens. Obmu-
tui v humiliatus sum et silui a bonis.
Et alibi. Eris mutus nec qui vir ob-
iurgans. quia domus exasperans est.
Et alibi dicitur de meis filiis v de me

Canes muti non valentes latrare. Qui-
a sicut testatur sanctum ewangelium. Seruus
piger et inutilis qui talentum in terra
abscondit a domino condempnatur. et sapiens
dicit. Sapiencia abscondita et thesaurus
absconditus que vtilitas in vtrisque. hic
est quod quia non possum vel non audeo vbo-
rum predicare populo. predicabo saltem in
scripto. Et quia non possum vel non audeo
offerre domino in medio ecclesie sue sa-
pienciam vel eloquencie argentum. offeram
ei saltem claniculo fragile pergamenum.
ad instar pauperum hebreorum. qui ad
ornamentum domini tabernaculi non valentes
offerre purpuram v bissum. offerebant
pelles pilos et caprarum. Si enim non
possum aurum ad altare domini offerre vita
plure manipulum. nichil quod offere non debeo
saltem vinum dicente poeta. Est quedam
prodire tenus si non datur vltra. Ideo de
talentulo michi scientiole a domino in-
dato. super oracione dominica que incipit pater
noster qui es in celis opusculum quoddam pro-
fitabile. compendiosum v vtile. ad hono-
rem dei v virtutis. et ad vtilitatem sacerdotum
simplicium adiuuante deo compilaui. et
vestre dominacioni transmisi. Reuerende domi-
nacioni vestre humiliter supplicando. ut quod
in eo reprehendendi simpliciter vel minus bene
dictum videritis misericorditer corri-
gatis. Et si forte quippiam ibidem appro-
babile fuerit apperietis. Et si penitus
vtilitate caruerit perpetuo silencio

Anno D. 1415.

suppinn iubeatis valeat vestra venanda
paternitas in domino nunc et semper amen.

Incipit prologus

[O]mni oratio dicitur primo inter que es melius etc.

Num vos debetis scire quod inter omnia opera que possunt fieri inter viros nullum opus est honorabilius nullum levius nullum
.i. utilius quam orare deum. ¶ Honorabilius est quia videtis quod magnus honor est viro homini paupero loqui frequenter et familiariter cum rege terreno. et certe multo maior honor nobis est loqui frequenter et familiariter cum rege celico et cum nos respectu eius nos omnes sumus pauperes et mendici. quia nec hora non possumus vivere sine elemosina eius. Prima de cuius elemosina vivunt et sustentantur omnes creature. ipse enim est rex regum et dominus dominantium ita in respectu eius maiestatis omnes reges et principes huius mundi non sunt nisi sicut pulvis et cinis. quod recognoscebat ille magnus patriarcha abraham qui volens loqui cum domino dicebat. loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Magnus ergo honor est servo vili et inopi loqui familiariter et crebro cum tanto domino idest cum deo omnipotenti. Cum ergo rege excellentissimo loquimur nos familiariter et secrete quociens ipsum oramus humiliter et devote et si frequenter oramus frequenter cum ipso loquimur. Et sicut legitur in vita beati francisci in oratione nos amplectimur christum tamquam patrem. alloquimur tamquam fratrem. supplicamus tamquam iudici gratias agimus tamquam redemptori. Sic moyses. sic aaron. sic abraham. sic ysaac. sic iacob. sic ysaias. sic daniel. sic patriarche. sic prophete cum domino sunt locuti. et hoc est quod dicit ysidorus in libro de summo bono sic. Qui vult frequenter cum deo esse frequenter orare et legere. nam cum oramus. cum deo loquimur. cum vero legimus deus nobiscum loquitur. Hic ergo patet quod non est opus honorabilius quam orare deum. Quod autem orando loquamur cum deo patet per sapientem qui dicit de viro iusto in conspectu altissimi deprecabitur. aperiet os suum in oratione et
pro delictis suis deprecabitur. ¶ Secundo dico .2.
quod non est opus levius. Prima alia opera potest impedire inopportunitas loci vel temporis vel debilitas vel infirmitas corporis vel defectus instrumenti vel materie competentis. Sed in omni loco. in omni tempore potest homo deum orare. nec ad hoc opus faciendum necesse est homini aliquod exterius sed gratie. quod patet sic. Dicunt enim sancti et doctores duobus modis oramus scilicet loquendo et meditando. sive oratione vocali et mentali. Quilibet autem potest loqui et si non potest loqui saltem potest desiderare et meditari. bonum autem desiderium et bona meditatio est optima oratio. et illa que placet plus deo. et magis que procedit de corde humili et contrito. secundum illud quod dicit psalmus. desiderium mei pauperum exaudivit dominus. pauperum idest humilium. sic enim exponit beatus augustinus illud evangelium ubi. et beati pauperes spiritu idest humiles et timentes deum non habentes inflantem spiritum. horum pauperum

desiderium exaudivit dominus. Ut sic dicitur psalmus.
Sacrificium deo spiritus contribulatus. cor con-
tritum et humiliatum deus non despicies.
Et alius psalmus. Respexit in oracione
humilium et non sprevit precem eorum. Vel
pauperes in hoc loco sunt qui omnino sunt
impotentes et lingua et manu et toto
corpore idest qui nec possunt loqui nec aliud
facere et tamen tales pauperes adhuc sunt
desiderando orare. et deus paratus est oracionem
desiderii eorum exaudire. Si sunt coram
deo pauperes idest humiles corde et parum
reputantes se. Et propter hoc bene dicit
prefatus psalmus. Desiderium pauperum
exaudivit dominus. Et nota quod dicit desi-
derium scilicet cordis non dicit verbum scilicet
oris et in hoc ostendit oracionem mentalem
plus esse appetendam quam vocalem. quia
oracio vocalis sine mentali parum prodest.
mentalis vero eciam sine vocali valens
est. De illis enim qui orant ore et non
corde conqueritur dominus dicens per prophetam.
Populus hic labiis me honorat, cor autem
eorum longe est a me. Ideo quidam versi-
ficator dicit super hoc bonum verbum valde
69 ingeniose. Non vox sed votum. non mu-
sica cordula sed cor. Non clamor sed
amor cantat in aure dei. Hic ergo
patet qualiter non est opus levius quam
orare deum. quia si homo tantum voluerit.
et si deus orandi graciam sibi dederit.
nec impetuositas loci nec temporis quem ab
opere oracionis impedire potest. et quia
est ita leve hortatur dominus. et postea ipsum
et per apostolum suum in omni loco et in omni
tempore orare. De loco dicit apostolus. Volo

viros in omni loco orare levantes ad
deum manus puras. De tempore dicit
dominus in evangelio. oportet semper orare
et non deficere. Tercio dico quod non 3
est opus utilius quia oracione possumus a
deo impetrare quodcumque necessarium est saluti
nostre. sicut in evangelio ipsius veritas
testatur ipsemet dominus ihesus christus qui
mentiri non potest. ita dicens Amen dico
vobis. quecumque orantes petitis credite
quia accipietis et fiet vobis. Ergo
cum homo quando orat debito modo est in statu
caritatis et non petit rem que sit contra-
riam saluti sue. debet credere certis-
sime quod optinebit a deo illud quod
petit. vel tunc quando petit. vel in tempore
in quo magis utile sibi erit. vel si
dominus tunc non dat ei illud quod tunc petit
dabit ei illud quod magis utile et
magis necessarium sibi noverit. Verax est
enim ille qui dicit. petite et accipietis.
querite et invenietis. pulsate et aperietur
vobis. Omnis enim qui petit accipit
et qui querit invenit et pulsanti aperietur.
Deinde quarto possumus dicere quod non est
opus sublimius sub celo quam deum orare.
quia orando possimus a deo impetrare
quicquid necessarium est saluti nostre. Hic enim
impetrabant sancti a deo expulsionem
demonum. curacionem morborum. susci-
tacionem mortuorum. conversionem infi-
delium. victoriam hostium. subieccionem
omnium necessitatum et tribulacionum. Oracio
enim valet et valuit in terra. in aqua.
in aere. in igne. in celo. in purgatorio.
in inferno. et de singulis possent poni

exempla que ad prius cum breuitate ob
mitto. quia non est modus scientificus
in prohemio uerbis effluere. et in tractatu
tu operis succinctum esse. Quia igitur oratio
est opus tam honorabile tam facile.
et tam utile. ideo sicut dicitur in ewangelio
beati mathei apostoli petierunt a christo sicut
boni discipuli a bono magistro. ut doceret
eos orare. quia sciebat quod meliore modo
nec addiscere non poterant. et dixerunt
ei. domine doce nos orare. et dominus di
xit. cum oratis dicite pater noster etc. et
docuit eos hanc orationem que vocatur oratio
dominica. quia a domino fuit dictata. et
ab ore suo sancto et benedicto primo postu
lata. et ab ipso fuit apostolis. et per apostolos
omnibus fidelibus tradita. Et propter hoc
hec oratio pre ceteris orationibus frequen
tatur et versatur per ora omnium christianorum.
nec immerito quia ab ore melioris
magistri non potuit ipsa dari. quam ab
ore domini nostri ihesu christi. Nec potuit
nobis publicari per meliores repe
titores. vel per meliores vite magistros
seu pedagogos quam per suos sanctos ewan
gelistas et apostolos. Est autem hec oratio
breuis et leuis in verbis. sed plura
et grauis vel pregnans in sententiis
Quia in ipsa sunt septem petitiones
in quibus petuntur omnia que sunt nobis
necessaria in presenti vita et futura. Et
quia gaudet breuitate moderni et
propter indeuotionem cordis nostri. breuis
sermo omnibus placet et prolixus dis
plicet. ideo hic faciemus finem ~~b~~ primi

sermonis. qui est quasi quidam prologus et intro
ductorius ad explanationem et expositionem
dominice orationis. ¶ Rogemus dominum ut det
nobis gratiam deum orandi. et orationem istam
et alias tam frequenter et tam deuote di
cendi. ut ipse in die iudicii non arguat
et condempnet nos propter negligentiam et
contemptum operis tam honorabilis et tam
facilis et tam fructuosi. Magnam enim
facit nobis gratiam. qui dat nobis tempus
acceptum ad orandum et in quo ipse paratus
est exaudire orationem nostram. De qua
gratia dicit apostolus Hortamur vos ne
in vacuum gratiam dei recipiatis. ait enim
tempore accepto exaudiui te et in die
salutis adiuui te. Tempus acceptum
siue acceptabile ad orandum deum est
totum tempus vite presentis et maxime
tempus sanitatis. quia in morte vel
in infirmitate vix potest homo bene
orare quia moriens vel infirmus vix potest
cogitare de alio quam de morbo quem
sentit in corpore proprio. et post mortem
nichil prodest oratio quam homo facit pro
se ipso. tunc enim non est tempus orandi
nec merendi. sed secundum merita recipien
di. Rogemus igitur dominum. ut dum sani
sumus et viuimus det nobis per istam
orationem et per alias inclinare cor
ad ipsum ut post mortem possimus per
uenire ad eius consortium. prestan
te domino nostro ihesu christo qui cum patre et
spiritu sancto viuit et regnat deus
per omnia secula seculorum ~~amen~~.

Explicit prologus secundus. Incipit expo
sitio super orationem dominicam. Pater noster.

Pater noster
qui es in celis
etc. Item sicut
in evangelio beati
mathei apostoli petie-
runt a domino ihesu ut
ut doceret eos orare. qui respondit
eis. cum oratis dicite pater noster etc. Scien-
dum autem quod in hac oratione sunt due
partes in quarum prima docet nos dominus
more boni ioculatoris volentis ali-
cui magnati placere. vel more boni
advocati. volentis aliquam graciam impe-
trare a iudice. vel more pauperis pe-
tentis elemosinam a divite. Docet nos
primo eius benivolenciam acquire-
re ipsum laudando. et hoc facit cum dicit pater
noster qui es in celis. In secunda parte docet
nos ei indigenciam nostram ostendere ab ipso
necessaria postulando. et hoc facit in resi-
duo orationis dominice cum dicit sanctificetur
nomen tuum ~~etc.~~ usque ad finem. Primo
dicit quod docet nos benivolenciam dei
acquirere ipsum laudando cum dicit pater noster
qui es in celis. Sciendum igitur quod hic
laudatur deus duplici laude idest laude
generali respectu universorum cum dicitur pater noster.
ipse enim est pater noster idest omnium crea-
turarum. quia ipse et nos et omnem crea-
turam condidit ~~condidit~~ et disponit
et custodit. propter quod dicit dominus in evan-
gelio. patrem nolite vocare vobis su-
per terram. quia unus pater vester est. Secundo
commendatur laude speciali respectu iusto-
rum cum dicitur. qui es in celis. idest in

omnibus iustis. Celum dicitur celi sic perca
videbitur quia habent in se spiritualia bona
et dotes et perfectiones quod in celis reperiuntur.
psalmus. Dominus in templo sancto suo. dominus in
celo sedes eius. Item ysayas. celum
mihi sedes est. Ideo templum in quo colitur
et honoratur deus. et idem celum in quo se-
det deus est anima iusti. Quod enim vir
iustus sit templum dei ostendit apostolus
qui dicit. Templum dei sanctum est quod
estis vos. Item quod anima iusti sit sedes
dei ostendit salomon qui dicit anima
iusti sedes dei est. Hic ergo laudatur
hic deus primo laude generali. respectu
omnium creaturarum cum dicitur pater noster. et
secundo laude speciali respectu animarum sanctarum
cum dicitur. qui es in celis. Modo videamus
de primo. Et sciendum quod sex modis dicitur
deus pater. idest ratione creationis. edu-
cationis. redemptionis. erudicionis. casti-
gationis. hereditationis. Primo dico
quod deus dicitur pater ratione creationis quia
et nos et omnes creaturas ipse creavit
idest de nichilo fecit. et ideo omnis
creatura debet ipsum adorare et colere
et diligere sicut faciebat apostolus qui dice-
bat flecto ~~ge~~ genua mea ad deum
et patrem domini nostri ihesu christi. ex quo omnis
paternitas. sive in celo sive in terra nominatur
unde dicit. omnis paternitas quia creari idest
de nichilo fieri non potest aliquis nisi a solo
patre celesti. et ratione creationis ipse est
pater creature universalis. et terrene et
spiritualis et celestis. et secundum hoc omnes
creature possunt se invicem fratres et sorores
vocare. Sed licet deus sit ratione

creatoris pater omnium est quodam speciali modo
est pre ceteris creaturis racionalium id est angelorum
et hominum quos ipse ad ymaginem et si
militudinem suam condidit. et quibus cogni
cionem sui dedit et quos ad participacionem
sue eterne beatitudinis ordinauit. Et
magis racionales creaturis nos quodam
speciali modo possumus ipsum patrem vocare.
quia sicut figulus propriis manibus format
vasculum de luto. et sicut mulier propriis
manibus format in fiscella caseum
de lacte coagulato. sic ipse compegit
et formauit corpus nostrum et omnia membra
nostra decem mensium spacio. in matrum
nostrarum ventribus. et post hoc infudit corpori
nostro viuificantem spiritum quem creauit de
nichilo. et hoc est de quo iob quasi bonus
filius gracias agebat patri celesti dicens
manus tue domine fecerunt me et plas
mauerunt me totum in circuitu ma
nus dei sunt sua potencia. sua sapiencia.
et bonitas sua. Deinde memento quod
sicut lutum feceris me. et in puluerem
reduces me. nonne sicut lac mul
sisti me et sicut caseum me coagu
lasti. pelle et carne vestisti me
ossibus et neruis compegisti me.
vitam et misericordiam tribuisti michi
et visitacio tua custodiuit spiritum
meum. Non est ergo membrum. non est
neruus. non est vena. non est capillus.
non est in singula in homine. qui non cla
met homini quod merito debet patrem ce
lestem diligere. quia sine ipso ut dicitur
in ewangelio mathei. ipse non potest
capillum album facere aut nigrum. nec potest
ad staturam suam addere cubitum unum

et ideo iste pater est honorandus et timendus
Honorandus sicut pater qui omnia dedit.
et timendus sicut dominus qui omnia auferre
potest quandocumque sibi placuerit. et hoc est quod
ipse dicit per malachiam prophetam. Filius
honorat patrem suum. et seruus timet
dominum suum. Si ergo pater ego sum. ubi est
honor meus. et si dominus ego sum. ubi est
timor meus. et ideo non est mirum si con
queritur. quia ipse habet multos peruersos filios
qui nec ipsum honorant nec timent sed
ipsum cottidie suis malis factis inhono
rant et blasphemant. et sermonem eius
propter sermonem sui aduersarii et sui
proditoris id est dyaboli repudiant
propter quod dicitur de talibus filiis peruersis et
degeneribus et ingratis improperat
pater celestis per os moysi dicens Gene
racio praua atque peruersa heccine reddis
domino popule stulte et insipiens. numquid
non ipse pater tuus qui possedit te et
fecit et creauit te et cetera. Deum qui
te genuit dereliquisti et oblitus es
domini creatoris tui. Certe magna ingra
titudo derelinquere ~~creatorem~~ suum ge
nitorem et obliuisci creatorem suum. Ge
nuit te deus qui et patrem generantem
et matrem concipientem tibi preparauit.
Genuit qui corpus tuum ex luto humani
seminis in vtero formauit. Genuit
qui formato corpori animam viuificatam
infudit. Genuit qui de angustiolo
matris vteri in ortu tuo viuum te
produxit. Quare ergo sine genitore
dereliquisti et oblitus es domini creatoris
tui. Dicis quo modo dereliqui. aut quo
oblitus sum. Respondeo Deus est veritas

et misericordia et sapientia. Quod sit veritas
testatur ipsemet qui in evangelio Johannis
dicit: ego sum via et veritas et vita.
Quod sit vita testatur David qui dicit:
Deus deus vita mea. Et Job in perso-
na Christi: ab infancia crevit mecum
misericordia et de utero matris mee
egressa est mecum. Quod autem sit sapientia
testatur apostolus qui dicit: Christum dicimus
dei virtutem et dei sapientiam. Qui
ergo relinquit et obliviscitur veritatem
propter mendacium, qui relinquit et
obliviscitur vitam et caritatem et
opera pietatis propter duriciam cordis
sui vel propter timorem et odium, qui
relinquit et obliviscitur sapientiam dei
propter sapientiam mundi, que stulticia est
apud deum, que sapientia consistit in acqui-
sicione rerum terrenarum et honorum transi-
torium sive delectacionum corporalium,
perfecto talis relinquit et obliviscitur
deum. Et vere iste contemptus et ista
oblivio regnat hodie in toto mundo
propter quod comminatur nobis dominus per
Osee prophetam dicens: Audite verbum domini
filii Israel, quia iudicium domino cum habi-
tatoribus terre. Non est enim veritas et
non est misericordia et non est sciencia dei
in terra. Maledictum et mendacium et
homicidium et furtum et adulterium
inundaverunt et sanguis sanguinem
tetigit, id est peccatum peccatum, unum scilicet
traxit ad aliud. Et nota quod dicit
inundaverunt, gallice sur[?] foris rive,
id est ad modum fluminis inundantis
quod exit extra ripas suas per totum
mundum se diffuderunt. Hec sunt ma-
la opera nostra, quibus nos sicut mali et
degeneres filii contempsimus et con-
tempnimus et derelinquimus et obliviscimur
patrem nostrum celestem, qui ideo creavit
nos ut eum diligeremus et ei serviremus
et ab offensa eius caveremus ut sic
participes sue beatitudinis effici me-
reremur. Unde ipse bene potest de nobis dicere
illud psalmiste: Oblivioni datus sum
tamquam mortuus a corde. Et nos bene
possimus bene dicere illud psalmi: Si ob-
liti sumus nomen dei nostri et si expandimus
manus nostras ad deum alienum, nonne deus
requiret ista? Ipse enim novit abscon-
dita cordis. Manus suas ad deum
alienum expandit qui aliam rem plus
quam deum diligit. Unusquisque enim illam
rem quam plus diligit deum sibi con-
stituit, sicut cupidi denarium. Ex-
emplum de divite qui cum esset mortuus
in medio denariorum suorum inventum
est cor eius. Et gulosi ventrem suum.
Exemplum in libro dialogorum de mo-
nacho qui credebatur colere deum et co-
lebat ventrem suum, quia ieiunans in
hominum facie comedebat occulte, et
in fine datus fuit draconi ad devo-
randum. Et superbi honorem mundanum.
Et luxuriosi carnis sue amorem
pollutum. Exemplum de lucifero qui
dixit: Ascendam in celum, id est ad equa-
litatem trinitatis, et ero similis altissimo,
quia superbia elatus nolebat habere deum
super se sed voluit sibi ipsi esse deus,
propter quod est de celo eiectus et in
infernum deiectus. Dic ergo pater

Ex^m

qualiter deus est pater noster ratione creationis.

Rogemus ipsum ut det nobis in recor-
de sue creacionis beneficium. ut de corpore et
anima que habemus a creatore sua reddamus
ei debitum obsequium. ne propter vicium in-
gratitudinis nostre excludamur a regno beati-
tudinis sue et relegamur in infernali car-
cere. Quod a nobis avertat qui sine fine vi-
vit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

Pater noster qui es in celis.

Vere dico quod pater celestis cui
nos clamamus pater noster etc.
est pater noster non solum ratione crea-
cionis ut visum est. sed etiam ratione educa-
cionis quia ipse est qui dat escam omni
carni. idest omni creature viventi.
Unde quod ipse dicit in evangelio ma-
thei. Respicite volatilia celi. Non
serunt neque metunt. neque congregant
in horrea. et pater vester celestis pascit
ea. Volatilia celi idest litteram sunt aves
volantes in aere. vel volatilia celi
sunt viri religiosi et contemplativi qui
per meditacionem et desiderium volant ad
celum. quos ipse pascit et nutrit de
aliorum substancia sine sua sollicitudine.
sicut volucres qui sunt in aere. Volu-
cres celi sunt homines mundi idest mali
prelati et principes terrarum et usurarii
qui nolunt hic laborare. sed laborabunt
in eternum secundum illud prophete. Et nos
tamen deus pascit. quia de pauperum
sudore et sanguine eos pasci permittit.
Sed in futuro esurient. quia sicut dicitur
in cantico moysi. Consumentur fame
et devorabunt eos aves morsu ama-
rissimo. Et demones qui etiam dicuntur
volucres celi. quia ceciderunt de celo
quos etiam iste pater pascit. quia animabus
malorum quas cotidie ad infernum per-
trahunt. pasci et delectari permittit.

Bene ergo possumus vocare eum patrem
ratione educacionis. quia ipse nutrit bonos
et malos. et multa beneficia prestat
ingratis. Ipse enim producit aves aeris.
et pisces maris et fluminis. fruges
camporum. fructus arborum. propter nutri-
mentum nostrum. et mittit cotidie solis
calorem et pluvie humorem propter fe-
cunditatem ad bonorum et malorum
educacionem. Unde ipse dicit in evan-
gelio mathei. Diligite inimicos vestros.
benefacite hiis qui oderunt vos. et
orate pro persequentibus et calumpniantibus
vos. ut sitis filii patris vestri qui solem
suum facit oriri super bonos et malos.
et pluit super iustos et iniustos. Boni
autem filii sunt. qui patris huius bene-
ficia recognoscunt. et quia sine ipso
unico momento vivere non possunt.
ideo eum toto corde diligunt. et totum
corpus suum in eius servicio expen-
dunt. Mali vero sunt multi. qui pa- filii
tris huius beneficia non recogitant. sed
de rebus temporalibus. et de bonis nature
et fortune que dedit eis ipsum continue
offendunt et impugnant. de quibus ipse
conqueritur per os ysaye prophete dicens. Fi-
lios enutrivi et exaltavi. ipsi autem
spreverunt me. Sunt enim sicut equus
nimis pinguis qui proicit ad terram
dominum suum. et sicut taurus indomitus
qui non potest ferre iugum. Unde in cantico
moysi. Incrassatus est dilectus et re-
calcitravit. incrassatus impinguatus

dilatavit. dereliquit deum factorem suum
et recessit a deo salutari suo. Incrassatus
terrenis bonis id est frumento vino et
oleo. Dilatatus honoribus et diviciis id
est dignitatibus, facultatibus, prediis, au
ro et argento, et ideo dereliquit deum
etc. Certe hec est magna temeritas
et ingratitudo, quia pater noster celestis pas
cit nos bono pane et potat bono vino
et nos pascimus et potamus eum felle et
aceto. Cibus enim suus sunt bone cogita
ciones et locuciones et operaciones nostre
in quibus ipse delectatur sicut famelicus
qui bono cibo reficitur. Unde in canticis
dicit anima sancta: quo dilectus meus pascitur
inter lilia, id est opera munda. Nos autem
cibo dei fel et acetum commiscemus qui bo
na opera in peccato mortali facimus quia ipsum
per admixtionem carnalitatis et cupi
ditatis invidie, odii et rancoris ama
ricamus, ita quod ipse potest dicere de nobis: Ego
cibavi et potavi eos frumento et vino
et oleo, lacte et melle et butiro, et
in sacrato altaris cibo et potu eos con
dio corpore et sanguine proprio. Ipsi autem
dederunt in escam meam fel et in siti mea
potaverunt me aceto. Hec est sitis qua
ipse paciebatur in cruce quando clamabat
sitio. Non enim siciebat vinum nec aquam
sed fidem et salutem nostram. Sic igitur patet
qualiter deus o pater noster irritatur contra
nos. In hac parte confidebat ille le
prosus de quo legitur in vitis patrum ad Exm
quem venerunt quidam greci volentes
dare ei elemosinam qui nolebat recipe
re dicens: Ecce modicas palmas ha
beo quas operor et facio plectas
et ex eis manduco panem. Item legitur

ibidem de vidua in eadem civitate ob Exm
stinente candidate que erat nuda cum
cum filiabus suis quas cum ipsi vellent indue
re noluit dicens: Ego habeo procura
torem meum deum patrem celestem et vos
cum voluntate vestra tollite hodie. Item
ibidem legitur sic obtulit quidam seni pe
cunias multas dicens: Habe ad expen
sas tuas quia senuisti et infirmus es.
Erat enim leprosus. Cui respondit: Tu post
sexaginta annos venisti auferre nutri
torem meum et patrem meum. Ecce in tem
poribus infirmitatis mee nullo indigui deo
nutriente me et pascente me, et non acquievit
accipere. Quoniam igitur confidebat in celesti
patre non oportebat eum timere de defectu corpo
ris necessaria temporalia vite. Sicut diffidunt illi
qui timentes ne sibi vel uxoribus et filiis suis
deficiant necessaria vite, fiunt usurarii et
dant animam suam dampnacioni eterne, et dum in
mundo temporalia diligunt et eterna negligunt
utraque in fine amittunt. Immo propter
ipsorum diffidenciam moriuntur aliqui pau
pertate et temporali et eterna. Exemplum Exm
habemus in vitis patrum de quodam or
tolano qui laborabat et omnem laborem
suum expendebat in elemosinam et tan
tum sibi retinebat quantum ad victum illius
sufficeret. Propterea vero sathanas misit in
corde eius dicens: Collige tibi aliquid
pecunie ne cum senueris vel egrotaveris
opus habeas expensas. Et collegit et
implevit lagenam de nummis. Contigit
autem infirmari et putrefieri pedem eius
et expendit quod collectum fuerat in medi
cos et nichil ei prodesse potuit. Postea ne
venit quidam de expertis medicis et dixit
ei: Nisi incideris pedem tuum totum corpus
tuum putrefiet. Et constituerunt in-

inciderent ei pedem. Illa autem nocte re-
diens in semetipsum et penitentiam agens
de hiis que gessit ingemuit et flevit
dicens. Memor esto domine operum meorum
priorum que faciebam cum laborarem in orto
de quo pauperibus ministrabam. Et cum hoc
dixisset stetit angelus domini et dixit
ei. Ubi sunt nummi quos collegisti et
ubi est spes de qua tractasti. Tunc intel-
ligens dixit. Peccavi domine ignosce
michi et amodo ulterius hoc non faciam.
Tunc angelus domini tetigit pedem eius
et statim sanatus est. Et surgens mane
abiit in agro operari. Venit autem medicus
secundum constitucionem cum ferramentis ut
secaret pedem eius et ~~dixit ei~~ et dictum
ei est quod a mane operari in agro. Tunc
admiratus medicus perrexit ad agrum ubi
operabatur ille et videns eum fodientem terram
glorificavit deum qui ei reddiderat
sanitatem. Non ergo debet diffidere de
patre celesti qui vult esse eius fideles
filii et recogitare eius beneficia mente
fideli. Rogemus dominum ut det nobis
ita uti beneficiis suis temporalibus in hac vita
quod digni simus eternis beneficiis in futura.
Pater m° ... Tercio Amen
dico quod ipse est pater modo racione
redempcionis quia cum priorum parentum
debito eramus omnes adiudicati infernali
ergastulo ipse sicut pater pius redemit
nos sanguine proprio pro nobis in cruce
fuso. Sicut enim dicit Petrus in epistola sua.
Non corruptibili auro vel argento re-
dempti estis de vana vestra conversacione
paterne tradicionis sed preciosa san-
guine agni incontaminati et inma-

culati ihesu christi. Vel dicendum quod dicit de vana
vestra conversacione quia antequam Christus passus
esset pro nobis hoc tempore vana erat nostra
conversacio quia per nulla opera per nullum
precium poteramus emere paradisum. Ita vita nostra
et conversacio nostra videbatur esse vana idest
inutilis et infructuosa. Vanum enim sicut dicit
beatus Bernardus. Vanum est quod non profert
fructum operantibus fulcimentum invitantium
plenitudine continenti. Hoc modo ergo erat
vana vita nostra quantumcumque esset bona quia
vanum est hic vivere vel bene vivere nisi detur
ei eternaliter bene vivere. Hanc autem
vanitatem contrahebamus nos a patribus
primis propter quod dicit paterne tra-
dicionis. Sequitur sed preciosa sanguine
etc. quia nostri psalmiste verbum quo
miseretur pater filiorum misertus est dominus
timentibus se quoniam ipse cognovit figmen-
tum nostrum. Vel dicendum quod dicit timentibus se
quia licet passio Christi possit omnes re-
dimere quantum ad sufficienciam. Item dicendum quod
dicit quoniam ipse cognovit figmentum nostrum
idest fragilitatem nostram quia humanum
genus erat ita fragile quod in tota paren-
tela sua non poterat aliqua persona inve-
niri nec in toto mundo aliqua creatura
que posset facere redempcionem istam. Ideo
misit deus pater filium suum qui pro
redempcione nostra dedit seipsum. Et ideo
ante nativitatem Christi eramus in desola-
cione maxima. Sed modo clamamus
cum apostolo. Benedictus deus et pater
domini nostri ihesu christi pater misericordiarum et deus
tocius consolacionis qui consolatur nos
in omni tribulacione nostra. Dico ergo
quod ipse est pater modo racione redempcionis quia
maius signum dileccionis non potest aliquis

pater ostendit filiis suis quam mori pro
ipsis. Vnde in ewangelio iohannis.
maiorem hanc dilectionem nemo habet
quam ut animam suam ponat quis pro
amicis suis. Propter hanc teneritudi
nem amoris comparatur ipse non solum pri
mo etiam matri carnali. Matres enim
solent tenerius diligere quam patres et
ubi quesitum est matri quare ita tenere diligat
filium suum infirmum ut si videretur: ut
totum sanguinem corporis sui vellet fundere
ad faciendum balneum pro ipsius pueri
curatione et ablutione. Et certe
istud balneum parauit xpc generi hu
mano: quia sicut dicitur in apocalipsi Di
lexit nos et lauit nos a peccatis nostris
in sanguine suo. Et propter hoc dicit ipse
per ysaiam prophetam Numquid potest oblivisci mulier
ut non misereatur filio uteri sui? et si
illa oblita fuerit: ego tamen non obliviscar
tui. Nota quod xpc fecit sicut pia mater
qui recepit super parvum suum mortis
ictum: quem deus pater volebat inferre
filiis idest nobis. Propter hunc amo
rem teneritudinem quem habuit xpc ad
genus humanum. comparat ipse se gal
line quia pre ceteris avibus compatitur
pullis suis. ita ut ipsis infirman
tibus infirmetur et fiat voce rauca.
plumis hispida. et detrahit ori suo
alimenta ut tribuat pullis: et ex
tendit alas suas super eos ut pro
tegat eos ab ore milui et aquile sive
accipitris. Sic xpc pro nobis fuit
infirmatus quia vere languores
nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse
portavit. Plumis fuit hispidus

quia per partes corporis fuit flagellatus
vulneratus et cruentatus: et quia facies
sua livore et spinis et sanguine cooperta
et foeda facta. non habebat speciem hono
ris aliquam decorem. sed videbatur ut le
prosus. Dicit ysaias propheta Non
est ei species neque decor: et vidimus
eum et non erat aspectus. Dequo et
nos putavimus eum quasi leprosum et percus
sum a deo et humiliatum. Vocem raucam
habuit: quia cum clamore valido et
lacrimis spiritum emisit. Cum sibi ali
menta subtraxit. quia in cruce clama
vit Sitio: et felle et aceto pota
tus fuit. Alas super pullos expandit
ita ut defenderet eos ab ore accipi
tris: quia brachia in cruce extendit
ut liberaret nos de manu demonis
In quibus alis confidebat ille qui di
cebat. Miserere mei deus miserere
mei quoniam in te confidit anima mea et
in umbra alarum tuarum sperabo donec
transeat iniquitas. Propter has con
ditiones comparat se dominus galline cum
dicit in iohanne Iherusalem iherusalem quo
tiens volui congregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat filios
~~tuos~~ suos sub alas et noluisti. Per
iherusalem intelligitur ibi synagoga cuius
filios idest iudeos incredulos ipse vo
luit congregare in corpus suum. quod est
ecclesia et sub alas suas idest sub bra
chiis suis que extendit pro eis in cruce.
sed ipsi noluerunt. quia in ipsum credere
noluerunt. et ideo infernali accipi
tri idest diabolo traditi sunt. Item
~~ipse~~ propter hanc teneritudinem amoris

comparatur christus pellicano qui trahit
sanguinem de suo pectore pro pullorum
mortuorum vivificatione. Unde ipse dicit
in psalmo: Similis factus sum pellica
no solitudinis, id est illi avi que habitat
in solitudine, id est in deserto. Quia sicut
avis illa fundit sanguinem super pullos
mortuos ut vivificet eos, sic ego
fundi meum sanguinem pro filiis meis,
id est pro omnibus christianis, ut ipsos vivi
ficarem, id est ut eos a morte perpetua
liberarem et ad vitam perpetuam revocarem.
Et hoc in solitudine, id est in cruce que
merito solitudo dicitur, quia ibi fuit christus
solus a discipulis derelictus secundum illud
prophete: Torcular calcavi solus et de
gentibus non erat vir mecum. Et in ewangelio:
Tunc illi omnes relicto illo fugerunt. Hoc
ergo beneficium numquam tradendum obli
vioni. Sicut habetur exemplum de puel
la conservata per quam signatur humana
creatura, quam quidam nobilis, id est christus,
sibi matrimonialiter copulavit et pro
ipsa pugnavit et mortuus fuit, in
cuius memoria ipsa semper habebat pre oculis
suis vestem amici sui sanguine cru
entatam. Sic ergo patet qualiter christus
dicitur pater ratione creationis, nutri
tionis et redemptionis. In sequenti ser
mone dicemus qualiter ipse est pater ra
tione erudicionis, castigationis et
hereditationis. Nos rogabimus dominum
ut det nobis ita beneficium sue creationis
et nutritionis et redemptionis recolere
ut simus digni ad eius eterna bene
ficia pervenire. Ipso prestante qui vivit
et regnat deus per omnia secula seculorum.
Amen.

Pater noster etc. In prece
denti sermone diximus quod
sic deus est pater noster ratione
creationis, nutritionis et
redemptionis. Modo dicemus qualiter ipse
est pater noster ratione erudicionis, castiga
tionis et hereditationis. Dico ergo quod ipse
est pater noster ratione erudicionis, quia sicut
pater docet filios suos sic ipse docet
nos. Docet autem nos tribus modis, id est
per occultas revelationes, et sic do
cuit prophetas sanctos quibus ipse revelavit
omnia futura, et sic docuit beatum Iohannem
ewangelistam cui ipse in Pathmos
insula relegato revelavit omnia que
patietur ecclesia usque ad diem iudicii et
omnes penas inferni et gaudia pa
radisi. Quia sicut dicit apostolus: Spiritus omnia
scrutatur, etiam profunda dei. Docet
etiam nos per internas inspirationes, et
hoc modo docuit sanctos apostolos et docto
res ecclesiasticos. Et docet omnes christi
anos quid debent credere, id est articu
los fidei; quid debent agere, id est man
data dei; quid debent fugere, id est
peccata et concupiscentias mundi; quid de
bent timere, id est penas inferni; quid
debent desiderare, id est gaudia pa
radisi. Et de hoc modo docendi dicebat
David propheta qui bonus discipulus: Au
diam quid loquatur in me dominus deus.
Dominus nobiscum loquitur quotiens aliqua
bona voluntas vel propositum penite
ndi vel aliquid bonum faciendi nobis
a deo immittitur. Tertio docet nos
per manifestas predicationes, et hoc modo
docet cotidie in ecclesia fideles po
pulos per predicatores sanctos quibus ipse

dicit in evangelio. Non enim vos estis
qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis. ¶ Docet ergo nos pater spiritus sancti ser-
monis tamquam verbum. et deus filius. lingua
autem eius est spiritus sanctus. Dicitur autem deus
filius verbum dei patris. quia sicut verbum
manifestat loquentem. sic christus mani-
festavit nobis deum patrem. tamquam sibi
coeternum et consubstancialem. Dicitur
apparuit qui beato philippo apostolo dicen-
te sibi. Domine ostende nobis patrem.
respondit nescis. quia ego in patre et pater
in me est philippe qui videt me videt
et patrem meum. Quod enim esset equalis
patri secundum divinitatem ostendit cum dixit
in evangelio Johannis Ego et pater unum
sumus. Quod autem esset minor patre se-
cundum humanitatem ostendit cum dixit. pater
maior me est. Item dicitur verbum patris
filius idest christus. quia verbum appellatur
proprie cogitatio hominis idest cogitatio
non potest manifestari audientibus nisi in-
duatur voce. sic verbum dei idest filius
dei qui erat invisibilis nobis in sua
deitate non potuit manifestari nobis
donec indueretur carne. Et verbum
caro factum est et habitavit in nobis.
Item sicut verbum quod est in corde hominis quando
induitur voce totum transit ad quoslibet
audiendum et totum remanet in corde
loquentis. sic verbum dei idest christus qui
coniunctus est carni totus descendit
ad nos. et totus remansit in patre.
quia sicut ad nos descendendo non fuit aliud
quam ille qui prius nobis invisibilis
erat in sua deitate modo nobis visibilis
apparendo in sua humanitate. Christus ergo
est verbum patris per quod ipse pater docet
nos et verbo et facto. quia sicut dicitur in libro
actuum apostolorum. cepit ihesus facere et docere.
Sancti dicunt quod omnis christi actio est nostra
instructio. Verbum ergo patris celestis quo
ipse docet nos est filius. lingua vero
eius est spiritus sanctus. quia sicut pater docet
filios mediante spiritus sancti gratia. et in
figura huius in die penthecostes super
apostolos apparuit in linguis igneis spiritus
sanctus. lingua enim loquitur. ignis non lucet
et ardet. et per hec tria figurabantur
tria que fecit in apostolis spiritus sancti gratia. Do-
cuit enim eos predicationum varietate.
quod significabatur in linguarum multiplici-
tate. Item illuminavit eos ad sciendum
scripturarum varietatem. quod significabatur in
ignis splendore. Item inflammavit eos
ad dei et proximi caritatem quod significabatur
in ignis ardore. Dei ergo patris lingua
est spiritus sanctus. docet autem nos deus pater
cum hac lingua idest sancti spiritus gratia. non
sono vocis extrinseco. sed tactu cordis
intrinseco. nec per intervalla temporis. sed
in momento voluntatis. Prima eius doctrina
est solummodo cum hac lingua cor tangere.
Cum hac enim lingua idest cum spiritus sancti
gratia iste pater celestis cor danielis pueri
abstinentis tetigit et videre fecit et
malorum iudicem fecit. Cor david pueri
opilionis tetigit et prophetam et psal-
mistam fecit. Cor salomonis tetigit
et sapientiam super omnes mortales sibi infu-
dit. Cor pauli persecutoris sanctissime
ecclesie tetigit et doctorem ecclesie fecit.
Cor mathei publicani et theolonarii
tetigit et evangelistam fecit. cor pe-

natorum tetigit idest petri et andree
iohannis et iacobi et apostolos et evangelis
tas fecit. Bona est ergo ista lingua ipsius
patris celestis. cum qua quasi tam corda
filiorum suorum tetigerit. statim docet eos
omne quod voluerit. et omne quod eis ex
pedire videt. Sed quid docet pater
celestis cum hac lingua. Numquid docet
eos christianos decipere. temporalia mercando
acquirere. Certe non. sed docet nos
pater celestis cum hac lingua idest per
spiritum sanctum omnem veritatem. Secundo est omnem
veritatem idest veritatem vite. veritatem
doctrine et veritatem iustitie. Veri
tate vite docet omnes christianos bene
vivere. Veritate doctrine. docet
sanctos predicatores verbo et exemplo via
eterne vite christum docentes. Verita
te iustitie docet bonos prelatos ec
clesiasticos et bonos principes terrenos
populum sibi subditum bene et iuste rege
re et munera non diligentes. nec perso
nas hominum in iudicio recipientes. nec
prece. nec pretio. nec amore. nec odio
a iustitia declinantes. In hiis
tribus idest in veritate vite doctrine
et iustitie consistit omnis veritas.
quam docuit apostolos spiritus sanctus a patre
celesti missus. sicut promiserat eis
christus. Cum venerit inquit spiritus sanctus quem
mittet pater in nomine meo. ille docebit
vos omnem veritatem. Omnes ergo illi
qui habent hanc triplicem veritatem sunt
filii dei ab ipso docti per linguam spiritus
sancti. quia sicut dicit beatus Ambrosius
Omne verum a quocumque dicatur a spiritu
sancto est. sicut enim omnis essentia
est a summo et primo ente quod est deus.
et omnis bonitas a summo et primo
bono quod est deus. sic omnis veritas
est a summo et primo vero quod est
deus. pater et filius et spiritus sanctus. Illi
vero qui non habent veritatem vite nec
doctrine nec iustitie non habent linguam
spiritus sancti. sed spiritus maligni. nec sunt filii
dei. sed filii diaboli. sicut iudeis re
sistentibus veritati vite et doctrine
et iustitie quam christus predicabat. ipse
christus docebat. Vos ex patre diabolo
estis. et opera patris vestri vultis facere.
Opus proprium diaboli est mentiri et
resistere veritati. propter quod dominus de eo
dicit. quia ipse mendax est et pater eius.
idest ipse est primus desertor veritatis.
et primus inventor mendacii. et omnes
desertores veritatis et amatores
mendaciorum sunt eius filii. Et peius
loquor quia ipse multos habet filios quam multi sunt
qui deseruerunt veritatem doctrine et
vite et iustitie. Veritatem enim doc
trine deseruerunt pagani. iudei.
heretici. divini. sortilegi. et omnes
qui docent vel credunt aliam fidem quam do
cuerunt et crediderunt christus et apostoli
et martyres et confessores et virgines
et omnes sancti. Veritatem etiam doctrine de
serunt omnes qui per suas persuasiones in
clinant aliquem ad consensum mortalis
peccati. sicut sunt ribaldi et vetule
garrule que inducunt puellas ad pro
stitutionem suorum corporum. Unde ipse
sunt quedam lingue in anima quasi folles
demoniorum per quos demones in cordibus
iuvencularum ~~vel~~ insufflant carnale

mendaciu. De talib; desertorib; veri
tat dicit apl'us. q in nouissimis dieb;
erunt hoies amates se. et sequitur. erit
eni tpe cu sanam doctrina no sustine
bunt. sed ad sua desideria coaceruna
bunt sibi magros prurientes aurib;
et a ueritate quide auditu auertent. ad
fabulas aute conuertent. tales g° dese
runt veritate doctrine. ¶ Veritate
vite deserunt omes mali xpiani q nolunt
jmitari vita xpi. q toti sunt in simili
tate in asperitate i paupertate. et ipi no
qrunt nisi honores. et delicias. et di
uicias hui9 mudi. et pp̄ter h° ipi st
mendaces v falsi. qr mendaciu est
noiem xpianu vocari. et vita xpi
no imitari. vita eni xpi omib;
xpianis est vite v ordo vivendi. qr
sicut dic btus iohes in sua epla. qui
dicit se in xpo manere debet sicut ille
ambulauit et ipe ambulare. Ite
veritate vite deserunt ypocrite q
ostendunt vite scitate exteri9. et plen
sunt fraude et dolo interi9. qr sicut
dic ambrosi9. Omnis simulatio v du
plicitas mendaciu est. Mendaciu
est sacerdote vel cleru se pfiteri.
et contraria huic ordini opari.
Mendaciu e habitu religionis p
tendere. et vita religionis no ducere.
Mendaciu e instar diuitu interi9
habundare v exteri9 ad instar pau
per; mendicare. De hoc vicio d.
in lib° patriarchar; sup illud v'bum.
Accusauit ioseph fres suos crimine
pessimo. ubi dicit hugo in lib° ben
iamin. Vicium qd deus singularit

detestatur. e ypocrisis intelligit
augustino testante qui dicit. simula
ta equitas no est equitas. sed duplex
iniquitas. hii g° deserunt veritate vite
¶ Veritate iusticie deserunt mali
plati. mali principes. et mali iudices.
mali consiliarii. et mali aduocati.
v mali castellani. mali pposit. mali
balliui. In quor; curiis no inu
niunt iusticia paupes et egeni.
et qui ppter potencia vel per astucia
sua. vel ppter munera auaricia vel
timore vel amore vel odio alicui9
psone puertut veritate iudicii. vel
tamen differunt sententia qd paupes
no hntes vnde conducant aduocatos.
relinqunt et quittant re sua. Contra
tales dicebat ietro socer moysi
Elige tibi viros potentes et time
tes deu in quib; sit veritas et qui
oderint auaricia. ut iudicent pplm
Hos hodie verificat pphete aucto
ritas qui dicit corruit i plateis
veritas. Omnes g° isti qui deserunt
veritate vel doctrine vel vite vel
iusticie. no sunt educti a pre celesti
p lingua spc sci. sed tm educti a
dyabolo p lingua serpentis antiq
sicut fuerunt parentes pmi. nec sunt filii
dei. sed filii dyaboli. qr sicut dic
btus ambrosius. sicut omn instor;
pr est deus. sic omn iniquor; pr
e dyabol9 no creando s; decipiendo
Vnde ambrosius. Nolite fres dya
bolu hre prem. pr iste no amat
filios suos sed odit. Dic amat
dyabol9 filios suos ut pereat. sicut

sicut [illegible] gluto porcellum comedat
Doctrina ergo hominis patris idest dyaboli
dat filiis suis mortem perpetuam. sed doc-
trina patris celestis dat eis vitam eternam.
testante salomone qui dicit in persona
patris celestis. Audi fili mi disciplinam
patris tui idest dei vel prelati. et ne
dimittas legem matris tue idest sancte
ecclesie. Deinde sequitur. Suscipiat verba mea
cor tuum. custodi precepta mea et vives
scilicet in presenti vita gracie. in futuro vita
glorie ad quam nos perducat pater celestis.

Pater noster etc. Visum [illegible] (quis)
est supra qualiter deus est pater noster ra-
tione creacionis. Nunc dicit
quod ipse est pater noster ratione correpcionis vel
castigacionis. quia ipse nos tamquam diligens
pater dilectos filios suos castigat et fla-
gellat in hac vita ut humiliemus nos
coram ipso et non superbiamus. Ut fragili-
tatem et infirmitatem nostram cognoscamus
secundum illud humiliasti nos in loco afflic-
tionis. Ut per afflictiones ipsum recog-
noscamus. et ad eius amicitiam et libe-
ralitatem et viam recurramus. secundum
illud psalmi. Imple facies eorum igno-
minia. et querent nomen tuum domine.
Item psalmus. multiplicate sunt infirmitates
eorum. postea acceleraverunt. Item psalmus.
Invoca me in die tribulacionis. eruam
te et honorificabis me. Ut a peccatis
caveamus et emendemur. sicut enim virga
magistri retrahit puerum a nocivo ludo.
sic flagella dei retrahunt nos a peccato.
psalmus. propter iniquitatem corripuisti hominem.
Ut eternum flagellum evadamus. nullus
enim est qui non oporteat flagellari.

Vel hic spiritualiter. vel in futuro et materialiter.
De illis enim qui non flagellantur hic
dicitur in psalmo. In labore hominum non sunt
et cum hominibus non flagellabuntur. glosa. scilicet
cum demonibus. De bonis vero quos dominus
flagellat in hoc mundo dicitur in psalmo. Si autem
dereliquerint filii eius legem meam etc. visitabo
[illegible] misericordiam autem meam non dispergam ab eo
ut per passionem temporalis flagelli eternam
gloriam mereamur. quia sicut dicit glosa super
[illegible] mala que nos hic premunt ad futuram gloriam
nos ire compellunt. Hec sunt ergo cause
propter quas flagellat nos dominus in hac vita
scilicet nostra humiliacio nostre fragilitatis recog-
nicio. Ipsius honorificacio idest a peccato
retractio. idest eterni flagelli evasio.
eterne glorie acquisicio. Et certe omnes
iste cause divine flagellacionis sunt signum
magne dilectionis. propter quod in magna
dulcedine et in magna paciencia debemus
sustinere tribulaciones et miserias que
accidunt nobis. tamquam flagella piis-
simi et amantissimi patris. sicut ama-
net nos salomon qui dicit. disciplinam
patris tui fili mi ne abicias. nec defi-
cias cum ab eo corriperis. quem enim di-
ligit dominus corripit. et quasi pater in filio
complacet sibi. Et apostolus dicit quod ipse fla-
gellat omnem filium quem recipit. quasi diceret
flagellat per tribulacionem transitoriam
omnem filium quem recipit ad hereditatem perpe-
tuam. et bene dicit omnem. quia non solum
flagellat nos qui sumus filii adoptivi.
sed etiam flagellavit suum filium naturalem
idest dominum nostrum ihesum christum. qui cum [illegible]
unde posset flagellari. cum esset per omnia
equalis patri et impassibilis in natura sua

diminuatur. fecit eum carnem mediam ut haberet in quo posset flagellari idest in natura assumpta humanitatis. ipse quod eternus deus dei patris filius sicut dicitur in libro sancti odonis. cunctas meae tribulationis molestias consolatus. non tibi compassione tantum ex pietate sustinuit. quod nobis ex necessitate sustinendum noverat ut nos scientes quod ex merito culpe patimur non refugiamus. cum ille qui deus est ex sola condescensione tanta sustinere dignatus est. Non itaque putet quislibet tam presumptuosus. ut qui de singulari merito vel dignitate naturam presumens. putet vitam sine molestiis quietam sibi disponi. cum ipse quam auctor vite sine dolore passionis ab eadem vita non exivit. Cum his libris enim verbis possideat. quod digna est vita patrem. si et eius vita pro nobis flagello subiacuit qui subditur nulli peccato fuit. Hic usque de libro sancti odonis. Tribulationes igitur quas misit debet nobis allevare et dulcificare tribulationes suas mundi. quia non sunt nisi flagella et correptiones patris nostri. Apostolus quis enim filius quem non corripit pater. quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes ergo adulteri estis et non filii. ergo sicut dicit glosa. qui exemptus est a numero flagellorum. exemptus est a numero filiorum. Cum igitur velit esse dei filius habeat pacienciam. et caveat ne sit sicut quidam sunt qui propter tribulationem aliquam tribulationem merentur statim desperant. et murmurant et deum vel sanctos vel sanctas maledicunt. et blasphemant. super quos cadit illa dominum

maledictio. Si quis inquit patri suo aut matri maledixerit morte moriatur. Ipsi enim maledicunt patri celesti. quod est peius quam maledicere patri carnali. et maledicunt matri celesti idest virginem marie. vel triumphanti ecclesie idest angelis et sanctis. quos plusquam patrem et matrem carnalem debent diligere et honorare. et ideo moriuntur morte idest in primo morte culpe et in secundo morte gehenne. In lege etiam veteri omnis qui convictus erat de blasphemia. moriebatur etiam morte corporali et debebat lapidari. Illi igitur qui impaciencius portat flagella patris celestis. et qui ipsum in flagella ore sua blasphemat et inhonorat merentur morte non solum corporea sed etiam spirituale et eterna. Illi vero qui ipsum in flagellis honorant. flagella paciencius portando. et ipsum ad modum sancti Job laudando et benedicendo merentur vitam eternam secundum illud. Honora patrem tuum idest deum et dominum nostrum ihesum christum. et matrem tuam idest virginem mariam quae generando verum corpus christi. facta est mater spiritualis totius corporis eius misticum. secundum quod dicit beatus anshelmus. O quanta inquit fiducia mater dei est mater nostra. Idem. Tu mater dei. tu mater hominis. tu mater rei. tu mater iudicis. cum sis utriusque mater discordiam inter filios sustinere nequis. Vel matre tua id est triumphante ecclesiam. de qua dicit apostolus. illa autem que sursum est mater nostra libera est. Honora igitur patrem idest deum vel beatam virginem et angelos vel sanctos. Deinde ut vivas longevus super terram idest in paradiso

qui est vita vivencium cuius longevitas
est eternitas et inmortalitas de qua
vita dicit ps. ¶ Credo videre bona
domini in terra vivencium. Ite. portio mea
domine sit in terra viventium ¶ Illi ergo qui in
flagellis honorant patrem celestem. deum
et beatam virginem et sanctos laudando et
rogando sunt a deo benedicti. blasphema
tes vero sunt a deo maledicti. ¶ Quam
periculosum enim sit peccatum blasphemie in
Ex. deum et in sanctos patet in puero quin
quennis qui blasphemandi consuetu
dyabolus rapuit vivum de manibus pa
tris. sicut narrat beatus gregorius in
libro dyalogorum ¶ Quam periculosum
eciam sit blasphemare beatam virgi
Ex. nem patet per hoc exemplum quod legitur de quo
dam qui ludebat ad talos. et cum ami
sisset suos denarios blasphemavit
deum et sanctos. et postea blasphemando
incepit dicere turpia de beata virgine
et statim sensit a tergo se percuti et
figi gladium in corde suo. et audivit
vocem dicentem sibi alte. licet sustinue
rim tibi blasphemiam de me non pos
sum sustinere de mea matre ¶ Ex pre
dictis patet qualiter deus cum nos
clamamus pater noster qui es in celis est
pater noster racione castigacionis patet
et quale fructum nos acquirimus. si
flagella eius pacienter portamus. patet
eciam qualiter dei patris filius fuit
pro nobis flagellatus. ut in ipso exemplum
paciencie haberemus. patet eciam
qualiter illi qui non sunt pacientes in
flagellis merentur mortem non solum
corporalem. sed eciam spiritualem et perpetuam.
illi vero qui sunt pacientes merentur

vitam eternam ¶ Et nos perducat per vya
nem patrie pater celestis qui vivit
et regnat sine fine Amen

Pater noster xx. Decimo dicitur
quod deus est pater noster racione here
ditatoris. vel hereditarie
successionis. quia sicut pater mortalis
et temporalis dat hereditatem mortalem
et temporalem mortali et temporali filio. sic
pater celestis inmortalis et eternus
promisit se daturum nobis et redditurum
hereditatem regni celestis inmortalem
et eternam. quam describens beatus pe
trus apostolus dicit hereditatem incor
ruptibilem incontaminatam et inmar
cessibilem ¶ Et notandum quod non sine causa
dixi daturum et redditurum. quia aliquibus
dat pater celestis illam hereditatem. aliquibus
reddit. Dat enim eam parvis qui mori
untur post baptismum antequam habeant
liberi arbitrii usum. et antequam po
tuerint fecisse aliqua opera que sunt apud
deum meritoria. illi enim sunt regnum
paradisi ex sola gracia baptismali sine
adiutorio suo. Baptismus enim in ad
ultis accipit virtutem in tribus. in fide
suscipientis. in innocencia christi.
et in merito christi passionis. Primum se
habet in racione cause dispositive. secundum
in racione cause efficientis. Tercium in racione
cause promerentis. Ad hoc enim quod bap
tismus prosit homini. oportet quod ipse sit dis
positus per fidem propriam si est adultus. quia
nisi crederet baptismus sibi non prodesset
Sed non est parvulus qui nondum possunt actu
credere vel discredere sufficit sibi pro
ipso illo fides ecclesie. fides ergo est causa
disponens. Causa vero efficiens virtus

baptismi est beata trinitas cuius invoca-
cio fit ibi expresse et verba vocali cum
dicit baptizans. baptizo te in nomine
patris et filii et spiritus sancti. Causa vero prin-
merens virtute baptismo est passio
et mors christi que representatur in fido et in signo
quod puer semel vel ter immergitur secundum
consuetudinem diversarum ecclesiarum. Unica
enim immersio significat mortem christi. Una
trina immersio significat triduanam sepul-
turam. elevacio vero pueri de sacro fonte.
significat resurrectionem christi a morte. Et
quia istud sacramentum est sacramentum in-
troitum ecclesie et primo ad sacramentum
christi venientium. et ideo dedit ei christus
tanta virtute quod ille qui ante baptismum
erat filius dyaboli. fit filius dei. et re-
cipit graciam spiritus sancti que est pignus et
arrha illorum quos pater celestis predesti-
navit ad regnum. et habet baptizatus
tota trinitate que unus verus deus est
secum et in se manere et habitare
Et totum voluit christus ostendere in suo bap-
tismo. quia cum ipse baptizaretur a iohanne
in flumine iordane. deus pater clamavit
hic est filius meus. Item spiritus sanctus in
specie columbe super eum venit. Tota et
trinitas ibi apparuit pater in voce. fi-
lius in carne. spiritus sanctus in specie columbe
Celum etiam apertum fuit super eum ad signandum
quod si puer vel etiam adultus quam cito bap-
tizatus ~~fuit~~ est moritur statim paradysum
ingreditur. Pueris ergo qui moriuntur post
susceptionem baptismi antequam habeant
usum liberi arbitrii. et antequam fece-
rint aliquid boni vel mali. dat et non
reddit pater celestis regnum paradysi.
qui sine omnibus meritis suis solo
merito christi fiunt heredes eiusdem regni

Ideo de ipsis potest intelligi illud verbum christi.
Nolite timere pusilli grex quia complacuit
patri meo dare vobis regnum. Dicit ergo pater
qualiter pueris qui moriuntur post baptismum
dat pater celestis regnum. Aliquibus vero
dat pater celestis sunt et reddit ista
hereditate scilicet adultis. quibus sunt
duo necessaria idest dei gratia. et fides et
operacio propria. Dat ergo eis hereditas ce-
lestis. quantum ad hoc quod non possunt illa
mereri sine gratia dei preveniente et coo-
perante et subsequente. Ad hoc enim
quod ipsi possint facere bona et meritoria
oportet quod gratia dei preveniat eos inspi-
rando eis bona voluntate. secundum illud
psalmi. misericordia eius preveniet me. Item opor-
tet quod eadem gratia concomitetur eos. dan-
do eis beneficiendi virtute et iuvando
eos ad sustinendum labores. et hanc gratiam
recognoscebat in se paulus apostolus qui
dicebat. plus omnibus laboravi. non
ego. sed gratia dei mecum. Item gratia dei
sum id quod sum. et gratia eius in me vacua
non fuit. idest ociosa sed operosa. Ter-
cio oportet quod eadem gratia subsequatur
bene operantes reddendo mercedem. secundum
illud psalmi. misericordia tua subsequitur
me omnibus diebus vite mee. Quantum
ad hoc quod sine gratia dei non possumus he-
reditatem patris celestis mereri. illa he-
reditas nobis datur. Redditur vero quo-
dammodo filiis adoptivis ista hereditas.
ad hoc quod usum liberi arbitrii ad hoc
quod salventur oportet quod sint adiutores
vel cooperatores gratie dei secundum illud
Augustinus Qui creavit te sine te. non salvabit te
sine te. et hoc videbatur sentire david
propheta. qui dicebat deo. adiuva me

z saluus ero. Non dicebat salua me
s adiuua me z saluus ero qr dicit
ad hoc q saluer oportet me ad salute
puenire laborando. sed tn nichil p
desset m labor meus sine tuo adiutorio
Ex Exemplu ponit de rustico cui asinus
sub one pstratus iacebat in luto quod
videns miles ptranens descendit de eq.
ut iuuaret rusticu ad releuadu asi
nu suu. et cu intrasset lutu et releua
ret asinu et onus rusticus aspiciebat
quod faciebat. et manu no ad appone
bat. et ideo miles indignatus recessit
ab adiutorio eius. silr sut aliqui
qui ex sola gra dei sine aliq labore
vellent saluari et hereditate pris
celestis adipisci. sed hoc no pt fieri
quia iuxta vbu apli. oportet nos ee
adiutores et cooperatores gre dei.
ut possimus dicere in die mortis cu xpo.
pat meus vsqz mo operatur. z ego ope
ror. operatur in me et p me. et ego
operor scilicet cu ipo. Item meus
cibus e idest totu delectamentu
cordis mei. et inde. quia no loquedo
sed operando acquirit regnu dei. Vn
de xpc Non omis qui dicit m dne
dne intrabit in regnu celorum. sed
qui facit voluntate pris mei. qui
in celis e ipse intrabit. Dicit g pa
ter quando pr celestis hereditate
paradysi dat aliquibus ex pura gra
idest paruulis aliquibus dat v reddit
idest adultis. Causa breuitatis
faciemus hic finem huius sermonis
In sequenti sermone videbimus pro
quibus opibus pr celestis dat nobis
hereditate pterne salutis. Roge
mus dnm ut p gram sua nos puenciat
in firmando nobis bona voluntatem.
et consummetur dando bene operandi
virtute z subsequatur reddendo nob
p mercede bonorum opm pterna here
ditate. Quam viuit z regnat deus p
omnia scla sclorum Amen. -

Pater noster etc. Dictu vsu
est in sermonibus precedentibus.
qn nos dicimus pr nr qui es
in celis. nos vocamus deu prem sex
de causis. et vltima e ratoe heredi
tatis. quia sicut pr dat z reddit he
reditate celestem nobis. dat preueniente
et consummatrice et subsequente gra
z reddit pter bona opa nra. que tn
nichil pdessent sine sua gra. Scien
du aut quod pter quadruplicem opa
cione reddit pr celestis eterna mer
cedem. si illa quadruplex opacio fiat
p bona intencione. Prima e de
uota oratio. scda corpus afflictio. tercia
pietas v compassio. qrta innocen
tia. Dico q pmu opus cui pat ce
lestis reddit eterna mercede est
deuota oro. quia sicut paupes men
dicantes pcibus et supplicacionibus
et obsecracionibus multis petunt a
diuitibus elemosina. sic nos orando et
obsecrando impetramus a pre celesti
eterne vite alimoniam et hoc est
q dicit dns in euangelio bti mathei
Cu oratis non eritis sicut ypocrite.
qui amat in angulis platearum stan
tes orare ut videantur ab hominibus.
Amen dico vobis receperunt mercede.

sua. Tu autem cum oraveris intra cu-
biculum tuum et clauso ostio ora pa-
trem tuum in abscondito et pater tuus
qui videt in abscondito reddet tibi
Intrare cubiculum est ingredi ad cor-
dis sui secretum. recogitando peccata sua
vel divina beneficia. diem mortis. diem
iudicii. penas inferni. et gaudia
paradysi. Et sciendum quod nomine orationis
intelligitur omne opus mentale vel
vocale quod fit ex devotione et in dei
honore. sicut in ecclesia cantare. legere
missas vel vesperas et alias horas
vel sermones audire. predicare sa-
cras scripturas studere. de deo cogi-
tare. omnia talia opera intelliguntur
nomine orationis. et omnibus talibus operibus
reddit eternam mercedem pater celestis
sicut patet in premissis verbis Christi cum
dicit ora patrem tuum in abscondito.
et pater tuus qui videt in abscondito
reddet tibi. De illis vero qui faciunt
ista opera propter laudem mundanam pronun-
ciat Christus per diffinitivam sententiam.
amen dico vobis quia receperunt
mercedem suam. quasi dicat. illi qui orant
vel cantant vel predicant propter laudem
et gloriam hominum. frustra exspectant
a deo eternum premium. quia in mundo
receperunt laudes ab hominibus propter
quas ipsa opera fecerunt. Hoc ergo
primum opus cui reddit pater celestis
eternam mercedem idest devota oratio
Secundum est corporalis maceratio
quod intelligitur in ewangelio beati mathei
nomine ieiunii cum dominus dicit Cum ieiu-
natis non eritis sicut ypocrite
tristes. exterminant enim facies suas
ut pareant hominibus ieiunantes Ame-
n dico vobis. receperunt mercedem suam
Tu autem cum ieiunas unge caput tuum.
et faciem tuam lava. ne videaris hominibus
ieiunans. sed pater tuus qui videt in ab-
scondito reddet tibi. Vide quomodo Christus
facit more boni agricole. qui volens
semen suum in terra iacere. primo providet
ne aliquod granum pravum sit semini suo
admixtum. quod possit semen suum cor-
rumpere et infructuosum redderet
Similiter Christus ab operibus iam et mor-
tificationis carnis que nos seminamus
in terra nostri corporis. docet nos tollere
zizania prave intentionis que totum corpus
corrumperet et infructuosum redderet
Et hoc fecit cum dicit. non eritis sicut
ypocrite tristes exterminant enim etc.
Exterminant idest disfigurant se
tristes et afflictos ostendendo. ut
cum tristicia et pallor in corpore vultu
cernetur. virtus abstinentie in eis pate-
fiat laudetur. sed cum tales ex ipsa abstinen-
tia non debeant sperare mercedem eter-
nam ostendit Christus cum dicit Amen dico
vobis receperunt mercedem suam Secun-
do vero in semine corporeo morti-
ficationis quando mixtum prave inten-
tionis statim docet modum seminandi
semen vero primo in terra corporis proprii
et dicit quod ieiunium debet fieri cum
leticia spirituali. et hoc fecit cum dicit
Tu autem cum ieiunas unge caput tuum
et faciem tuam lava etc. Cum ieiunatis
idest cum corpus tuum propter deum mor-
tificatis. Unde sciendum est quod sub
nomine ieiunii intelligitur omnis labor

propter deum impositus a sacerdote vel
voluntarie assumptus ab ipso penitente
per quod sit corpus castigari et mortifi
cari. et per quod sint vicia carnis repri
mi. Dicitur eciam abstinencia de potu et
cibo. qua omnes christiani consueverunt
facere specialiter tempore quadragesime. Item
abstinencia a molli vestimento qua
sunt illi qui abstinent a vestitu lineo
et materiali et qui crucifigunt carnem
suam pro christo in crine et cilicio. iuxta
verbum apostoli ad galathas dicentis Qui
autem christi sunt. carnem suam crucifigunt
cum viciis et concupiscenciis. hoc
ieiunium faciebat beatus thomas can
tuariensis archiepiscopus qui portabat
non solum camisiam set eciam femoralia
cilicina sub pontificalibus honoris ves
tibus in exemplum. Item intelligitur nove
ieiunium abstinencia a quiete et ocio
qua sunt peregrini qui itinerando
affligunt corpus proprium visitando loca
Ex^m sanctorum ¶ Exemplum de quodam valenti
homine qui transfretavit propter terram ihe
rosolimitanam et cum lustrasset omnia
loca transmarina per que audierat
christum ambulasse. et die ascensionis
venit in montem et in locum illum a quo christus
cum apostolis corporaliter ascendit in celum
et dixit. Domine ihesu christe secutus sum te
quantum potui. et loca per que ambulasti
peregrinus. ecce sum in ultimo loco pere
grinacionis tue in mundo a quo tu as
cendisti in celum. Illuc non possum
sequi te humana virtute. ubi tu tra
has me ad te tua gratuita pietate
et facta oracione statim emisit spiritum. et

a christo receptus est in celum ¶ Item
intelligitur in ieiunio abstinencia ab
omni mundano gaudio qua sunt here
mite et anachorite. et boni religiosi
qui includunt se in claustris. ut ad
modum columbe vel turturis ieiunent
et abstineant a vanis huius mundi gau
diis. et eciam quod plus est a voluntate
proprii cordis. abnegando voluntatem
proprii cordis. abnegando voluntate
propria et voluntati prelatorum subicien
do eam. Hic ieiunaverunt in desertis
multi patres sancti. ut beatus paulus he
remita primus. hylarion. anthonius
et multi alii. Hic ieiunaverunt et
ieiunant in claustris multi viri per
fecti. ut beatus benedictus. maurus. gre
gorius. bernardus. franciscus. domi
nicus et sequaces sui. Potest eciam
in hoc ieiunio intelligi abstinencia
ab omni peccato. et hoc est ieiunium quod
tenetur facere omnis homo omni tempore. sicut
legitur in libro iudith vidue. quod ipsa
ieiunabat omnibus diebus vite sue.
et in ~~luce~~ ewangelio beati luce legitur.
quod anna vidua octogenaria et ipse
ipsa non discedebat de templo ie
~~iuniis~~ iuniis et oracionibus vacans die
ac nocte. Omnibus hiis ieiuniis red
dit hereditatem celestem pater celestis.
unde subiungitur. Ne videaris hominibus
ieiunans. sed patri tuo qui videt te in
abscondito. et pater tuus qui videt te
in abscondito reddet tibi. Sed quid
est quod dicit Unge caput tuum etc.
Unctio capitis significat spiritualem leticiam in
corde ieiunantis. per caput enim intel
ligitur cor. quia sicut per sensus qui

sicut in capite regitur homo exterior
id est corpus sic corde regitur homo
interior id est anima siue cogitaciones
et affectiones eius. per vnguentum non
significatur leticia. ps. Vnxit te deus
deus tuus oleo leticie. Caput non
ieiunantis vngitur est in corporali ab
stinencia spiritualiter exultare. et hoc est
magnum signum diuine gracie. Vnde hugo
de sancto victore in libro de instructione
noviciorum. magnum inquit signum
inhabitantis gracie est spiritualis leticia
solet enim sub aqua latere turbida
coluber tortuosus. Faciem non la
uare est ab omni opere nostro prauam in
tencionem remouere. per faciem non qua
respiciunt homines ad habendam cognicio
nem hominis intelligitur intencio cordis.
qua respicit deus ad approbacionem
vel reprobacionem operis. approbat enim
opera facta ex bona intencione. et
reprobat ea que fiunt ex mala intencione.
et sicut delectatur homo videndo
pulchram faciem et sine macula. sic
deus delectatur in operibus nostris. que fiunt
ex intencione bona id est pro sola dei
gloria. non pro laude humana. nec pro mer
cede terrena. Dicit ergo. Cum ieiunatis
non eritis etc. In qua auctoritate
patet quod penitencia et omnis corpora
lis afflictio que intelligitur nomine ieiu
nii. debet fieri cum leticia spirituali
et intencione bona id est ut homo
placeat deo soli. et tunc reddetur ei
merces eterna a patre celesti. Ex
predictis ergo patet de duobus operibus
primis quibus redditur merces celestis

pater celestis que sunt deuota oracio
et corporalis afflictio. De aliis duobus
que sunt pietas et compassio. et timor
dileccio patebit in sermone sequenti.
Rogemus dominum ut det nobis graciam
ita ieiunandi ad ipsum cor nostrum per oracionem
deuotam et deprimendi corpus nostrum
per ieiunium et penitenciam. ut nos possimus
per hec et alia bona opera adipisci fel
duratem eternam ~~amen~~.

Pater noster etc. In ser
mone predicto diximus quod
quatuor sunt opera pro quibus redditur
nobis a patre celesti merces eter
na et diximus de duobus primis que
sunt deuota oracio et corporalis afflictio
Tercium opus est pietas et compassio
que intelligitur nomine elemosine in euangelio
beati mathei. cum dominus dicit. Cum facis
elemosinam noli tuba canere ante te sicut
ypocrite faciunt ut videantur ab
hominibus. amen dico vobis receperunt
mercedem suam. Te autem faciente ele
mosinam. nesciat sinistra tua quid
faciat dextra tua. ut sit elemosina
tua in abscondito. et pater tuus qui
videt in abscondito retribuet tibi.
Cum facis inquit elemosinam. Nota
quod hic nomine elemosine intelligitur
omne opus misericordie siue corporale siue
spirituale. quod propter deum impenditur proximo.
Corporalia opera misericordie sunt. esurientes
pascere. sicientes potare. nudos ves
tire. peregrinos hospitare. infirmos vi
sitare et confortare. captiuos et in
carceratos redimere. mortuos se
pelire. In istis omnibus consistit cor
poralis elemosina. de qua habetur

senior. ducebar filio suo. Ex substantia tua fac elemosinam. et noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet ut nec avertatur a te facies domini. Si multum tibi fuit. habundanter tribue si autem exiguum etiam illud exiguum libenter impartiri stude. Et tangit in hac auctoritate de quo debet fieri elemosina cum dicit. ex substancia tua non de aliena. et est contra raptores et usurarios qui faciunt oblationes et elemosinas de alieno. Et quantum placeant deo ostendit sapiens qui dicit Qui offert sacrificium de substancia pauperis. sicut qui victimat filium in conspectu patris. ¶ Secundo ostendit cui debet fieri elemosina cum dicit. Et ne avertas faciem tuam ab ullo paupere. Pauperi enim et non diviti debet elemosina fieri et hoc est contra illos qui multa expendunt in dando divitibus et amicis carnalibus propter gloriam mundi et pauca dat pauperibus propter gloriam dei contra quos dicit dominus in evangelio beati luce. Cum facis prandium aut cenam noli vocare amicos tuos neque fratres tuos. neque cognatos tuos. neque vicinos divites. ne forte et ipsi te reinvitent. et fiat tibi retribucio. Sed cum facis convivium. voca pauperes. debiles claudos cecos et beatus eris. quia non habent retribuere tibi. retribuetur enim tibi in resurreccione iustorum. ¶ Tercio tangit propter quid debet fieri elemosina cum dicit. Ita enim fiet. ut nec a te avertatur facies domini. quia dicitur. Si non avertis faciem tuam a paupere sed misericorditer subveneris ei. dominus in die iudicii non avertet faciem suam a te. sed miserebitur tibi. et hoc est quod dicit in evangelio beati mathei. Beati inquit misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. ¶ Quarto tangit quo debet fieri elemosina cum dicit apostolus Voluntas secundum id quod homo desiderat accepta est non secundum id quod non habet. Deus enim non tantum aspicit ad quantitatem muneris. quantum ad caritatem cordis et ad possibilitatem dantis. Exemplum ponit dominus in evangelio beati luce. de hiis qui mittebant munera sua in gazophilacium ad restauracionem templi Inter quos vidua paupercula misit duo era minuta idest duas quadrantes. de qua dominus dixit. Vidua hec paupercula plus misit quam omnes ex habundanti suo miserunt in munera dei. hec autem ex eo quod deest ei omnem victum suum quem habuit misit. Iste sunt elemosine corporales que tanguntur in hoc versu. Visito. poto. cibo. redimo. tego. colligo. condo. Visito infirmos. poto sitibundos vel leprosos Cibo idest pasco famelicos. Redimo incarceratos. vel manu senatorum obligatos vel impignoratos. Tego idest vestio nudos. Condo idest sepelio mortuos. ¶ Elemosine vero spirituales sunt tres. Prima est ignorantes docere. et hoc pertinet ad omnes qui sciunt et possunt hoc facere. sed specialiter ad predicatores et doctores in quorum persona dominus dicit per os ysaie prophete Clama ne cesses quasi tuba exalta

vore tua · et amicicia ipso meo stelcd
corp. Elemosina enim est revocare ali-
quem proximi sui. Unde in epistola iacobi. Fratres
mei si quis ex vobis erraverit a veri-
tate et converterit quis eum scire debet
quoniam qui converti fecerit peccatorem ab er-
rore vie sue salvabit animam eius a mor-
te. Ecce quanta est ista elemosina in
qua salus animarum est posita. quia plus
valet una anima quam omnia mundi regna
¶ Secunda elemosina spiritualis est
errantem corrigere. et hoc pertinet ad
omnes qui habent aliquos subditos sub
se. sed specialiter ad pastores et prelatos.
in quorum persona dicit sapiens. Qui
diligit filium suum assiduat illi fla-
gella. filium idest subditum. Item. Stul-
ticia colligata est in corde pueri.
et virga discipline effugabit illa.
pueri idest peccatoris. qui pueriliter
agit. quia a celesti patre peccando re-
cedit. Hanc elemosinam exhibuit
beatus benedictus monachulo qui tempore
orationis non poterat stare in templo.
et beatus benedictus vidit dyabolum
in nigri puerili specie ipsum foras
trahere. Tunc beatus benedictus puerum
flagellavit. et dyabolus quasi ipse fuisset
flagellatus a puero recessit. et ex tunc
monachus orationis tempore cum aliis in templo
remansit. Ob defectum istius elemo-
sine fuit hely sacerdos cum filiis
suis punitus morte. quia ipsos pecca-
tes corripiebat tepide et leniter
sicut legitur in libro regum ¶ Tercia
elemosina spiritualis est inimicos dili-
gere. Sed de ista dicetur in sequentibus
Hanc enim christus exhibuit. qui mori-

ens in cruce pro crucifixoribus ora-
vit dicens. Pater ignosce illis quia
nesciunt quid faciunt. Hec autem tria
opera misericordie spiritualis tanguntur in hoc
versiculo. Instruit errantem casti-
gat diligit hostem ¶ Ex predictis patet
quod nomine elemosine intelligitur omne
opus misericordie sive corporale sive spiritua-
le in auctoritate proposita cum dominus dicit
Cum facis elemosinam etc. Sed quia
omnia opera nichil prosunt. nisi fiant
intentione bona. ideo sequitur Noli
tuba canere ante te. idest noli velle
eam hominibus innotescere. sicut tuba que
canit omnibus audientibus innotescit.
Sequitur. Sicut ypocrite faciunt
Et ideo eterna mercede perdunt.
Unde sequitur Amen dico vobis rece-
perunt mercedem suam idest hominum laude
et gloria. Sequitur Te autem faciente
elemosinam nesciat sinistra tua quid
faciat dextra tua idest Non facias
pro humana laude. sive pro temporali merce-
de que intelligitur per sinistram. quod de-
bet facere solummodo pro eterna beatitudine
que intelligitur per dexteram. Unde in ewa-
gelio beati mathei legitur quod in die
iudicii mali qui amant laudem mundi
ponentur ad sinistram et boni ad dex-
teram. Sequitur. Ut sit elemosina
tua in abscondito. idest intencio tua
sit solummodo coram deo. iuxta illud quod
dicit beatus gregorius Sic fiat bo-
num opus in publico. ut tamen inten-
cio remaneat in occulto. Sequitur
Et pater tuus qui videt in abscondito
reddet tibi. Quid reddet? fructum

elemosine. que fructum angelus tangit
in libro Thobie qui dicit. Bona est oratio
cum ieiunio et elemosina magis quam the-
sauros auri condere. quia elemosina a
morte liberat. et ipsa est que purgat
peccata et facit invenire vitam et vitam
eternam. Iste fructus tangitur in quadam
descriptione elemosine que dicit sic. Ele-
mosina est res sancta augens bona preciosa
minuens peccata. coniungens deo et an-
gelis. separans a demonibus. et est qua-
si murus inexpugnabilis circa animam.
Hic ergo patet de tercio opere cui red-
ditur pro celestis mercedem eterna.
quod est misericordia et compassio. Quartum opus
est inimicorum dilectio. Illi enim qui inimi-
cos diligunt et eis non nocent quando
possunt. sed eis benefaciunt probantur
filii dei esse. et per consequens hereditatis
eius participes futuri sunt. Et hoc
est quod dominus dicit in evangelio beati
Mathei. Diligite inimicos vestros.
et benefacite hiis qui oderunt
vos. et orate pro persequentibus et ca-
lumpniantibus vos. ut sitis filii patris
vestri qui solem suum oriri facit super bo-
nos et malos. et pluit super iustos et
iniustos. hoc est dicere. si vultis celestis
patris filii esse. et in hereditate eius
celesti partem habere. oportet ut ini-
micos vestros diligatis. et odientibus
vos benefaciatis. et pro persequentibus
vos scilicet de facto et calumpniantibus
vos idest iniuste maledicentibus vobis
et diffamantibus vos. scilicet de verbo.
oretis. et sic eritis filii idest imita-
tores patris vestri celestis. qui solem
suum facit oriri super bonos et malos.
idest qui beneficia sua temporalia largitur
bonis et malis. dignis et indignis.
gratis et ingratis. idest recognoscen-
tibus beneficia dei. et regracian-
tibus sibi. et tales dicuntur ingrati.
Hic ergo eritis filii idest imitatores
dei. Apostolus autem dicit quod si filii et
heredes. heredes quidem dei. coheredes
autem Christi. Hic ergo patet in isto ser-
mone et in precedenti. que sunt illa qua-
tuor opera. pro quibus a patre celesti red-
ditur hereditas eterna scilicet devota
oracio. carnis maceracio. elemosine
largicio. inimicorum dileccio. et secundum
quod unusquisque in hiis quatuor operibus
magis vel minus exercitatus fuerit secundum
hoc in hereditate patris celestis ma-
iore vel minore porcione habebit.
Et hoc attendebat dominus noster Ihesus Christus
in evangelio cum diceret. In domo
patris mei mansiones multe sunt. Di-
versitas mansionum. diversitatem signi-
ficat premiorum. secundum diversitatem operum et
meritorum. Patet enim in isto sermone
et in precedentibus de primo verbo orationis
dominice quod est de pater. Qualiter scilicet
deus cum nos clamamus Pater noster
qui es in celis. est pater scilicet de cau-
sis idest racione creationis. conservationis.
redempcionis. erudicionis. castigacionis
et hereditacionis. Rogemus dominum patrem
celestem. ut det nobis graciam ita de-
vote faciendi supradicta quatuor opera
ut nobis detur hereditas eterna.

Noster. Karissimi supra
diximus de primo verbo orationis

diuine, id est de patre. quod uidetur proprie
appropriari persone dei patris. quia ipse
pater non solum respectu creaturarum sicut
filius et spiritus sanctus, ymmo etiam est
solus pater in personis beate trinitatis:
quia ipse solus in beata trinitate ge-
nerat deum filium. sibi per omnia consub-
stancialem et coequalem et coeter-
num. ¶ Secundo videbimus de secundo verbo
orationis diuine, id est de meus. quod proprie
appropriari persone dei filii qui specialiter
potest dici deus meus propter naturam meam
quam assumpsit: et quia deus pater eum nobis
dedit secundum quod predixit ysaias propheta
qui dixit. Puer natus est nobis:
et filius datus est nobis. Dedit inquam
eum nobis ut esset meus. Ex quo enim
datus est nobis ab illo qui poterat
eum dare: iusto tytulo suus est noster
ex illa dicione. Sed quo suus est
meus? Certe suus est frater meus dulcis-
simus in sua incarnacione: magister meus
veracissimus in sua conuersacione. Pu-
gil meus fortissimus in sua passione.
Et erit iudex meus equissimus in genera-
li omnium resurrectione. Primo dico quod
dei filius specialiter potest vocari
deus meus. quia suus est meus in sua
incarnacione. qui sicut dicit apostolus
ad philipenses. ipse exinaniuit
semetipsum formam serui accipiens
in similitudinem hominum factus. et habitu
inuentus ut homo. Et hoc fecit ut
afflictos confortaret: ut dispersos
congregaret: ut abiectos honora-
ret. Primo dico quod dei filius suus
est meus ut afflictos confortaret.

Sicut enim sunt quam in hoc mundo boni
homines non sentiunt afflictiones multi-
plices. Sed deus filius deus meus mul-
tum nos confortauit et easdem afflic-
tiones nobis alleuiauit. et non solum
tollerabiles. sed etiam amabiles. et
desiderabiles reddidit. qui propter nos
de altitudine patrie maiestatis in
uterum beate virginis descendit. et as-
sumens ibi nostram carnem nos in hac
valle miserie visitauit. et easdem
afflictiones per xxxiii. et duos annos
nobiscum sustinuit. ostendens nobis
quod per paciencia predictas afflictionis opor-
tet conscendere ad culmine et ... beati-
tudinis. Magna enim est consolacio
membris ex societate capitis. Et de
hac consolatoria visitacione dei mei
gaudebat beatus zacharias pater iohannis
baptiste qui dicebat. Per viscera
misericordie dei nostri. in quibus visitauit nos
oriens ex alto. quod dicit ex alto id est
a deo patre descendit. oriens id est
dei filius qui a deo patre oritur et nasci
et pro nobis dignatus est de virgine
nasci temporaliter. et visitauit nos sicut
dulcis dominus laborantes seruos. dulcis
pater filios. dulcis medicus egrotos.
Et hoc quare? Propter aliquem fructum quem
ipse consequeretur ex ista visitatione?
Non. Sed per viscera misericordie dei nostri
id est per viscera dulcissima et piissi-
ma nostram quia ille qui erat deus
meus factus est frater meus ut sustineret
nobiscum miserias quas nos sustine-
bamus. nos ad sustinendum forciores
et promptiores redderet. et sic nos

seu ad eternam consolacionem perducet.
quia si fuerimus socij passionum erimus
et consolacionum ¶ Secundo dico quod dei
filius qui erat deus noster factus est
frater noster ut dispersos congregaret
qui ante adventum christi in carne erant
electi dei per totum mundum in medio na
cionum infidelium dispersi. et tamen con
minus infidelium quod parum apparebant
fideles in medio eorum Sed venit dei
filius et prima die nativitatis sue cepit
fideles suos in unum corpus suum misti
cum quod est ecclesia congregare. eadem ~~die~~
enim die vocavit ipse ad fidem suam
pastores qui erant de plebe iudeorum.
et tres reges qui erant de plebe ge
ntilium. et isti fuerunt primicie christianorum
Isti fuerunt prime collapides in edificio
nove ierusalem idest ecclesie. qua edifi
cacione et qua consolacione propheta
David dicebat Deo meo sit iocunda
decoraque laudacio Edificans ierusalem
dominus dispersiones israhelis congregabit.
israhelis idest populi fidelis. quia israel
dicitur idest videns deum hic per fidem
et in futuro per manifestam speciem ¶ Tercio
dico quod dei filius factus est frater noster.
ut abiectos honoraret. quia antequam christus
assumeret humanam naturam. et angeli
et demones et eciam creature omnes
habebant nos despectui propter offen
sam divinam. quia et creatoris offen
sa offendi debent et contra offenden
tem insurgere omnis creatura. Sed
postquam dei filius tantum nos hono
ravit quod nostram naturam assumpsit. et
frater noster fieri voluit. iam non au
dent nos nec angeli nec alie cre
ature vilem despicere quia in deo
suo. et in deo fratre meo vident naturam
elevatam super se tanto honore quod cor
humanum non potest maiorem cogitare
Maior enim honor fieri non potuit
quam quod deus homo factus fuit Et hoc
attendentes angeli qui ante incar
nacionem christi ab omnibus sanctis permitte
bant se adorari. post christi incarna
cionem refugiunt sanctorum hominum adora
cione Erubescunt enim illam naturam
vel creaturam adorando inclinari
sub se. quam ipsi in rege suo adorant
super se. sicut patet in apocalipsi.
qui beatus iohannes ewangelista rele
gatus in pathmos insula voluit
adorare angelum qui missus erat ad
eum ut ostenderet ei secreta divina
angelus dixit ad eum. ~~ut ostenderet~~
~~ei secreta divina~~ et Vide ne feceris
conservus enim tuus sum et fratrum
tuorum In christo enim humana nacione
honorati sumus super omnem creaturam.
primo eciam super angelos qui de deo
possumus dicere illud quod dixit ru
ben de ioseph Caro enim et frater
noster est Regem celi possumus vo
care fratrem nostrum. et reginam celi so
rorem nostram. hoc non prestitit angeli-
ce Nam sicut dicit apostolus in epistola ad
hebreos Nusquam angelos apprehen
dit. sed semen abrahe apprehendit
Angelos idest angelicam naturam
non apprehendit ut redimeret eam
Sed illa parte angelorum que pecca
do de celo cecidit imperpetuum dampni
nari permisit Sed apprehendit semen

abrahe idest assumpsit naturam
nostram in maria virgine que erat de
semine abrahe et univit naturam
sue in unitate persone ita ut ipse
veraciter sit deus et homo et dei
filius et hominis idest virginis filius.
Et beata virgo maria soror nostra sit
veraciter mater dei et nostri hominis et nostri
creatoris et nostri fratris et per conse-
quens nostra mater. Unde beatus anshelmus Quod
beata fiducia mater dei est mater nostra et
propterea convertit se ad istam matrem et di-
cit Tu mater dei tu mater hominis tu
mater rei tu mater iudicis tu tu sis inter
utrumque discordia inter filios sustinere
nequis. Dic ergo pateat qualiter ille qui
erat deus noster altissimus factus est frater
noster dulcissimus in sua incarnacione ut
dispersos congregaret ut abiectos ho-
noraret ita quod nos secure possimus di-
cere de ipso illud psalmiste ubi Quis
deus preter dominum aut quis deus preter
deum nostrum. In sequenti sermone vi-
debimus de aliis. Rogemus dominum dei fi-
lium deum nostrum ut det nobis graciam
conservandi dignitatem et honorem quem
fecit nobis quando incarnatus noster se
clamit sue divinitati ita ut non amit-
tamus eam per demeritum alicuius peccati ita
ut post mortem possimus esse coheredes
et comparticipes eius regni sui Amen.

Noster. sicut patuit in ser-
mone precedenti dei filius dicitur
specialiter deus noster quia datus
est nobis a deo patre. Et dicitur noster
quatuor de causis. Primo quia ipse factus
est frater noster dulcissimus in sua incar-
nacione et de hoc visum est supra.
Secundo dicitur noster quia factus est
magister noster veracissimus in sua conversa-
cione quia tota eius conversacio fuit
nostra instructio. Propter hoc enim conver-
satus est ipse inter nos per xxx annos et duos
annos ut doceret qualiter deberemus
bene conversari in hoc mundo et bene
vivere ut bene vivendo et conversan-
do possemus ad veram et eternam vitam
pervenire. Et hec est vera sapiencia quam
ipse sicut verus magister docuit et ex-
emplo vite et verbo doctrine. Primo
sicut dicitur in actibus apostolorum capitulo primo cepit
ihesus facere et docere. Qualis autem sit ista
sapiencia que docet bene vivere et bene
vivendo eternam vitam acquirere ostendit
quidam sanctus qui dicit Invenisti sapienciam
si prioris vite defleas peccata si huius
seculi parvipendas desideria si eter-
nam beatitudinem toto desiderio concupis-
cas si tibi sapiunt singula prout sunt.
Singula prout sunt idest ut ma-
cula culpe sit tibi amara bona tempora-
lia sint tibi vilia bona eterna sint
tibi cara. Ex hac auctoritate patet
quod vera sapiencia consistit in tribus Primo
est in fuga peccatorum in contemptu bo-
norum momentaneorum et in appetitu
bonorum eternorum. Et hec tria deus
noster et magister noster nos docuit verbo
et exemplo dum in mundo fuit. Fugam
enim peccati docuit exemplo quia sicut
dicit apostolus petrus de ipso Ipse est
qui peccatum non fecit nec inventus est
dolus in ore eius. Docuit etiam fu-
gam peccati verbo quia in omnibus ser-
monibus suis hortabatur peccatores peccata
relinquere et ad veram penitenciam se con-
vertere. Penitenciam inquit agite

appropinquabit vobis regnum celorum. Et alibi: Nisi penitenciam egeritis omnes peribitis. Item non veni vocare iustos sed peccatores ad penitenciam. Item gaudium est angelis super uno peccatore penitenciam agente. ¶ Contemptum terrenorum docuit similiter exemplo, quia in maxima paupertate nasci et vivere et mori voluit. Natus est enim de paupere matre que non habuit tempore partus unde domum conduceret nec vestes in quibus puerum involveret. Item in paupere loco id est in publico presepio quod vocabatur diversorium, quia ibi divertebant animalia sua illi qui ad forum veniebant. Item pauperibus pannis fuit involutus et inter pauperes bestias id est inter bovem et azinum reclinatus. De paupertate vero qua docuit vivendo dicebat ipse in ewangelio: Vulpes foveas habent et volucres celi nidos, filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. De paupertate qua docuit moriendo intelligere mus ewangelium in quo dicitur quod ipse fuit suspensus et mortuus totus nudus in medio latronum, quia diviserunt sibi vestimenta sua et super vestem suam miserunt sortem. Et propter hoc in persona sua dicit psalmista: Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea. Bene ergo docuit contemptum terrenorum exemplo. Docuit enim illum verbo: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Item diviti petenti quomodo posset magister divine perfecte sapiencie, respondit: Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo, et veni sequere me. Et dicitur ibi quod ille recessit tristis. Erat enim habens multas divicias. Et tunc dixit dominus discipulis: Amen dico vobis quia difficile intrabit dives in regno celorum. Iterum dico vobis quod facilius est camelum per foramen acus intrare quam divitem intrare in regnum celorum, id est facilius est alium peccatorem ad penitenciam converti quam divitem acquirere regnum dei, quia vix potest esse quod non acquirat divicias illicite vel non amet immoderate vel non expendat indebite. Per camelum enim quod est animal gibbosum et curvum intelligitur peccator qui habet cor gibbosum et ad terrena inclinatum, et per foramen acus quod est artum signatur penitencia que est arta via que ducit ad vitam. Item docuit contemptum terrenorum verbo cum dixit: Ve vobis divites qui habetis hic consolacionem vestram. Item qui posuit parabolam de divite epulone et lazaro paupere ad ianuam eius elemosinam mendicante, quibus morientibus lazaro in sinu abrahe id est in loco refrigerii recepto, dives sepultus est in inferno. Item qui posuit parabolam de alio divite qui dicebat anime sue: Anima mea multa bona habes reposita in annos plurimos et cetera. Cui dictum est: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te. Que autem parasti cuius erunt. Hoc est secundum in quo consistit vera ~~sapie~~ sapiencia id est contemptus terrenorum.

¶ Tercium est appetitus celestium et eternorum, quem similiter docuit nos dominus noster et magister noster exemplis et verbis. Exemplo, quia ostendit in se ipso quod

tuor dotes corporum glorificandorum. Dote enim claritatis ostendit quando in monte thabor transfiguratus coram discipulis ondit dote claritatis que erit in corporibus glorificatis. quia facies eius apparuit clara sicut sol et vestimenta eius alba sicut nix. Item dotem impassibilitatis et immortalitatis ostendit eis resurgens a mortuis. Quia sicut dicit apostolus Cristus resurgens ex mortuis iam non moritur. et mors illi ultra non dominabitur. Item dote subtilitatis ostendit eis. quando intravit ad discipulos ianuis clausis. Item quando videntibus apostolis in corpore et anima ascendit in celum ostendit eis dote agilitatis. Iste erunt quatuor dotes corporum glorificatorum quas ondit dominus discipulis suis de fructo missionis ipso. ut doceret eos de fructo appetitu eternorum. ¶ Docuit etiam idem verbo cum dixit discipulis suis vos qui reliquistis omnia. et secuti estis me. centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. Item alio loco. beati eritis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mencientes propter me. gaudete in illa die et exultate. quia merces vestra copiosa est in celis. Item. nolite timere pusillus grex complacuit patri vestro dare vobis regnum. ¶ Sic ergo patet quomodo deus noster et magister noster docuit nos verbo et exemplo veram sapienciam que consistit in hiis scilicet

in respiscencia peccatorum. in contemptu terrenorum. in appetitu celestium eternorum. Que tangitur in auctoritate supradicta. In qua dicitur. Nunc iusti sapiunt si possis et certum. Quod autem in hiis tribus consistat vera sapiencia patet hic in auctoritate. Racione sic. Nam vera sapiencia est scire fugere ea que sunt homini noxia et mortifera. Sed nichil est homini noxium vel mortiferum nisi peccatum. quod patet per beatum gregorium qui dicit in quadam collecta. Si nulla nobis nocebit adversitas. si nulla nobis dominetur iniquitas id est nullum peccatum. ergo peccatum est homini noxium. Quod autem peccatum sit homini mortiferum patet per apostolum qui dicit stipendia peccati mors. Item ezechiel propheta. Anima que peccaverit ipsa morietur. Et david in psalmo Mors peccatorum pessima. Item ad omnes sapientis est scire precia rebus imponere id est scire appreciari res secundum valorem eius sunt. et quia momentanea parvi valoris sunt secundum philosophum in libro thopicorum qui dicit quod magis appetenda sunt bona diuturna quam que bona parvi temporis. cum omnia bona terrena sunt momentanea quia in momento pereunt. Et bona celestia sunt eterna quia ab hiis qui habent ea nunquam amittuntur. Apparet manifesta racione quod vera sapiencia consistit in contemptu terrenorum et in appetitu celestium bonorum. Item hoc idem potest probari auctoritate senece qui dicit Si prudens sunt tribus temporibus

dispensetur animus tuus presencia or-
dinat futura providet. prima recordari.
Nam cum de preteritis nichil cogitat vi-
ta perdidit. Nam qui futura non providet
in omnia mala incautus incidit. Secundum
autem Senecam vera sapiencia est presencia
ordinare recordari preterita providere fu-
tura. ergo vera sapiencia est in tribus.
in auctoritate beati Jheronimi superdictis
Prima ad preteritorum recordacionem spec-
tat penitencia peccatorum. Ad presencium or-
dinacionem spectat correctio vi-
ciorum. Ad futurorum provisionem spectat
appetitus eternorum. Et quia deus et
dominus noster Jhesus Christus docuit nos ista
tria et exemplo et verbo quando dum con-
versatus est nobiscum in nostra carne. ideo se-
cure possimus dicere quod ipse est magister noster
veracissimus et sapientissimus. et quod ipse
est ille deus noster de quo dicitur in Ba-
ruch. Post hec in terris visus est et
cum hominibus conversatus est. Sequitur.
Hic est deus noster et non estimabitur
alius ad eum. Hic adinvenit omnem vi-
am sciencie. Et nota quod bene dicitur adinvenit
quia ante adventum eius in carne via
vere sciencie erat perdita. omnes enim
sicut animalia irracionabilia et insen-
sata qui non cogitant nisi de eo quod vident
cogitabant tantum de presentibus. et nichil
aut parum cogitabant de futuris. et hoc
proveniebat ex magno defectu sapiencie.
Prima dicit Boecius. Non sufficit
quod ante oculos est intueri verum exi-
tus prudencia metitur. Sed venit
deus noster et magister noster Christus. qui

mundum execatum tenebris malicie
et ignorancie illuminavit virtute vir-
tutis sue. et verbo sapiencie sue. Et ipse
est de quo predixerat psalmista.
Magnus dominus noster et magna virtus
eius. et sapiencie eius non est nume-
rus. Nota quod primo ponit magnitudinem virtutis
eius scilicet in bene vivendo. quia
secundum Augustinum. Virtus est bona qua-
litas mentis id est bonitas mentis
qua recte vivitur. qua nemo male
utitur. quam deus in nobis sine nobis
operatur. Ponit ergo virtutem sapiencie
quia virtus respicit vitam. et sapiencia
respicit doctrinam. Sed bonitate autem
magistri primo requiritur bonitas vite
quam doctrine. Prima sicut dicit Gre-
gorius cuius vita despicitur restat
ut eius predicacio contempnatur. Sequitur.
Et sapiencie eius non est numerus. Mani-
festando scilicet et docendo. cog-
noscendo et presencia et preterita et
futura. et docendo utilia secundum illud
prophete. Ego deus tuus docens te
utilia. Bene ergo potuit mundum
illuminare et tenebras ignorancie
expellere in quo erat lumen innume-
rabilis et incomprehensibilis sapiencie
Faciamus ergo secundum consilium prophete
qui dicit. Venite et ambulemus
in lumine dei nostri. peccata scilicet fu-
giendo. temporalia contempnendo.
celestia appetendo ad que nos per-
ducat qui sine fine vivit et reg-
nat in secula seculorum Amen.

Noster · dominus est qui est
filius dei dicitur deus
noster · et ipse factus est
frater noster dulcissimus in sua conuersa-
cione. ¶ Tercio dico quod ipse deus noster
fuit pugil noster fortissimus in sua pas-
sione. Detinebat enim dyabolus omnes
patres nostros et omnes electos qui transi-
erunt ab hoc seculo a principio mun-
di usque ad aduentum christi captiuos in
carcere inferni. Non in illa parte in-
ferni inferiori in qua erunt eter-
naliter dampnandi. sed in quodam
loco inferni superiori qui dicebatur
limbus. et ad illum carcerem erant
omnes illi qui nascituri erant de
stirpe adam obligati propter peccatum
primi hominis. nisi aliquis ueniret qui
pro nobis contra dyabolum pugnaret.
et ipsum superaret et claustrum eius
frangeret. et illos qui ibi tenebantur
captiuos educeret. et sic fecit dominus ihesus
christus pugil noster fortissimus quod uenit
in hunc mundum ad faciendum istud
duellum. quia totus uite decursus
non fuit nisi quidam cum antiquo hoste
conflictus. quidquid enim fecit in hoc
mundo. nascendo. uiuendo. morien-
do totum fuit pugna cum dyabolo.
Fuit enim duellum inchoatum in prin-
cipio. et terminatum in crucis pati-
bulo. et eisdem respectibus in quibus
dyabolus superauerat hominem primum.
superatus fuit per hominem secundum id est
per christum. Superauit enim dyabolus
hominem primum per gulam. quia pomum ue-
titum comedit / et christus superauit eum
per abstinenciam et penitenciam. in qua
a die natiuitatis usque ad diem mortis
uixit. Et quia primus homo peccaue-
rat in fructu uetite arboris. christus
fuit suspensus in arbore crucis. in
qua gustauit morsellum amarum mir-
re et cibum et aceti et fellis. Item su-
perauit dyabolus adam per superbiam. qui
similis deo esse uoluit. et pugil noster
superauit dyabolum per humilitatem et ui-
litatem maximam. in qua natus est uixit
et obiit. Item superatus est adam a dya-
bolo per auariciam. qui scienciam boni et
mali concupiuit. Et dyabolus superatus
est a christo per paupertatem voluntariam in
qua fuit semper et in natiuitate
et in uita et in morte. Sic ergo
patet quod uita christi in hoc mundo non
fuit nisi pugna cum dyabolo. Finis
autem huius pugne fuit in cruce in qua
quasi brachio ad brachium luctatus est
christus contra dyabolum. ¶ Dyabolus
autem ante illa lucta duo brachia
habebat quibus humanum genus impug-
nabat. Unum brachium erat potestas
qua dyabolus habebat trahendi
sanctos ad limbum. Et hoc brachium christus
omnino sibi abstulit quia christus in
cruce mortuus fuit. Dyabolus
nullum morientem in bono proposito et
sine peccato mortali ad infernum uel ad
limbum trahere potuit. ¶ Aliud bra-
chium dyaboli erat potestas pertrahendi
in peccatum. et christus istud brachium omnino

et nobis abstulit ut haberemus occasionem
pugne et victorie et promerende co-
rone. Sed tamen prestitit eidem brachium
Christus ita sibi debilitavit quod ipse ex-
tunc nullum nisi spontaneum ad peccatum
mortale trahere potuit quod patet sic.
Duobus modis impellebat dyabolus
homines in peccatum id est per occultas et
interiores temptaciones et per manifes-
tas et exteriores tribulaciones. Sed
Christus per passionem suam et apostolorum
suorum et suorum sequencium ita reve-
lavit fraudulentas temptaciones
et versucias dyaboli quod quilibet nisi sit
negligens sue salutis faciliter potest ca-
vere ab eius deceptione. Item per ex-
emplum paciencie sue et sanctorum
martirum et per promissionem eterne
corone ita animavit nos et confortavit
ut ad sustinendas huius mundi adver-
sitates quod sanctus vir plus gaudet quam doleat
in mundi adversitatibus et plus vult
omnia adversa pati quam consentire in
delectacione huius mortalis peccati.
Ita ergo debilitavit pugil noster
nostrum malignum hostem quod de ipso dicit
sanctus Ambrosius. Debilis est hostis qui
non vincit nisi volentem. Dico ergo
quod deus noster fratres est pugil noster
fortissimus. Fortis enim fuit quia
forte hostem superavit. De quo dicitur
in Job. Non est potestas super terram que
comparetur ei qui factus est ut nullum
timeret. Forcior fuit quia non in ma-
iestate sua sed in infirmitate sua

cum ipso congressus est. Occultata
enim deitate sua per infirmitatem
carnis sue quam morti exposuit.
mortem et dyabolum qui habebat
mortis imperium devicit sicut nos
canimus in prefacione misse paschalis
Qui mortem moriendo destruxit // nostram
et vitam resurgendo reparavit. For-
tius est enim ex infirmitate superan-
tis et resurrexit ex potencia dei-
tatis. Et sic patuit quod verum est
illud quod dicit apostolus. quod infirmum est
dei fortius est omnibus hominibus in
morte et passione. Cum ipse conflige-
bat cum dyabolo cum baculo crucis
commixta fuit sua fortitudo abscon-
dita. sed in resurrectione fuit mani-
festata. Et hoc duellum previdit Ab-
bacuc propheta cum predixit. Cornua in
manibus eius ibi abscondita est forti-
tudo eius ante faciem eius ibit mors
Et egredietur dyabolus ante pedes eius.
Notandum quod dicit cornua in manibus eius
facias figuram que dicitur ypallage
id est conversio sermonis id est ma-
nus eius in cornibus crucis. Sed ad
ostendendum quod non patiebatur invitus
sed spontaneus dixit Cornua in
manibus eius. quia in manibus id est
in potencia et voluntate eius fuit
ut assumeret cornua crucis id est
ut crucifigeretur aut non crucifigeretur.
Sequitur. Ibi est abscondita forti-
tudo eius. Quomodo bene abscondita
erat fortitudo eius. quando ille qui totum

mū dū potuit / una mors subditu
pmisit s̄ mori tm̄ vili et tā hor-
ribili morte. Et tū ān faciē eius
ibit mors. Cum aūt cōfixum eius
pt̄ morte ad inferos descenderet.
mors id est dyabolus qui ē auctor
mortis fugit. qz illud magnū do
minium qđ in mūdo habebat pdidit
Fuit ergo fortis. quia forte vi
cit. Forcior qz nō in maiestate sed
in infirmitate sua cont̄ ipm̄ bellauit.
Fortissimus uero fuit qz nō solū forte
vicit. nec solū infirmitate sua con
gressus fuit / sed etiā domos eius con
fregit et captiuos quos detinebat
eripuit. et insup̄ secū in hereditatē
celestis regni introduxit. Et hoc
totū fecit p̄ illa benedicta hostia
carnis sue. quā pro nobis in cruce
obtulit. De qua nos regraciates
ei canimus. O uē digna hostia p̄ q̄
fracta sunt tartara. redempta plebs
captiuata redit ad vitē p̄mia. Et
rex ille fortissimus mortis cōfractis
viribus pede conculcans tartari soluit
a pena miseros. Tunc ad plenū ē
in isto fortissimo pugile. illud qđ di
cit dn̄s in ewan. bti luce. Dū fortis
armatus custodit atrium suū in pace
sunt omnia q̄ possidet. Si aūt forcior
illo supueniens vicerit eū. vniusa
arma auferet in quibus cōfidebat
et spolia eius diripiet. Ante ad
uentū xp̄i fortis armatus atriū su
um custodiebat. quia in cordibus
pctōrū qī dn̄s in atrio suo habita
bat. Et erat armatus quia varijs
decepcōnibus armabat / ne recede
rent a seruicio eius. In pace erāt
q̄ possidebat. qz nullo cont̄dicente
eas infernū in limbo detinebat.
Sed forcior illo supueniens eū vi
cit. qī xp̄c eū in duello crucis su
perauit. Arma eius abstulit. qz
ptatem trahendi scōs ad limbū sibi
abstulit. Et ptatem precipitandi in
penam sicut sup̄ dictū est ita ener
uauit. ut nullū possit in pcm̄ trahe.
nisi sit valde negligens saluti sue.
Spolia uero eius diripuit. qī infer
nū cōfregit. et scōs qui ibi detine
bant̄ captiui ab inicio mūdi. secū in
palaciū celestis glē introduxit in
die ascensionis. qī angeli occurren
tes ei. quasi regi redeunti de con
flictu cū triumpho clamabāt Quis
est iste rex glorie Et uidetur eis.
Dn̄s fortis ⁊ potens. dn̄s potens in p
lio Et iterum Quis ē iste rex glorie
Dn̄s virtutū ipē ē rex glē Et
benedicit dn̄s virtutū id est victo
riarū. qz nō solū dyabolū vicit. s;
etiā omnibus fidelibus suis virtutē eū
vincendi tribuit Et instrumenta
eius quibus xp̄c vicit dyabolū fue
runt crux in qua suspensus fuit.
passio quā in eadē cruce sustinuit.
et caro et sanguis quā p̄ nobis in
cruce obtulit. Cum ergo impugnat̄
a dyabolo aliq̄ temptacione. accipi
at hec eadē instrumenta. Habeat
signū crucis in fronte. Habeat me
moriā dn̄ice passionis et mortis
in corde. Habeat sacramentū altaris

in quo veraciter continetur domini corpus et
sanguis in cotidiana immo continua devo
cione et afflictione et veneracione. et
si habet ista tria faciliter poterit a se
malignum hostem fugare. dummodo velut
xpi fideles servus et utilis ecclesie. ita ut
credat in eum fide vera et faciendo bo
na opera. caveat ab eius offensa. Dya
bolus enim est superbissimus. et quando iam videt
in aliquo signa et vexilla quibus xpus
reportavit ab ipso victoriam. statim ver
titur in fugam. Et propter hoc homini time
nti dyabolum consulit dominus in canticis di
cens. Pone me sicut signaculum sup
er cor tuum. Item in trenis. Thau dabis
eis scutum cordis laborem tuum. Thau est
figura hebrea que habet tria brachia
sicut crux habuit in principio. antequam
quartum brachium adderetur pro scribendo titulo
et signat xpum in cruce suspensum. cuius la
borum cruce est scutum cordis humani pro
superanda omni temptacione. quia si pas
sio xpi ad memoriam reducitur non est tam
grave pondus quod non equo animo toleretur.
Et qualiter signum crucis fugat dyabolum.
patet exemplum in beata iustina. que cum
quedam virgo sacratissima in civitate an
thiochie. quam quidam iuvenis non valens
terroribus nec blandiciis ad amare
sui allicere. Venit ad cyprianum incan
tatorem qui precepit demonibus ut animam
puelle inclinarent ad voluntatem iuve
nis illius. Demones autem ad persua
dendum ei veniebant ad eam modo in spe
cie nutricis sue. modo in specie matris
sue. sed quando cito de consensu iuvenis
ei mencionem faciebant. ipsa faciebat
signum crucis. et demones statim fugien
tes coram ipsa evanescebant. Multa
alia possent poni exempla de ista
materia. ¶ Sic ergo patet quod deus
noster factus est pugil noster fortis forte
hostem superando. Forcior tamen ipso in sua
singularitate congrediendo. Fortissimus
claustra eius frangendo. et illos quos
detinebat captos liberando. Sed plus
quam fortissimus omnibus fidelibus suis vir
tute superhandi eum tribuendo. et instru
menta cum eo confligendi eis relin
quendo. Sed est signum crucis. memo
ria sue passionis. Et sacramenta alta
ris. quod est continentia sui corporis et
sanguinis. Hic est ergo deus noster
qui factus est pugil noster et protector
noster secundum illud psalmi Protector
noster aspice deus et respice in faciem
xpi tui id est cuiuslibet xpiani. Item
Deus noster refugium et virtus. Hic est
ille deus noster quem invocabant stre
nui bellatores machabei qui dicebant
Da pacem domine in diebus nostris quia non est
alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus
noster. Sic ergo patet qualiter xpus
qui erat deus noster factus est pugil noster
fortissimus in sua passione. De quarto
dicemus in sequenti sermone. ¶ Roge
mus deum nostrum et pugilem nostrum ut det
nobis ita portare signum sue crucis in
fronte. et memoriam sue passionis in
corde. et habere sacramentum sui corporis
et sanguinis in continua devocione et ve
neracione ut per ista tria possimus de dya
bolo triumphare. et postea triumphum coro
nam paradysi recipere quod nobis conce
dat pater filius et spiritus sanctus ~~amen~~ -

Nostri. In precedenti ser-
mone diximus qualiter deus
noster fuit cum pugil noster
in sua passione. Modo videbimus qualiter
futurus est iudex noster in ultima re-
surrectione. Sic enim dicit ysayas
propheta. Dominus iudex noster. dominus legi-
fer noster. dominus rex noster ipse veniet
et salvabit nos. Qualiter autem ve-
niet ostendit david propheta in psal-
mo cum dicit. Deus manifeste veniet
deus noster et non silebit. Ignis in
conspectu eius exardescet. Quod
quod dicit manifeste veniet. quia primo
adventu id est quando venit in carne quasi
occulte et paucis scientibus adventu
eius ut tempore gabriele archangelo
et beata maria. et ioseph et pastoribus
et regibus. Sed in secundo adventu quando
veniet ad iudicium tunc veniet mani-
feste angelis et omnibus sanctis comi-
tantibus. Et omnibus nationibus id est
christianis iudeis et paganis presentibus
sicut ipse promisit per prophetam dicens
Expecta me dicit dominus in die resur-
rectionis mee futurum. quia iudicium
meum cum gentibus ut congregem gen-
tes et colligam regna. Primus
adventus fuit in magna humilitate.
secundus erit in potestate magna et ma-
iestate. In primo fuit inclusus pan-
norum vilitate. In secundo indutus erit
luminosissima immortalitate. In pri-
mo inclinatus fuit in presepio. In secundo
apparebit super vallem iosaphat in
aere in tam sublimi loco quod videri
poterit ab omni mundo. Bene ergo

dicit. Manifeste veniet. Sequitur.
Et non silebit. Verum est. sed in alta
clamabit quod totus mundus audiet et
viventes et mortui. secundum illud in
evangelio. Mortui qui in monumentis
sunt audient vocem filii dei. et qui
audierint vivent. et propter illius
vocis eminentiam vocat eam apostolus tubam
Canet inquit tuba et mortui qui
in christo sunt primi resurgent. Illam vo-
cem terribilem et magnificam timebat
beatus iheronimus qui dicebat. Sive
comedo sive bibo sive quicquid aliud facio
semper videtur sonare in auribus meis
illa vox terribilis. Surgite mortui
venite ad iudicium. Sequitur. Ignis in
conspectu eius exardescet. Iste
ignis qui precedet faciem iudicis et com-
buret et renovabit et purgabit
totam exteriorem figuram huius mundi. et
ascendet tantum quantum ascenderunt
aque tempore diluvii. Tunc enim facta fuit
purgatio mundi per aquam. sed tempore ex-
tremi iudicii per flammam fiet. Et ille
ignis bonis quos tunc inveniet bonis
erit purgatorius. malis vero erit [illegible]
cruciatus eterni sicut dicitur in psalmo.
Ignis ante ipsum precedet et inflamma-
bit in circuitu inimicos eius. Ostendimus
qualiter deus noster et iudex noster in die
generalis resurrectionis venturus est
ad iudicandum. Modo videamus de for-
ma et modo iudicandi. Et sciendum
quod sicut nos videmus in iudiciis princi-
pum terrenorum ut prelatorum ecclesiasticorum
in illo iudicio erunt diverse persone. quia
ibi erit iudex et assessores et iudicandi

peccatores. et accusatores et testes.
et auditis accusatoribus testium. fiet
sententie diffinitive promulgatio.
bonorum absolucio et remuneratio.
malorum vero condempnacio et incar
ceracio. ¶ Primo dico quod ibi erit
persona iudicis id est dominus noster ihesus
christus cui deus pater dedit iudiciariam
potestatem. secundum quod ipse dicit in ewangelio
Pater omne iudicium dedit filio. Iudi
cabit autem in natura humana. in illa
scilicet natura in qua ipse iudicatus fuit
iniuste ad mortem coram facie pylati pro
salute tocius mundi in eadem ipse appa
rebit in die ultime resurrectionis
iudex tocius mundi. et hoc est quod ipse
dicit in ewangelio ubi iohannis Sicut enim
pater habet vitam in semetipso. sic dedit
et filio vitam in semetipso. et potestatem
dedit ei iudicium facere quia filius hominis est.
Id est quia tantum humiliavit se quod dig
natus est homo fieri. et in humanitate
assumpta ad ignominiosissimum crucis
supplicium dignatus est pro hominibus ab
hominibus iudicari. Ideo tantum exalta
bitur in die iudicii quod in eadem forma
hominis in qua iniuste ab hominibus pro hominibus
iudicatus est. fiet super homines iudex to
cius mundi et hoc cognovit bonus
Job per spiritum sanctum qui dicebat Scio enim
quod redemptor meus vivit et in no
vissimo die de terra surrecturus sum
et rursum circumdabor pelle mea. et
in carne mea videbo deum meum. Di
cunt eciam sancti quod signa et instrumenta
passionis erunt presencia et super claritatem
solis lucencia id est cicatrices
vulnerum in suo corpore id est in ma
nibus et pedibus et latere. id est crux
clavi et lancea. ut illa que illata fuerunt
ei a peccatoribus ad penam et ignominiam
vertantur sibi et ad maximam gloriam.
¶ Assessores tunc erunt beati apostoli
et sequaces eorum id est viri perfecti
qui secuti sunt vitam christi et apostolorum omnia
relinquendo et in paupertate et casti
tate et obediencia vivendo. isti erunt
assessores iudicis et iudicabunt cum
ipso Non proferendo sententiam. sed
sedendo ad iudicis dexteram et appro
bando et laudando iustam sententiam.
Nam cum commune statum iustorum trans
cenderunt vivendo propter hoc quod ipsi
servaverunt non solum precepta que sunt
necessitatis. sed eciam consilia que sunt
supererogationis Ideo specialem ho
norem habebunt in iudicio. quia ipsi iu
dicabunt cum ipso secundum quod ipse promisit
eis in ewangelio dicens In rege
neracione cum sederit filius hominis in
sede maiestatis sue sedebitis et
vos super sedes duodecim iudicantes
xii tribus israel Ubi dicit glosa quod
per sedes duodecim intelligitur universi
tas iudicantium. Per xii tribus
israel intelligitur universitas iudican
dorum. Illi ergo qui secuti sunt vitam
christi et apostolorum. et qui reliquerunt
omnia propter amorem christi. et predicacio
nem ewangelii. illi iudices iudicabunt.
alii iudicabuntur. Isti sunt senatores
de quibus dicit ysayas propheta Dominus
ad iudicandum veniet cum senibus sena

tor illi terre. ¶ Hi diuiduntur, nec sunt omnes et boni et mali oues et hedi. Dicit enim dominus in euangelio beati mathei: Cum venerit filius hominis in maiestate sua et angeli eius cum eo, tunc sedebit in sede maiestatis sue, et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis, et statuet oues quidem a dextris, hedos autem a sinistris. Per oues que ponuntur a dextris, in quibus nichil est infructuosum, quia ouis est animal simplex et inmolaticium, intelliguntur boni qui tempus suum fructuose expenderunt, et simpliciter sine fraude vixerunt, et corpus et animam suam in dei seruicio immolauerunt. Isti inducuntur ad recipiendam eternam vitam. Primo propter hoc quod deum semper omnia dilexerunt, et precepta eius seruauerunt. Et ab eius offensa pro posse suo timuerunt. Propter hoc quod proximis non inuiderunt, sed pauperibus compassi sunt, et misericordie opera fecerunt. Propter hoc quod nulli malum pro malo reddiderunt. Propter hoc quod in prosperitatibus non superbierunt, nec in aduersitatibus desperauerunt vel murmurauerunt vel ~~blasfma~~ blasphemauerunt. Propter hoc quod corpus et animam suam munde custodierunt, temporalia contempserunt et eternam vitam semper desiderauerunt, et alios ad desiderandum verbis et exemplis pro posse suo accenderunt. Propter hec et alia bona que isti fecerunt in vita sua isti inducuntur ad bonum summum, id est ut habeat illud quod semper desiderauerunt. Sicut scriptum est: Desiderium iusti dabitur ei. Quid est illud desiderium? Dicitur alibi: Desiderium iusti omne bonum. Quid est omne bonum? Deus qui est vnum solum et verum bonum qui solus potest satiare et implere cor humanum. Iste est merces ~~[struck]~~ istorum, secundum quod dixit dominus ad abraham: Noli timere, ego protector tuus sum et merces tua magna nimis. Magna enim merces erit deus iustis quia liberabit eos a prima miseria, maior quia liberabit eos a dampnacione perpetua, maxima quia glorificatos in corpore et in anima perducet eos ad eterna gaudia.

¶ Per hedos vero qui ponuntur a sinistris intelliguntur reprobi, qui sicut hedi fetidi separabuntur a grege domini ad mortem eternam. Et hoc quia deum non dilexerunt, nec mandata eius custodierunt, sed deum dum vixerunt ipsum male viuendo impugnauerunt, et sanguinem eius conculcauerunt et mortem eius, quantum in eis est, irritauerunt, dum animas suas sua morte redemptas peccato exposuerunt, secundum quod apostolus dicit: Rursum crucifigentes filium dei et sanguinem eius ostentui habentes. Item quia proximis inuiderunt, et bonos persecuti sunt, et pauperibus et afflictis misereri noluerunt. Item quia corpus suum et animam turpitudini exposuerunt in pros-

prosperitatibus superbierunt · et in adversitatibus desperaverunt murmuraverunt et blasphemaverunt · De similibus et eternis nichil cogitaverunt · sed totum cor in terram fixum habuerunt · Et quia dilexerunt terram et contempserunt eternam vitam · quia non servaverunt ordinem remedii · nec timuerunt iudicia dei ideo ibunt in terram tenebrosam et opertam mortis caligine · Ubi umbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat · Sic ergo patet · qui sint iudicandi · quia omnes boni et mali · secundum quod predixit beatus iohannes in apocalipsi · qui dicit · Ecce venit cum nubibus et videbit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt · Per nubes intelliguntur sancti qui fuerunt a terra elevati quia eorum conversacio in celis erat · Qui fuerunt pleni rore divine et pluvia doctrine · et orationibus suis repleverunt nobis ardore zeli iusticie id est vindicta offense divine · Per illos qui pupugerunt intelliguntur omnes mali sive gentiles sive iudei sive christiani quia pupugerunt eum iudei · ei dum viveret insidiando et mortem eius impetrando · Pupugerunt eum gentiles ipsum flagellando et crucifigendo · et occidendo · Pupugerunt eum falsi christiani male vivendo et mortem eius ut supra dictum est quantum in eis est iterando · Sicut enim dicit beatus bernardus in persona christi · O homo serva salutem tuam ego pro illa mortuus sum · si tu eam peccando amiseris · iterato mori non possum · Sed nolo ut tu michi iniuriam facias · quia si salutem tuam me a tibi morte restitutam iterum peccando amiseris · quantum in te est me iterum crucifigis · me iterum mori compellis · Accusatores vero in illo iudicio erunt primo ipse deus · secundum quod ipse dicit in psalmo Arguam te et statuam te contra faciem tuam · Hoc dicetur per hedos qui erunt a sinistris quos ipse accusabit dicens Esurivi et non dedistis mihi manducare · Sitivi et non dedistis mihi bibere · Hospes eram et non collegistis me · Infirmus et in carcere · et non visitastis me · Et ipsi dicent · Domine quando non fecimus hec tibi? Et dominus respondebit · quotiens non fecistis hec uni ex minimis meis nec mihi fecistis · Oves vero que erunt a dextris ipse excusabit dicens Esurivi et dedistis mihi manducare · Sitivi et non dedistis mihi bibere ~~et~~

¶ Secundo dico quod accusabit totus mundus · quia cum deus omnes creaturas dederit ad servicium hominis · miser homo omnibus abutitur in contumeliam dei · et quia offenso domino offenditur omnis familia · et ideo offenso creatore offenditur omnis creatura ideo in die iudicii clamabit omnis mundus contra peccatores ad vindicandam offensam dei · secundum quod scriptum est Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos

¶ Tercio dico quod accusabit hominem propria consciencia · Virtute enim libri vite id est christi qui ibi erit presens fiet ut quilibet legat in libro consciencie sue · et in conscienciis omnium aliorum omnia bona et mala que ipse

et alii cogitaverunt vel dixerunt vel fecerunt. ex quo sensu et discretione naturali habuerunt. Et hoc scribitur in Daniele ubi dicitur. Antiquus dierum sedit. et libri aperti sunt. Et alius liber apertus est qui est liber vite et iudicati sunt mortui ex hiis que in libris scripta erant. ¶ Quarto accusabunt peccatorem infinita demonia. que dicent iudici. Redde nobis hunc iuste. tuus est per facturam. sed spontanee se fecit nostrum per culpam. quia noluit servire. et tibi noluit obedire. Et ideo dyabolus in apocalypsi vocatur accusator. Proiectus est inquit accusator fratrum nostrorum. qui accusabat illos ante conspectum dei die ac nocte. ¶ Testes vero erunt in illo iudicio deus angelus. et conscientia propria. Deus inquam erit testis quoniam ipse videt omnia que cogitamus vel dicimus vel facimus et bona et mala. et nichil possumus sibi abscondere. Propter quod dicit apostolus. Nolite errare deus non irridetur. Homines enim vident ea que patent. deus autem intuetur cor. Et beatus Ambrosius. Speculator astat desuper qui nos diebus omnibus actibusque nostris prospicit a luce prima in vesperum. Item Boecius de consolatione. Magna nobis si dissimulare nolumus indicta est probitatis necessitas. cum cuncta agimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Et ergo ipse dominus dicit per prophetam. Ego sum iudex et testis. Nota quod magnum periculum est in iudiciali examine habere iudicem testem contra se. ¶ Secundus testis erit angelus qui datus est nobis ad custodiam. et qui semper est presens nobis in omnibus temporibus et in omnibus locis. et conscius omnis nostre cogitationis et locutionis et actionis. et ideo presenciam eius debemus erubescere quotiens volumus aut aliquid turpe vel cogitare vel facere. Propter quod dicit beatus Bernardus. In quovis angulo in quovis diversorio reverenciam exhibe angelo tuo. ut non audeas eo presente facere quod me presente facere non auderes. ¶ Tercius testis erit contra peccatorem. sunt propria opera. Tunc enim dicent unumquodque peccatori sua propria opera mala et clamabunt ei voce magna in aure consciencie. Tu nos fecisti. opera tua sumus. non te deseremus sed tecum ad supplicia pergemus. De hoc dicit Innocencius tercius in libro de miseria humane condicionis. Quantus pudor quanta confusio erit peccatoribus. cum eorum peccata nefandissima cunctis erunt liquido manifesta. Beati quorum remisse sunt iniquitates. et quorum tecta sunt peccata. Illorum tecta sunt peccata qui ea veraciter confessi sunt. et penitenciam condignam pro eis fecerunt. De quo tecta sunt. Dico quod sunt tecta deo. quia non potest propter ipsa hominem condempnare. Tecta sunt dyabolo quia non potest de eis hominem accusare. Tecta sunt angelo quia non potest de eis contra hominem testimonium perhibere. Tecta sunt homini quia ex quo veraciter confessus est ea et fecit vel facere proponit penitenciam

iuncta non debet ea de eis sic de re
dapnabili ulterius consciencia re
mordet. Sic ergo patet qui erunt
in illo iudicio accusatores et qui
testes. ¶ Facta igitur accusacione uel
excusacione et recepta testium pro
bacione. sequitur sentencie diffiniti
ue irreuocabilis promulgacio quam
dicet iudex hiis qui a sinistris erunt
Ite maledicti in ignem eternum. Et hiis
qui a dextris erunt dicet. Venite
benedicti patris mei percipite regnum
quod vobis paratum est ab origine mundi
¶ Postea statim sequitur sentencie
execucio. Anima mali qui in corpore
et in anima offenderunt deum. in cor
pore et anima descendent cum diabolo in
ignem eternum. Et boni qui in corpore
et in anima seruierunt deo. in corpore et
anima cum christo introducentur et regnabunt
in eternum. Et hoc faciet deus noster qui
et iudex noster. qui dabit iustis pro
sua iusticia hereditatem. quia spoli
ati sunt impii diaboli et iniusti pro
sua iniusticia. Et ideo voce una lau
dabunt nomen dei nostri. pro quo data est
eis victoria et corona. Et tunc veri
ficabitur illud quod scriptum est in libro
sapiencie. Tulerunt iusti spolia impiorum
et decantauerunt domine nomen sanctum
tuum. et victricem manum tuam lauda
uerunt pariter domine deus noster. Ex pre
dictis igitur satis visum est de secundo verbo
orationis dominice quod appropriatur dei filio
quia ut visum est ipse factus est frater noster
dulcissimus in sua incarnacione. magister noster
verissimus in sua conuersacione. pugil
naster fortissimus in sua passione.
Et eciam iudex noster equissimus in sua
resurreccione. qui in anima et corpore fa
ciet nos participes eterne beatitudinis
sue. ad quam nos perducat. qui viuit
et regnat deus per omnia secula se
culorum Amen.

Qui es in celis. In prin
cipio huius libelli dictum
fuit quod cum nos dicimus
pater noster qui es in celis.
Hoc quod dico. pater. pertinet appropriari persone
dei patris. quia ipse solus est pater in beata
trinitate. Hoc quod dico noster. pertinet ap
propriari persone dei filii propter assumpcio
nem humanitatis nostre. Hoc quod dico. qui
es in celis. pertinet appropriari persone spiritus sancti
propter inhabitacionem gracie. Deus enim
dicitur esse in celis. id est in sanctis
viris propter graciam spiritus sancti que est
in eis inhabitans. illud quod dicit apostolus ad ro
manos. Caritas dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis. ¶ Sed videamus quare
viri sancti dicuntur celi. Est sciendum
quod hoc est propter quatuor proprietates que
sunt essencialiter in celis. et spiritualiter
reperiuntur in viris sanctis. Celi enim
sunt aspectu pulcherrimi. ambitu
capacissimi. materia solidissimi.
situ altissimi. Primo dico. celi sunt
aspectu pulcherrimi. et hoc dico propter
duo. id est propter venustatem lumina
rium. et propter ornatum motuum. Propter
venustatem luminarium. quia sicut
dicitur in genesi. Fecit deus duo luminaria

magna et posuit ea in firmamento
celi. Luminare maius id est solem po
suit in celo ad illuminandum mundum de
die. Luminare minus id est lunam et stel
las posuit in celo ad illuminandum
mundum de nocte. Similiter in celis
spiritualibus id est in sanctis viris est
luminare maius id est exemplum bone
vite. De quo dicit dominus in evangelio
Luceat lux vestra coram hominibus. ut vi
deant opera vestra bona. et glorificent
patrem vestrum qui in celis est. Luminare
vero minus est verbum doctrine quod dici
mus opera plus movent exempla
quam verba sicut dicit beatus gregorius
in libro dyalogorum De hoc luminari
dicebat apostolus. Luceatis sicut lumina
ria in mundo verbum vite continentes
Item in psalmo Declaratio sermonum
tuorum illuminat et intellectum dat par
vulis id est humilibus qui humiliter in
sunt sermonibus et predicationibus. non su
perbis huius mundi qui sicut dicitur in iob
rebelles sunt lumini id est verbo dei
Cum ipsi vertunt tergum. quia nolunt illud
audire cum corpus cum ne aliquis
radius veritatis possit in cor eorum
intrare. qui faciat eos defectus et
pericula sua cognoscere. et a peccatis
tibus suis resipiscere. Sicut ergo celum
visibile ornatum est suis lumina
ribus. sic celi spirituales ornati sunt
spiritualibus luminaribus. id est fidei
doctrine et bone vite. De quibus
dicitur in iob Spiritus domini ornavit
celos Ornamenta celorum sunt vir
tutes iustorum id est humilitas. casti

tas. caritas et sic de aliis Et vir
tutes accipiunt ipsi istum ornatum certe
a spiritu sancto qui habitat in cordibus eorum
Spiritus inquit dei ornavit celos Et
sicut ex influencia celorum fit terra
fructificare. sic per exempla virorum
iustorum et documenta solent se pecca
tores ad bona opera convertere. Et ideo
daniel illos qui docent populos verbo et
exemplo comparavit stellis et celo
dicens secundum ieronimum in epistola
ad paulinum Qui autem docti fuerint
fulgebunt quasi splendor firmamenti.
et qui ad iusticiam erudiunt multos
quasi stelle erunt in perpetuas eternitates
Sed proh dolor quia deficit celorum co
grua influencia facta est terra ste
rilis et infructifera. id est quia
in plan prelatis et viris religiosis
deficit vita et doctrina. ideo corum
subditi non fructificant per bona opera.
Immo quia in prelatis et dominis terrenis
vident mala opera quiunt se ad similia.
quia quod agitur a prelatis de facili trahitur
a subditis in exemplum. Unde hodie
verificatur visio iheremie prophete qui
dicit Aspexi terram et ecce vacua
erat et nichil et celos et non erat
in eis lux. Per terram intellige populos
subditos. per celum principes et pre
latos. quia celum terra est altius et
pulchrius. Sic vita principum et
prelatorum debet esse altior et sanctior
et perfectior quam vita subditorum Quia
ergo deficit lux celorum id est vita
et doctrina prelatorum et iusticia prin

operum tenebrarum. Ideo sunt idest prelati
sudicii, vacua est id est sterilitas fruc-
tu bonorum operum et vertitur in nichil
per peccatum. Quia peccatum nichil est et homines pec-
cando fiunt nichil. Quia si perseveraverint
in peccatis suis, melius est eis non es-
se quam esse. Unde in trenis dicitur: Patres
nostri peccaverunt et non sunt. Primum ergo
quod reddit celos pulchros ad aspi-
ciendum est ornatus luminarium.
Secundum est ornatus et regularis motus
eorum. Dicunt enim celi moveri ordina-
te et regulariter et uniformiter et
numquam moventur nisi secundum voluntatem
sui ~~motus~~ motoris et secundum legem
eis indictam ab institutione sui crea-
toris. Sic viri sancti omnes motus
suos interiores et exteriores id est
anime et corporis ordinant et regu-
lant secundum beneplacitum sui creatoris
idest dei et sui superioris id est prelati.
Ordinatus enim motus est ut inferius
subdatur superiori. Corpus autem est
inferius et minus dignum quam anima per
naturam. Anima similiter inferior est
deo a quo recepit essenciam. Dignitate
non equatur angelis et transcendit
omnem aliam creaturam nisi peccando
amittat dignitatem suam. Et ideo viri
sancti ut sint motu ordinati sunt
spirituales celi, corpus et sensus corporis
subdunt spiritui, spiritum vero id est
omnes cogitationes et voluntates cordis
in quibus consistit motus anime subdunt
deo celi. Anima enim non movetur locis
corporalibus sed cogitationibus et affec-
tionibus. Propter hoc dicit augustinus
in libro confessionum: Amor meus pon-
dus meum. Eo feror quocumque feror.
Hic sicut ipse dicit: Verius sum ubi
amo quam ubi habito. Ordinatus ergo
et regularis est motus iustorum quasi ce-
lorum quia numquam permittitur in corpore
suo vel in sensibus corporis aliquem mo-
tum dominari qui sit contrarius saluti anime.
Nec permittitur eciam moveri per co-
gitationes vel affectiones vel delectationes
que sunt contra regulam voluntatis divine.
Quam regulam deus scribit in cor-
dibus eorum per spiritum sanctum qui est digitus
dextere dei. Vel manifestat eis hanc
regulam per prelatos qui sunt eis vi-
carii vel per predicatores scripturarum
sacrarum, qui sunt eius precones et nuncii
qui afferunt eis sacras scripturas quasi
quasdam litteras missas eis a re-
ge celesti. Numquam permittunt carnem
suam spiritui dominari nec spiritum carni
servire et ancillari. Nec permittunt
eciam per amorem subdi alicui rei
nisi deo celi et hoc est moveri or-
dinate et regulariter. Moventur etiam
uniformiter quia nec prosperitate ex-
tolluntur per superbiam nec dissolvuntur
per lasciviam et ineptam leticiam, nec
in adversitate franguntur per iram et im-
pacienciam secundum quod sapiens dicit: Non
contristabit iustum quicquid ei accide-
rit. Ex contrario vero est de pravis
qui non sunt similes celo sed terre.
Et ideo moventur non sicut celum sed sicut
terra. Terra autem quantum de se est per
naturam immobilis est, sed si mo-
vetur est per violenciam. Iterum

cum venti cavernas terre et ipsis collidentibus inter se contingit terram concuti et villas et castra ex motu terre subverti.

Similiter parvi et nobiles sunt ad bonum operandum per naturam sed per se sunt mobilia quia nulla devocione moventur ad deum nulla compassione ad proximum nulla persuasione exempli ut ubi ad opus boni. Sed ventis temptacionum intrantibus cavernosa et tenebrosa corda eorum statim ad modum iumentorum irracionabilium moventur ad expletionem suarum voluptatum et suorum malorum desideriorum. Totum studium suum ponunt ad explenda exteriorum sensuum desideria nec curant de anima nec de voluntate divina. Cogunt spiritum servire carni et carnem faciunt spiritui dominari et corde et corpore rebelles sunt creatori. Hii ergo moventur motu inordinato et amore malo et subitaneo. Tamen quando cito occurrit eis tempus prosperitatis extolluntur per superbiam et dissolvuntur per luxuriam et inepta leticia. Et quando cito occurrit eis tempus adversitatis franguntur per iram et impaciencia et prorumpunt in dei et sanctorum eius blasphemiam. Et propter istos contrarios motus celi et terre id est bonorum et malorum dicebat dominus ad Iob. Numquid nosti ordinem celi et pones racionem eius in terra. Quasi diceret numquam poteris facere terram id est peccatorem ad deum converti et ordinatam et racionabilem vitam celi id est virorum iustorum imitari. Et intelligitur quod hoc potest nullus nisi deus solus. Sic ergo patet de prima condicione propter quam viri sancti dicuntur celi id est quia sunt aspectu pulcherrimi propter venustatem luminarium et propter ordinatum motum. De aliis tribus condicionibus celorum dicemus in sermonibus sequentibus.

Rogemus dominum ut ipse qui solus est fabricator celorum faciat nos celos spirituales et ponat in nobis luminaria sua id est fidei recte doctrine sane et bone vite et faciat nos bene ordinatos ad ipsum per devocionem et ad proximum per compassionem et ad nos ipsos per cordis et corporis impollucionem. Ita ut nos simus de illis de quibus intelligitur prima particula dicti thematis cum dicitur: Pater noster qui es in celis. Id est ut pater celestis dignetur habitare in nobis in presenti per graciam in futuro per gloriam. Amen.

Qui es in celis. Secunda condicio propter quam viri iusti dicuntur celi est quia celi sunt ambitu capacissimi ita quod capacitate corporea non potest comprehendi aliqua creatura nisi sola dei sapientia que dicit de se ipsa: Gyrum celi circuivi sola. Sicut enim pellis corpus continet intra se omnia membra sic celum continet intra se omnia sensibilia et hoc est quod dicitur in psalmo: Extendens celum sicut pellem. Licet istud verbum ad literam intelligatur de visibili celo tamen iuxta spiritualem intelligenciam potest intelligi de quolibet viro iusto qui debet esse extensus corde sicut pellis extenditur in corpore. Pellis enim omnia membra continet et circumfovet. Similiter vir iustus omnia membra corporis et capitis mistici id est ecclesie et Christi continet per-

veri caritate intus cordis sui latitu
dine. diligendo omnes qui sunt ad
xpi ymaginem et similitudinem. Caritatis
enim est mandatum illud. de quo dicit
david ad deum. latum mandatum tuum
nimis. latum enim est quia dilata
tur ad amplectandum per amorem
omnes et amicos et inimicos et pro
pinquos et extraneos et fovet per
pietatem. qui videt necessitatem. secundum
illud mandatum xpi. Diligite inimicos
vestros benefacite hiis qui oderunt vos
et orate pro persequentibus et calum
niantibus vos. Et apostolus. Si esurie
rit inimicus tuus ciba illum. si sitit potum
da illi. hoc enim faciens carbones
ignis congeres super caput eius id
est affectiones veri amoris facies
venire in cor eius. Hanc latitudinem
caritatis ostendit xpus. qui in cruce
oravit pro suis crucifixoribus. Pater
ignosce dimitte illis quia nesciunt quid
faciunt. Et beatus stephanus eandem
latitudinem caritatis in se habuit
qui moriens pro suis lapidatoribus
positis in terra genibus oravit dicens
Domine ne statuas illis hoc peccatum quia
nesciunt quid faciunt. et quia habuit
latitudinem caritatis ideo vidit sibi
apertam latitudinem patris celestis. ut
assimularetur et coniungeretur xpo in lati
tudine patris celestis cui assimulatus
fuit in artitudine mortis et in la
titudine caritatis orando pro inimicis
Item pellis omnibus membris se assimu
lat et confirmat. Secundum si membrum
est paruum pellis circa illud est par
va ut patet in tibia. Si membrum
est latum pellis circa illud est rotunda
ut patet in capite. Similiter vir
iustus omnibus aliis membris se con
firmat per fragilitatem et curialita
tem et humilitatem sicut patet in beato
paulo qui dicebat. Gaudete cum gau
dentibus flere cum flentibus. Quis
infirmatur et ego non infirmor.
Quis scandalizatur et ego non uror.
Item. Omnia omnibus factus sum ut
omnes lucrifacerem. Est ergo vir iustus
ad modum celi extensione capacis
sinus omnes amando. fovendo. et se
omnibus in bono conformando. et hanc
extensionem cordis facit latitudo ca
ritatis de qua dicit apostolus Cor. nostrum
dilatatum est. Bene quod dicitur in psalmo
Extendens celum sicut pellem. Istud
bene patuit in summo celo id est in
xpo qui pro omnibus nobis in ligno crucis
ex omnibus partibus corporis extensus fuit
ad modum pellis. secundum quod nos cani
mus in ympno cum dicitur Flecte ramos
arbor alta tensa laxa viscera. et
rigor lentescat ille quem dedit na
tivitas ut superni membra regis mi
ti tendas stipite. Hec est quod secundum co
dicto propter quod viri iusti dicuntur celi
quia habent sinus extensione capa
cissimi. Sed prochdolor quia hodie
verificatur illud quod in libro apoca
lipsis dicitur iohanni apostolo. Celum
recessit sicut liber involutus est. Nota
quod liber involutus nulli proficit sed
tamen scriptum custodit. Similiter in
temporibus nostris. quilibet proprio comodo
inhiat et de aliorum necessitatibus non

curat. Diues enim non curat de
egenis. saturi non curat de fame
licis. Bene indutus non curat de nu
dis. habens ampla domum non curat
de peregrinis. sanus de infirmis.
viuens de mortuis. Quapropter hoc dicit
apostolus Omnes que sua sunt querunt non
que ihesu christi. Certe tales sunt a
deo maledicti sicut per prophetam amos
vi° ca° patet qui dicit. Ve qui
opulenti estis in syon et confiditis
in monte samarie optimates capi
ta populorum ingredientes pompatice
domum israel qui separati estis in diem
malum et appropinquatis solio iniqui
tatis. qui dormitis in lectis ebur
neis. et lasciuitis in stratis vestris.
qui comeditis agnum de grege.
et vitulos de medio armenti. qui
canitis ad vocem psalterii bibentes
vinum in phialis et optimo vngu
ento delibuti. et nichil compatiebantur
super contritione ioseph. Opulenti
in syon id est in sancta ecclesia sunt
prelati. confidentes in monte sama
rie id est in dignitatibus huius seculi.
et in custodia populi sunt principes
terreni. samaria enim interpretatur cus
todia. capita populorum sunt diuites
mundi qui semper ponuntur in capite
scilicet in parte magis honorabiliori.
Sed pedes sunt pauperes qui semper ponun
tur in parte pedum id est parte viliori.
Ingredientes pompatice domum dei
sunt clerici et canonici et aduo
cati omnibus istis dicitur. Ve id est
quod sunt in eternum maledicti. Ve enim

in scriptura significat eternam maledictionem
et dampnationem. Quare autem sunt ma
ledicti propheta assignat racionem. quia
saciati iacendo. comedendo. bibendo.
gaudendo. non studebant nisi in corporalibus
deliciis. et nichil compatiebantur super con
tritione ioseph id est non habebant pie
tatem de angustiis quas christus susti
nuit propriis. et quas eodie sustinet
in membris suis id est in pauperibus
et in infirmis. Joseph enim qui a fra
tribus et pro fratribus suis venditus fuit
in egipto significat christum qui ab hominibus
et pro salute hominum venditus fuit in hoc
mundo. Hii ergo maledicti sunt quia
pre pietate cor suum ad christum et ad
pauperes non extendunt. et quia non sunt
ad modum celi extensione cordis
et latitudine caritatis. ideo in die
iudicii non introducentur in latitudinem
curie celestis. sed introducentur in car
cere inferni cum diuite epulone qui
manum suam noluit pauperi lazaro
dilatare. et hoc erit quando christus dicet
eis. Ite maledicti in ignem eternum qui
paratus est dyabolo et angelis eius.
Esuriui enim et non dedistis michi
manducare. sitiui et non dedistis michi
bibere. Nudus fui et non operuistis
me. Hospes fui et non collegistis me
Infirmus et in carcere et non venistis
ad me. Et ipsi dicent Domine quando non
fecimus tibi hec etc. Et ipse respondebit
Quotiens non fecistis uni ex minimis
meis nec michi fecistis. Boni uero
qui habuerunt cor latum introducentur
in illud latissimum regnum quod christus

dicet eis. Venite benedicti patris
mei percipite regnum qd' vobis paratum
est ab origine mundi. Esuriui enim
et dedistis m manducare etc. In illud
regnum nos introducat qui sine fine
viuit et regnat Amen.
Qui es in celis. Tercia condicio
propter qua viri iusti dicuntur
celi est hec. quia celum est
maxime solidissimum et hoc patet quia
existens in medio aquarum non potest dissolui
ab eis et propter hoc appellatur firma
mentum sicut legitur in genesi. Fecit inquit
deus firmamentum in medio aquarum
etc. ibi. Vocauitque deus firmamentum
celum. Quod est firmamentum in medio
aquarum. nisi viri iusti in medio tribu
lacionum mundanarum. Quamadmodum sicut firma
mentum per aquas superiores vel inferiores
non perdit integritatem suam. sic viri iusti
propter aliquas tribulaciones. siue veniant
a superiori idest a deo. vel ab inferiori
idest a dyabolo. vel a pari idest a
proximo non mutant iusticiam suam exem
plo beati Job. qui cum esset ex omni parte
tribulacione circumdatus in nullo fractus
fuit per ira vel impaciencia. sed dicebat
iustificacionem meam quam cepi tenere non
deseram. Sed vnde prouenit ista fir
mitas viris iustis. certe prouenit
ex verbis domini qd' libenter audiunt.
secundum illud qd' dicit apostolus ad romanos
Quecumque scripta sunt ad nostram doctri
nam scripta sunt. vt per pacienciam et
consolacionem scripturarum spem habeamus
Item prouenit hec firmitas ex verbo
domini idest ex filio dei cuius passione
recogitantes ad omnia propter ipsum sus

tinenda parati sumus. quia si passio
christi ad memoriam reducitur non est ta
gmne pondus qd' equo animo non
toleretur. Et propter hoc clamat apostolus
Recogitate eum qui talem sustinuit
a peccatoribus aduersus semetipsum contra
dictionem ut non fatigemini animis
vestris deficientes. Nondum enim vsque
ad sanguinem restitistis aduersus peccatum
repugnantes. Hoc est ergo verbum ex quo
prouenit firmitas celorum idest virorum
spiritualium scilicet verbum dei. Aliud ex
quo potest prouenire ista firmitas est
gracia spiritus sancti. que illum quem perfecte re
pleuerit ad omnia sustinenda virtuo
sum reddit. sic est enim de quo dicit
apostolus Omnia possum in eo qui me con
fortat. Item Cum autem infirmior tunc
forcior sum et potens. et hoc est
qd' petebat dauid propheta cum dice
bat. Verbo domini celi firmati sunt. et
spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Verbo domini idest verbo scripture. que est
verbum domini. quia nichil est in sacra
scriptura qd' non processerit ab ore dei
idest ab inspiracione et reuelacione
dei. vel verbo domini idest exemplo christi
qui est verbum domini idest filius dei de
quo dicit beatus iohannes In principio erat
verbum etc. Unde dicitur verbum. vnde
super in sermone quarto circa principium
Et sequitur. Verbum caro factum est et
habitauit in nobis. Celi ergo idest
apostoli et martires boni et viri iusti
firmati sunt vt non deficerent in suis
cruciatibus. Verbo domini idest considera

incarnationis passionis et mortis qui
ubi caro factum est id est christus pertulit
in sua carne. Dequit. et spiritu oris
eius omnis virtus eorum. quia dicit nul
la virtute sit homo a semetipso sed
recipit ea a spiritu sancto. qui dicitur spiritus
oris domini. quia sicut flatus vitalis
procedit ex ore hominis. sic spiritus sanctus
datur a christo qui est os dei patris.
per quod os deus pater voluntatem suam
aperuit nobis. De ista soliditate celorum
spiritualium id est iustorum dicit Heliu
amicus Iob ad eum. Tu forsitan cum eo
fabricatus es celos qui solidissimi quasi ere
fusi sunt vel fundati sunt secundum illam
litteram. Nota quod qui sit fundamentum
de ere. eo primo inflammatur et postea con
solidatur et induratur. Dilecti celi spirituales
id est viri sancti volentes fundare do
mos cordium suorum super firma petri
id est christum. primo recogitant dei bene
ficia et maxime beneficium incarna
cionis et passionis et mortis domini.
et ex hoc inflammantur divini amoris
igne. De quo igne dicebat christus. Ig
nem veni mittere in terris. et quid volo
nisi ut ardeat. Hic est ignis qui fuit
ex lignis domini crucis. De quo precepit
dominus sacerdotibus dicens. Ignis in al
tari meo semper ardebit. quem nutriet
sacerdos mane ligna supponens. Al
tare domini est cor viri iusti in quo semper
debet ardere ignis amoris divini
quem sacerdos mane ligna supponendo
nutrit. qui quolibet mane in missa
representat nobis passionem domini. et of
fert pro nobis deo patri idem corpus
et eundem sanguinem quem christus obtu

lit in crucis ligno. Unde super omnia illud
quod efficacius potest cor hominis ad amo
rem christi inflammare. est sacramentum misse
in qua recolitur illa dilectio qua christus
nos dilexit qui pro nobis mori voluit.
De qua dilectione dicitur in ewangelio
beati Iohannis. Maiorem hac dilectionem ne
mo habet quam ut animam suam ponat quis
pro amicis suis. Cum vero anima ita est in
flammata divina dilectione. sequitur lique
factio quedam. quia liquefit tota in lacrimis
et devocione. secundum illud psalmi. Fac
tum est cor meum tamquam cera liquescens
in medio ventris mei. et in Ieremia.
Factus est in corde meo quasi ignis ex
estuans. clausus que in ossibus meis. et
defeci ferre non sustinens. Ad hanc lique
factionem intendit dominus adducere animam
sanctam cum dicit in trenis. Recordare
paupertatis et transgressionis mee ab
sinthii et fellis. Et anima sancta respondet.
memoria memor ero et tabescet in
me anima mea. Postquam vero anima ita est
inflammata dilectione. et liquefit
lacrimis et devocione. tunc consolidatur
inseparabili christi adhesione. et omnes
alieni amoris repudiatione et perpetua
peccati detestacione. Tunc clamat ad
christum. adhesit anima mea post te. Et
dicit cum sponsa. tenui nec dimittam. Et
trahe me post te. curremus in odorem
unguentorum tuorum id est festinabimus
ut veniamus ad societatem tuam. et ad
indissolubiles amplexus tuos sequen
do vestigia exemplorum tuorum. reco
lendo beneficia munerum tuorum. anhe
lando ad premia promissorum tuorum.

Hic solidati erant apostoli qui dicebat in
epistola ad romanos. Quis nos separabit
a caritate christi. tribulacio an angustia.
an fames. an nuditas. an persecucio. an
periculum. an gladius. Certus sum enim quia
neque mors. neque vita. neque angeli neque
principatus. etc. neque creatura alia pote
rit separare nos separare a caritate dei
que est in christo ihesu domino nostro. Hic patet
qualiter viri sancti dicuntur celi propter fir
mitatem paciencie que est in ipsis sicut
in celis. Sed proch dolor quia hodie veri
ficatum est illud quod beatus iohannes in apo
calipsi dicit. primum inquit celum et prima
terra abiit. Per primum celum et per primam
terram intelliguntur prelati et subditi
qui fuerunt in primitiva ecclesia. qui
ita erant inflamati christi dilectione. et
ita liquefiebant devocione. et ita erant
consolidati et fundati in christo firmis
sima adhesione quod amplius vole
bant omnes mundi divicias et delicias
et honores amittere. et omnia supplicia
et mortium genera sustinere quam a christi
fide et cultura recedere. sicut patuit
in petro paulo et andrea. et aliis a
postolis. et in stephano vincencio lau
rencio et aliis martiribus beatis. De
primo celo id est de primis prelatis dicit
beatus gregorius in pastorali super
illud verbum apostoli. qui episcopatum desi
derat istud dicit beatus gregorius.
eo tempore dicebatur. quod ille qui prefic
iebatur primus ad martirium ducebatur. tunc
ergo bonum et meritorium erat desi
derare episcopatum. ubi episcopus ~~erat~~ certus
erat quod primus ducebatur ad martirium. sed
modo primus ducitur ad convivium. De

prima terra id est de primis subditis legitur
quod in civitate lugdunensi cum quidam
imperator crudelissimus ad vesperam
fecisset interfici christianos. in vespere
invenerunt satellites imperatoris
unam mulierem que ex utraque parte id est
a dextera et sinistra trahebat unum
puerum. et cum quereretur ab ea quo cur
reret. Respondit quod ducebat illos pueros
ad locum martirii. et festinabat ut
rediret statim ad querendum et ad du
cendum tercium qui remanserat domi.
Tunc dictum fuit imperatori quod pos
set per hunc modum depopulari totam
civitatem et necare omnem populum. quia
omnes currebant ad martirium sicut
festinantes ad convivium. et tunc ille im
perator cessavit a cede christianorum.
Ecce quales primum celum id est primi
prelati et prima terra id est primi sub
diti fuerunt. Sed certe istud celum
et ista terra abierunt. quia modo
pauci prelati vel subditi inveniuntur qui
vellent pro christo sustinere martirium.
Quomodo enim sustineret pro christo mar
tirium. qui non possunt vel nolunt susti
nere pro christo unum convicium vel unum du
rum verbum. sed statim parant se ad
vindictam et bellum. et si non possunt
se vindicare gerunt in corde suo perpetuum
rancorem et odium. et quia nolunt
in hoc mundo esse participes christi pas
sionis et contumelie. ideo non sunt
digni in seculo futuro participes esse eius
consolacionis et glorie. ad quam nos perducat
dominus Amen.

Qui es in celis. Quarta
condicio propter quam viri

sancti dicuntur celi est quia celi sunt situ altissimi quia transcendunt omnia elementa et omnia corporalia nobis visibilia. Similiter viri sancti sunt spiritualiter et mentaliter in alto situati per voluntatem et desiderium quia eorum conversatio est in celo. non in celo sydereo quod nos videmus neque in celo cristallino quod est ex aquis congelatis. et quod supra istud celum stellatum esse credimus. sed est in celo empyreo ubi christus regnat et vivit cum sanctis suis et cum angelicis spiritibus. In illo celo. vel potius in ipso deo qui est superior omni celo. est sanctorum conversatio id est cogitationes affectiones locutiones et operationes. Hec enim communiter importat conversatio. quia persona que cogitat vel desiderat. ut dicitur ubi fuerit. vel illud celum id est ad christi consortium approximare et pervenire intentant et intendunt. sicut patet per apostolum qui dicit. nostra conversatio in celis est. Et certe non est mirum si sancti in celo habitant per amorem et desiderium. quia ad hoc invitant et monent eos quinque. scilicet statura corporis. cordis figura. celi et terre natura. racio recta. et tota scriptura. Primo dico quod iusti quasi spirituales celi sunt situ altissimi. quia cor eorum a terrenis desideriis elongatum est. et semper ad celestia erectum. Et hoc invitat eos primo cordis figura. que est sicut dicunt physici acuta et clausa a parte inferiori id est a parte terre et est lata et aperta a parte superiori id est a parte celi. et hoc voluit deus. ut ex ipsa

factura humani cordis cognosceret homo quod a desideriis terrenis debet cor claudere et celestibus aperire a mundo elongare. et ad deum elevare. Unde dicit dominus in evangelio. In mundo pressuram habebitis. in me autem pacem habebitis. Ad hoc etiam monet nos sermo prophetie dicens. Accedat homo ad cor altum et exaltabitur deus id est teneat cor in alto et exaltet et honoret deum in corde suo. quod fit si nullum alium recipit in cordis hospicio. ipse enim vult solus habere cordis hospicium clamans per salomonem ad quemlibet christianum. fili prebe michi cor tuum. Secundo invitat ad hoc corporis humani factura et statura. quia cum cetera animalia habeant caput et omnes sensus corporis inclinatos ad terram. solus homo habet faciem ad celum erectam ut recognoscat. quod a deo venit. et ad deum redditurus sit. et quia in terra non potest diu manere sed in celo est sua permansio quam amisit peccando. et ad quam recuperandam debet festinare bona opera faciendo. Et hoc recognoscebat apostolus qui dicebat. non habemus hic manentem civitatem. sed futuram inquirimus. Et certe valde turpe est istud ignorari a christianis fide et doctrina predicatione illuminatis. quia istud recognoscebat ovidius poeta gentilis qui dicit sic Pronaque cum spectent animalia cetera terram. os homini sublime dedit. celumque videre iussit et erectos ad sydera tollere vultus. Tercio invitat ad hoc rerum natura quia ipsum sapiens posuit celum sursum et terram deorsum. Celum sursum posuit quod est motu omnia

Visibilia pulcherrimum et virtuosissimum et maximum. ut illud contemplarem et mirarem et per illius magnitudinem et pulchritudinem et virtutem quasi per quandam scalam vestigialem ad cognoscendam magnitudinem et pulchritudinem et virtutem creatoris corde ascenderemus. Unde sicut dicit sapiens A magnitudine creature poterit creator intelligi. et apostolus ad romanos Invisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Celum ergo sursum. sed terra deorsum. Unde est inter omnia elementa minimum. et minus speciosum. et minus virtuosum. quia virtutem propriam non habet de se. sed ab influentia corporum celestium et aliorum elementorum. Terra est elementum inter omnia elementa vilissimum. ut pote omnium cadaverum et morticiniorum receptivum et datum sub pedibus hominum ad conculcandum. Et hoc voluit deus. ne homo in terra cor suum poneret. sed eam contempneret et vilipenderet sicut illam a qua vellet nollet cito recederet. et dum corpus suum de ipsa sumptum putresceret. et spiritus eius in celum id est ad deum qui eum creavit redire deberet. et propter hoc bene dicit sapiens in ecclesiastico. celum sursum et terra deorsum quasi diceret. sursum id est in deo est celum id est celestes viri id est sancti homines qui sunt quedam spirituales celi. sed deorsum id est in infimo id est in desiderio rerum huius mundi sunt terra id est peccatores terreni qui terra dicuntur quia terre similes sunt quia terram diligunt. Amor enim assimilat amantem rei amate secundum illud quod dicit magister hugo de sancto victore in libro de arra sponse. Scio anima mea si quid diligis ipsa vi dilectionis in eius similitudinem transformaris. Isti sunt infelices et denaturati. quia agunt contra figuram sui cordis dum cor aperitur a parte inferiori id est a parte terre et clauditur illud a parte superiori id est a parte celestis glorie. numquam cogitantes de celesti patria. sed totum cor figentes in terra. secundum quod in trenis de patre dicitur Effusum est in terra iecur eius id est amor eius et cor eius. Isti tales agunt contra facturam sui proprii corporis. quia ipsi quibus dedit deus faciem ad celum erectam secundum psalmistam. oculos suos statuerunt declinare in terram. In terra quam deberent pedibus conculcare non erubescunt cor suum ponere. volentes implere cor suum humo. quod impossibile est impleri nisi solo deo. qui dedignatur mansionem suam facere in illa anima que terrenis desideriis inquinatur. Homo ergo bene potest terra appellari quantum ad id quod in se est id est corpus et etiam facitur in terra egredi. dum in morte traditur corpus huius terre visibilis per sepulturam. et etiam mittitur ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine et in gehennam. Certo dico quod celos spirituales id est iustos ut habeant cor in alto id est in celo imitantur rationis recte que dictat quod plus sunt appetenda bona vera quam falsa. et plus eterna quam momentanea. et plus saturitatem conferentia quam esuriem provocantia. et ergo talia

sunt bona celestia que vere bona sunt quia habentes ea vere bonos et beatos faciunt. Item illa bona eterna sunt quia ea que habentur amitti non possunt. Illa etiam bona satietatem conferunt quia totum appetitum et desiderium hominis complent et perficiunt secundum illud quod dicit psalmista Satiabor cum apparuerit gloria tua. Bona non terrena falsa et fallacia sunt quia non reddunt quod promittunt. promittunt enim satietatem et augent esuriem secundum illud Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Item promittunt stabilitatem et sunt generaliter defectibilitate. quia transeunt de domino ad dominum et relinquunt possessorem suum pauperem et nudum. secundum illud Job Nudus egressus sum de ventre matris mee et nudus revertar illuc. Item promittunt felicitatem et auferunt veram felicitatem idest deum et celeste regnum et ducunt ad veram infelicitatem idest in ignem eternum. quia sicut dicitur in evangelio Dives difficile intrabit in regnum celorum. et in alio evangelii loco dicitur quod mortuus est dives et sepultus est in inferno Bene ergo debet dictare homini ratio recta. quod desideret celestia tamquam vera et perfecta et eterna bona. et quod contemperet terrena tamquam falsa et momentanea. et imperfecta bona. et quare sic dicitur dominus qui terrenas divicias fallaces appellat. Unde exponens beatus gregorius in omelia de parabola seminis dicit Fallaces enim sunt. quia nobiscum diu permanere non possunt. Fallaces sunt quia mentis nostre inopiam

non extinguunt. Hec autem divicie vere. que nos divites virtutibus faciunt. Si ergo ut dicit gregorius. fratres karissimi esse vultis divites cupitis. veras divicias amate. Si culmen veri honoris queritis ad celeste regnum tendite. Si glorie dignitatem diligitis. in illa superna angelorum curia ascribi contendite festinate. Cristo invitat nos ad contemptum terrenorum. et ad desiderium eternorum sacra scriptura que clamat per os evangeliste primo per os dei sapientie idest christi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra ubi erugo et tinea demolitur. et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo. ubi neque erugo neque tinea demolitur. et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim thesaurus tuus. ibi cor tuum. Ut ergo fiant celi spirituales et non terreni idest ut nostra conversatio sit in celo et non in mundo. recogitemus illud quod dicitur in libro ecclesiastici altitudinem celi et latitudinem terre et profundum abyssi quis dimensus est. Dimetiri altitudinem celi est cogitare celestem beatitudinem. ad quam celi spirituales vel viri celestes ascendunt. qui de hac vita descendunt. quia dum vixerunt in infimo non iacuerunt. sed cor in celo fixum habuerunt. et virtutes cordis in celo plantaverunt. Hec beatitudo celestis quam alta sit ostendit apostolus qui dicit Quod nec oculus vidit nec auris audivit. nec in

cor hominis ascendit que preparavit deus
hiis qui diligunt illum. nobis autem re
velavit deus per spiritum suum. De illius
beatitudinis altitudine dicit beatus G
regorius in quadam omelia sic. Si con
sideremus fratres karissimi que et quanta sunt
que nobis promittuntur in celis. vilescunt
animo omnia que habentur in terris. Terrena
namque substantia superne felicitati com
parata pondus est non subsidium. Tem
poralis vita eterne vite comparata
mors est pocius dicenda quam vita.
Ipse enim cotidianus defectus corrup
cionis quid aliud est quam quedam prolixi
tas mortis. Que enim lingua dice
re vel quis intellectus capere sufficit illa
superne civitatis quanta sunt gaudia.
angelorum choris interesse cum beatissimis
spiritibus glorie conditoris assistere.
presentem vultum dei cernere. incircumscriptum
lumen videre nullo mortis metu affici.
incorrupcionis perpetue munere letari.
Sed ad hec audita inardescit animus
iamque illic cupit assistere ubi se spe
rat sine fine gaudere. Hucusque sunt
verba beati gregorii. Hanc altitudinem
mensus fuit videndo et gustando
beatus paulus qui raptus fuit usque ad tercium
celum et vidit gaudia beatorum cor
de et ore clamabat. Infelix ego
homo quis me liberabit de corpore
mortis huius. Cupio dissolvi et esse
cum christo. Dicit quoque sapiens Altitudinem
celi supple quis dimensus est. id est
quis estimavit quanta sunt gaudia beatorum
in illa patria celesti. Sequitur. et latitu

dinem terre supple quis dimensus est.
Dimetiri latitudinem terre est audire
de hiis qui in latitudine terre habitant.
et qui in bonis terrenis quantum possunt
se dilatant. qualiter cum de hac vita
migrant de omnibus bonis que super lati
tudinem terre habuerant nichil secum
preter peccata portant. Cogitemus de magno
alexandro. et de iulio cesare qui
sicut legitur in hystoriis ipsorum fuerunt
monarche id est domini super latitudinem
mundi. et de aliis imperatoribus re
gibus principibus et nobilibus et burge
sibus qui dum vixerunt totum studium
suum posuerunt in congregandis et
acquirendis diviciis. deliciis et ho
noribus. et nichil et aut parum cura
verunt de celestibus. Cogitemus inquam
et recogitemus de ipsis qualiter ipsi
in morte venientes exierunt de
corporibus suis et nudi nichil secum preter
peccata portantes. Hoc enim cogitare
est dimetiri spiritualiter et mentaliter
latitudinem terre. Hic dimensus est
xerxes serses qui existens dominus
super plura regna congregatis populis
sibi subiectis coram se dixit. Quia
sum dominus super vos. vocor dominus multorum
populorum sed revera sum dominus multorum
pulverum. Nam usque ad centum annos
omnes qui hic sunt in pulverem re
ducti erunt. Hic eciam dimetie
batur eam rex saladinus de quo legitur
quod cum ipse moreretur fecit in una
lancea suspendi sudarium suum
et portari per civitatem sermone clama

te. Hec dicit rex caldeorum Cum
cem dies septem regnorum. de omni gla
coperio non coperto meum nisi istum pa
nium lineum. Hec nescivit latitudinem
terre metiri dives ille. de quo dicit
dominus in ewangelio beati luce sic. Homi
nis cuiusdam divitis uberiores fructus
ager attulit. Et cogitabat intra se
dicens. Quid faciam quia non habeo
quo congregem fructus meos et dixit.
hoc faciam. destruam horrea mea et
maiora faciam. et illuc congregabo omnia
que nata sunt michi et bona mea et
dicam anime mee. anima habes multa bona
reposita in annos plurimos. requiesce.
comede. bibe. epulare. Dixit autem
illi deus. Stulte hac nocte repe
tent animam tuam. que autem parasti cuius
erunt. Sic est qui sibi thezaurizat
et non est in deum dives. Dicit ergo.
et latitudinem terre supple quis dime
sus est. idest quis cogitat quod omnes
qui sunt in latitudine terre oportet
in brevi tempore in terram redire et nisi
peniteat in profundum abissi quis di
mensus est. Dimetiri profundum abissi.
est recogitare infinita et inestima
bilia supplicia que in profundo inferni
passuri sunt. illi qui de altitudine
celi idest de gaudijs paradisi non
cogitare nolunt. sed in latitudine terre
idest in bonis huius mundi totum cor
suum figunt. Quanta autem sit illa
profunditas abissi idest suppliciorum
Exm inferni. ostenditur in vitas patrum.
ubi dicitur. quod cum quidam senum pa
patrum semel incederet per heremum inve
nit caput unius sarraceni quod adiu

ratus ab eo ut diceret quis fuisset.
dixit se fuisse sacerdotem ydolorum et
secundum legem suam duxisse laudabilem vitam
et solummodo propter hoc fuisse dampnatum
quia non crediderunt in christum. et cum
quesivisset ab eo quanta pena esset in inferno.
dixit quod videbatur ei quod haberet tantum
de igne sub se. tantum supra se. ipsum circum
spatium a terra usque ad celum. Modo cogi
temus si hoc est satis profundum. Dixit
etiam quod in illa abisso penali profundius
sunt christiani mali quam iudei. et iudei
quam pagani. Iuxta illud ewangelium
Servus sciens voluntatem patris
sui et non faciens plagis vapulabit
multis. Dic ergo pater qui nos di
cimus. Pater noster qui es in celis.
quia per celos intelliguntur viri sancti. quia sicut
admodum celorum sunt aspectu pulcherrimi
propter fidem et doctrinam et conversatio
nem honestam. Sunt etiam extensione
capacissimi propter cordis pietatem et ami
corum et inimicorum dilectionem. Sunt facie
materia solidissimi. propter insuperabilem
patientie sue fortitudinem. Sunt situa
tione altissimi. propter iuge celestis pa
trie desiderium et eiusdem contempla
cionem. Tales celos nos faciat. et
ad celos nos perducat pater celestis. Amen.

**Sanctificetur no
men tuum etc.**

Hic terminatur prima pars
dominice orationis. in qua do
cet nos dominus. primo dei benivolentiam
nostrum laudando acquirere cum dicitur.
Pater noster qui es in celis. Sequitur secunda
pars eiusdem dominice orationis in qua docet

nos deus manifestando nostram indigen
ciam ab ipso necessaria petere cum dicit. Sancti
ficetur etc. Et sciendum quod a loco isto usque
ad finem dominice orationis. continentur septem
petitiones breves in verbis. sed plene in
sentenciis. quia in istis septem peti
cionibus. petuntur omnia que nobis sunt
necessaria in presenti vita et in futura. Sed
ad maiorem edificacionem accipiamus ea
prius. una grossam et rudem exposi
cionem. Prima peticio est. Sanctificetur
nomen tuum. In hac peticione nos pe
timus vicium luxurie a nobis amoveri.
et virtutem castitatis nobis dari. quia nos
petimus nomen dei in nobis sanctificari.
Istud enim nomen. vel potest intelligi no
men beate trinitatis. vel nomen christi sal
vatoris. quorum utrumque nos portamus
per fidem in cordibus nostris. et imprimimus
signando nos contra spiritualium hostium
incursione in frontibus nostris. quia cum
invocatione beate trinitatis facimus su
per nos signum christi pro nobis crucifixi. id
est signum crucis. dicendo. signo me
in nomine patris et filii et spiritus sancti. In
istis enim duobus nominibus id est in nomine
trinitatis et in nomine christi. consistit
tota salus generis humani. Unum est enim
nostre salutis causa effectiva id est nomen
trinitatis. Aliud est causa meritoria id
est nomen christi. et tamen nomine christi in
telligitur utrumque nomen id est nomen
trinitatis et nomen ihesu salvatoris.
Cristus enim interpretatur unctus. quia
ipse omni unctione spiritualis gratie unc
tus fuit a deo patre. Cuius dicit christe
id est unctus intelligitur et ille qui
unxit eum id est deus pater et ipse

qui unctus est id est filius. Et unc
tio docebit vos de omnibus. Istud
nomen portat omnis christianus. quia a
christo vocamur christiani. quod nichil aliud
est quam servus vel discipulus et filius christi.
Istud nomen polluitur vel vilificatur
et blasphematur non in se sed in nobis.
qui immunde et incontinenter vivimus.
Unde dicit quod apostolus de talibus dicit.
Nomen inquit christi per nos blasphematur.
Sanctificatur autem istud nomen et mundi
ficatur et honoratur in nobis. qui nos
qui illud nomen gerimus. et qui ab
ipso nominati sumus ab omnibus immundiciis
et cordis et oris et corporis nos ab
stinemus. et immundicias preteritas per
veram penitenciam abluimus et purifi
camus. Hic enim christianus qui portat no
men christi sanctificatur id est sanctus efficitur.
Petere ergo quod nomen christi sanctificetur in
nobis. non est aliud in nobis petere
quam ut nos qui portamus nomen christi
simus sancti et mundi. Et quia vilior
immundicia non est quam luxuria. ideo
appropriate loquendo possimus dicere
quod hic petimus vicium luxurie a nobis
tolli. et virtutem continencie nobis
dari. et hoc sufficit nobis quantum ad
exposicionem prime peticionis. qua nos
clamamus ad patrem celestem ut in
sanctificetur nomen tuum. Sed ut pro
cedamus non solum per modum exposicionis
sed eciam per modum predicacionis Videbimus
quale est illud nomen id est nomen
trinitatis vel nomen christi. Et postea
videbimus qualiter nos portamus illud
nomen poterimus esse sancti. Scien
dum ergo quod nomen christi in quantum sup

dictum est intelligitur tota trinitas. est
nomen amabile xpianis. admirabile
iudeis et paganis. terribile reprobis. de
siderabile perfectis. Primo dicitur quod
nomen xpi est amabile xpianis. qui
per illud nomen consequuntur viam sue sa
lutis que clausa et abscondita est
omnibus nacionibus aliis. quia ab ini
cio mundi nunquam fuerunt saluati aliqui.
nec in lege naturali. nec in lege moy
sy. nec in lege noui testamenti. nisi
per nomen et per fidem xpi. quia sicut nos
credimus xpm venisse ad mundum sal
uandum. ita ipsi credebant ipsum ventu
rum. et recognoscebant ipsum vel expli
cite sicut aliqui perfecti quibus deus reue
lauerat. vel implicite sicut imperfecti.
qui ipsum confitebantur per oblaciones
et decimas et hostias in quibus xpc
significabatur. Prima in hostiis id est
in sacrificiis que fiebant de carne
pecudis. figurabatur precium nostre re
dempcionis id est caro nostri redemptoris
In oblacionibus vero figurabatur modus
redimendi. qui fuit per modum oblacio
nis. quia xpus pro nobis obtulit deo
patri corpus suum et animam suam super al
tare crucis. In decima vero figura
batur virtus redimentis id est diui
nitas eius. non enim posset nos per illam
oblacionem redimere. si esset homo purus.
nisi esset deus verus. et hoc figu
rabatur in decima. Denarius enim
numerus. est numerus perfectus. quia est primus terminus
omnium numerorum. quia vltra ~~denar~~ denarium
numerum non est aliquis nouus numerus. nisi per
repeticionem primus denarii et sua
partium. Vndecim enim non est aliud quam

vnum et decem. Duodecim non aliud quam
duo et decem et sic deinceps. Viginti
non est aliud quam bis decem. et triginta ter
decem. et sic de aliis. Cum ergo nos
offerimus xpo decimam. et retinemus
nouem partes. attribuimus deo quod perfec
tum est id est numerum denarium. et retinemus
quod est imperfectum id est nouenarium. signi
ficantes per hoc quod imperfectio est a nobis
et omnis nostra perfectio est a xpo. Et quod
sicut denarius est terminus omnium numerorum
sic ipse est terminus et finis et comple
mentum omnium rerum. et omnium cogitacionum
et affectionum. et locucionum et operacio
num nostrarum. ad ipsum enim terminatur omnis
creature racionalis appetitus et desiderium
In sacrificiis ergo et oblacionibus confitebantur
licet implicite xpm futurum verum hominem.
et in decimis recognoscebant ipsum fu
turum verum deum. Hic ergo patet quomodo sicut
per nomen xpi saluantur et illi qui precesserunt
et illi qui sequuntur eius aduentum et propter
hoc dicitur in ewangelio beati mathei. Tur
be que precedebant et que sequebantur clamabant
Osanna filio dauid. benedictus qui venit
in nomine domini. Glosa. Turbe id est populi
qui precedebant id est omnes iusti qui prees
serunt aduentum xpi. et turbe que sequebantur
id est omnes iusti qui fuerunt vel erunt
post aduentum xpi vsque ad finem mundi
clamant filio dauid id est xpo filio
virginis que fuit de stirpe dauid. cla
mant inquam sibi osanna id est salua
nos. quia per alium non possumus saluari.
quia tu es benedictus dei filius qui venit
in nomine domini id est qui es et vocaris
deus verus. Bene ergo est nobis istud
nomen amabile quod est causa salutis nostre

Unde in actibus apostolorum dicitur / Non est aliud
nomen datum sub celo in quo oportet
nos salvos fieri nisi nomen domini ihesu
xpi. Istud nomen salutiferum invocabat
david qui dicebat / Deus in nomine tuo
salvum me fac. Sciendum autem quod ipsum
nomen in presenti vita salvat nos tribus
modis. Quia per istud nomen peccata da
mnantur. temptaciones superantur. tribula
ciones sublevantur ¶ Primo dico quod in
nomine trinitatis ut in nomine xpi peccata
condonantur. quia in hoc nomine accipi
unt virtutem omnia sacramenta que sunt
quasi lavacra spiritualia. nos ab
omnibus sordibus interius abluencia.
Propter quod dicebat dominus apostolis. Eun
tes docete omnes gentes baptizantes
eos in nomine patris et filii et spiritus sancti.
qui crediderit et baptizatus fuerit
salvus erit / qui vero non crediderit con
dempnabitur. Dictum est de baptismo.
ita de aliis sacramentis id est de con
firmacione et eukaristia et peni
tencia et unctione et ordine. quia
omnia conferuntur in nomine xpi et in
nomine trinitatis. Et omnino est nomen tri
nitatis causa effectiva. et nomen
xpi causa meritoria. et omnia sunt
ad hoc sacramenta / recipientes ea
in fide et devotione mundentur a
peccatis et mortalibus et venialibus
in quibus cotidie incurrimus / Unde sicut
dicit sapiens / Septies in die ca
dit iustus. et propterea hoc david qui multum
peccaverat. et qui adulterium et
homicidium commiserat. in hoc nomine
penitens confidebat. qui dicebat

Propter nomen tuum domine propicieris peccato
meo multum est enim ¶ Secundo enim dico
quod in hoc nomine temptaciones superantur
Sive enim temptetur homo a dyabolo.
sive a carne. sive a mundo. non est
temptacio quam non possit faciliter
superare si velit / ad nomen domini ex
toto corde recurrere. et ideo sapiens
bene dicit / Turris fortissima est
nomen domini. ad ipsam currit iustus et
salvabitur. Sed nota quod dicit turris
fortissima. quia scilicet / non timet fortis
simi hostis machinamenta. In hoc
enim nomine superaverunt temptaciones et
mundi et carnis et dyaboli virgines
beate. Dyabolus enim mentibus earum
immisit ut eas pervertere. et ipse
confidentes in nomine domini plus vole
bant dare carnem propria gladio et
igni quam libidinis delectacioni et pecti
pollucioni. sicut patuit in vita ag
netis et aliis. quarum quelibet superata
cordis et corporis temptacione et tri
bulacione poterit domino dicere / Confi
tebor tibi domine rex et collaudabo
te deum salvatorem meum. confitebor
nomini tuo quoniam adiutor et protector
factus es mihi et liberasti corpus
meum a perdicione. a pressura flam
me que circumdedit me. et in medio
ignis non sum estuata ¶ Nota
quod cum in corpore iuvenis hominis et
mulieris est quasi in medio ignis.
maxime in illis qui nutriuntur in de
liciis. secundum beatum ieronimum qui dicit
Corpus iuvenum et adolescencia deinps
est incendium voluptatis. Sed

iugis et devoti nominis xpi invocatio
liberavit eos ab huiusmodi incendio
sicut liberavit tres pueros ab igne
babilonico. Audi psalmistam. Me
mor fui in nocte nominis tui domine
et custodivi legem tuam. Nocte id est
in temptatione que tenebris tollit
lucem gratie et facit eos cadere in tene
bris culpe. Sed qui devoto corde
recurrunt ad memoriam nominis domini
propter nullam temptationem declinant
legem dei sui et hoc est quod dictum est
memor fui nocte etc. Immo si per
peccatum ceciderint in tenebris culpe
recurrendo toto corde ad nomen domini
recuperant lucem gratie. Unde ysayas
Qui ambulavit in tenebris et
non est lumen ei. speret in nomine domini
et innitatur super dominum deum suum. Tercio
dicitur quod per ipsius nomen tribulationes
dulcorantur. Nullus enim potest pati tam
amaram tribulationem quin non vertatur
ei in dulcedinem si perfecto corde
invocetur ipsius nomen. Exemplum habemus
in beatis martiribus quibus memoria nominis
dulcissimi ihesu xpi eos ita allevia
bat sua supplicia quod plus gaude
bat beatus paulus de catthena quam
gaudebat rex de corona. et pe
trus et andreas plus delectabantur
in crucis supplicio quam homo valde
fessus ex labore ut ut in me delec
tetur in lecto mollissimo. vel fame
licus in cibo suavissimo. Unde le
gimus quod beata agatha letissime et
gloriantur ibat ad carcerem quasi
invitaretur ad nuptias vel ad ferti

lissima refectione. Et quod faciebat
hoc nisi xpi dulcissimum nomen. cuius
tanta est dulcedo quod reddit hominem pug
nando insuperabilem et operando infati
gabilem. Quod expertus fuit beatus b
ernardus qui dicebat. Bone ihesu amor
tuus nunquam est ociosus. qui te diligunt
non repleti sunt. cogitacio de te plena
est refectio. loqui de te perfecta consolacio
adherere tibi vita eterna. discedere a
te mors perpetua. Cristus ihesus mel
in ore melos in aure. iubilus in corde
huius etiam nominis dulcedinem expertus
fuit iste sanctus in cantica canticorum quia
nomen ipsius vocabat oleum effusum
Oleum inquit effusum nomen tuum. Vere
oleum effusum est nomen xpi Oleum
enim valet ad illuminandum in obscuris.
ad saporandum cibaria. ad alleui
andum vulnera. et quibuslibet aliis li
quoribus oleum admisceatur semper oleum
supernatat. Dum ergo nomen domini in
nocte temptationis nos illuminat. asperita
tes penitentie nobis dulcificat. tribula
tionum vulnera nobis alleviat. et
in statu animi facit nos per meritis for
titudine tinendine superferri. ita ut
nec prosperitatibus extollamur. nec ad
versitatibus frangamur. Ille enim super
fertur prosperitatibus qui illas non di
ligit. ille superfertur adversitatibus
qui eas patienter sustinendo non des
perat nec deficit sed semper in domino
confidit. Ex predictis ergo patet
qualiter nomen beate trinitatis ut nomen
xpi in quo sicut supradictum est intel
ligitur tota trinitas. est amabile

xpianus . quod est eis cum saluatis . et hoc
propter tria . quia scilicet per istud nomen pec
catum condonatur . temptationes superantur . tribula
tiones dulcorantur . Inuocemus ergo
istud nomen dulcissimum ut det nobis
de peccatis nostris indulgentiam . de tempta
tionibus victoriam . in tribulationibus pa
cienciam . et ita de presenti sua dulcedine
perducat nos ad dulcedinem suam eternam
De qua dicitur in psalmo . Quam magna
multitudo dulcedinis tue domine quam
abscondisti timentibus te . Ad illam dul
cedinem nos perducat dominus ihesus xpistus
et dulcedinem per suum dulcissimum no
men Amen

Sanctificetur nomen tuum

Ubi est sciendum quod nomen xpi no
bis sanctificatur et nomen xpi
mirabile xpianus . Dicendum est
quod istud nomen est admirabile in iudeis
et paganis . Nam in primitiua
ecclesia quando apostoli tenebant nouelle
ecclesie recentia erant miracula . nomen
magnum tunc mirabile erat ipsis infide
libus quod viderent in nomine xpi demonia
de obsessis corporibus exire . infir
mos sanitati reparare . mortuos
ad vitam resurgere . Dicit enim dominus
dominus ihesus xpistus apostolis et discipulis .
In nomine meo demonia eicient
linguis loquentur nouis . serpentes
tollent . et si mortiferum quid bibe
rint non eis nocebit . super egros
manus imponent et bene habebunt . Et
quod hec omnia mirabilia in nomine xpi
fuerint facta patet per exemplum . Nam
de eiectione demonum dixerunt
discipuli domino . Domine etiam demonia
in nomine tuo subiciuntur nobis . Item
de nouis linguis satis patet in apostolis
qui post receptionem spiritus sancti loque
bantur variis linguis . quia ipse spiritus sanctus
dabat eloqui illis . Spiritus autem sanctus
in nomine xpi fuit eis missus . sicut
ipse promiserat eis ante suam ascen
sionem dicens . Cum venerit spiritus sanctus
quem mittet pater in nomine meo ille do
cebit vos omnem veritatem . De eiectione
serpentum habemus exemplum in legenda
beati philippi qui in nomine xpi fugauit ser
pentem absconditum sub quodam ydolo . qui
multos interfecit de infidelibus flatu suo .
quos tamen ipse curauit et suscitauit a
mortuis per inuocationem huius nominis . Item
in vita beati siluestri legitur quod post con
uersionem et baptismum constantini
imperatoris . ipse in nomine domini nostri ihesu
xpi descendit in foueam . ubi erat
ingens draco in quo habitabat sa
thanas . flatus ignis oculis et naribus
Cum candide flatu suo trecentos homines
extinguebat . quod beatus siluester ut
ei a beato petro sibi apparente preceptum
fuerat filo canabino retorto triplici
ligauit . et anulo suo habente sig
num crucis signauit . et ne inde exi
ret usque ad diem iudicii mancipauit .
Item quod in nomine xpi biberunt venenum
sine nocumento . habemus exemplum in
beato Iohanne euangelista . qui bibit ca
licem plenum veneno . de quo malefici
morti adiudicati fuerant . perempti
et nichil ei nocuit . quia inuocauerat
nomen domini . Quod autem super egros manus
imposuerunt et imponendo manus
in nomine xpi eos curauerunt habemus
in actibus apostolorum plurima exempla

Claudo eni a natiuitate qui sede
bat ad portam in iherusalem que dice
batur speciosa. cum vidisset petrum et io
hannem intrantes in templum et pe
teret ab eis elemosinam. Dixit petrus
Argentum et aurum non est michi. quod
autem habeo hoc tibi do. in nomine domini
nostri ihesu christi surge et ambula. qui
statim surrexit sanus. Habemus etiam
exemplum in illa vidua mortua que di
cebatur dorcas. quam ipse ad preces pau
perum quos ipsa alebat et vestiebat
in nomine christi suscitauit sicut legitur
in actibus apostolorum. Verum quod dixit dominus
ihesus christus qui dixit in nomine meo demo
nia eicient et cetera. et hec omnia erant infi
delibus admirabilia. Et iterum. Nomen
fuit mirabile quod duo vel tres pauperes
homines possent totum mundum conuertere.
et nec promissis nec minis nec sup
pliciis possent retrahi a predicatione
nominis christi. Dicitur enim in actibus apostolorum
quod pontifices et pharisei et legisperiti
ceciderunt. et sic denunciauerunt apostolis. ne
vlterius in nomine ihesu loqui auderent.
Ad hoc petrus magna auctoritate
respondit. obedire deo magis oportet
quam hominibus. si iustum est vos potius au
dire quam deum iudicate. et sequitur
Ibant apostoli gaudentes a conspectu con
silii. quoniam digni habiti sunt pro nomine
domini ihesu contumeliam pati. Est ergo
istud nomen admirabile iudeis et
paganis. quod in tempore breui per duode
cim pauperes homines indoctos et abiectos.
ita dilatatum est per omnes partes mundi.
ut reges et principes. qui prius ha
buerunt nomen istud despectum. mo
credunt sine fide et dilectione huius

nominis dampnari. et pro defensione eius
exponant se morti. sicut apparuit
in constantino imperatore. et in tyto et
vespasiano et in aliis catholicis im
peratoribus et regibus. qui destruxerunt
propter nomen christi ydola. que prius adorauerant
venerat et destruxerunt ciuitatem
iherusalem. propter huius nominis vltionem. et
ceperunt et occiderunt et captiuauerunt
iudeos et vendiderunt. qui perse
cutoribus huius nominis intulerant multipli
ces persecutiones. Itaque nos merito pos
sumus clamare cum psalmista. Domine
dominus noster quam admirabile est nomen
tuum in vniuersa terra. Tercio dicitur
quod istud nomen est formidabile re
probis id est dyabolo et angelis eius
et omnibus illis. qui vel persequendo. sicut
pagani. vel detrahendo. sicut iudei
et heretici. vel male viuendo. sicut mali
christiani. impugnant nomen istud. et
portitores eius id est bonos homines
christianos. Et quare debet istud nomen
formidari. certe quia videt ipse
qui dominus ihesus iuxta verbum prophetarum po
net inimicos suos sub scabello pedum
suorum id est in inferno qui est sub terra.
quam ysaya dicit. esse scabellum pedum
domini. Celum michi est sedes est. terra autem
scabellum pedum. nomen quod ipsi primus
despectum habuerunt. quia videbitur illis
exaltatum coram toto mundo et super
totum mundum vsque ad honorem diuine
maiestatis. quod ipsi persecuti sunt vsque
ad ~~ignos~~ ignominiosissimam mortem
crucis. et hic verificatur illud quod
dicit apostolus ad philippenses. Christus
inquit factus est pro nobis obediens

usque ad mortem. mortem autem crucis propter quod et deus exaltavit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. ut in nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur. quia dominus noster ihesus christus in gloria est dei patris.

Et nota quod dicit omnis lingua id est non solum christianorum. sed etiam iudeorum et paganorum, qui confitebuntur ipsum verum hominem et verum deum regnantem in gloria patris. qui ipsum despexerunt ambulantem in terris. et dixerunt hic est filius ioseph. et negaverunt eum natum pro salute humana genitus de utero matris virginis. Tunc verificabitur illud quod dicit dominus per prophetam Timebunt gentes nomen tuum domine. et omnes reges terre gloriam tuam. Vere timebunt quia sicut dicit iheronimus in epistola ad heliodorum monachum Tunc ad vocem tube pavebit terra cum populis. tunc lugubre mugiens immugiet tribus ad tribum percucient pectora potentissimi quondam reges nudo latere palpitabunt. exhibebitur cum prole sua. Venus tunc ignitus iupiter adducetur et cum suis stultus plato discipulis aristotilis argumenta non proderunt. Tunc dicet dominus ihesus Cerne manus iudee quas fixeras. cerne latus lancea quod foderas. videte corpus an idem sit quod dicebatis clam nocte tulisse discipulos. Tunc dicent peccatores montibus cadite super nos et collibus operite nos a facie agni. Et quare. quia terre videbitur sicut dicitur alibi. induere ...

super se infernum patentem sub se. peccata accusancia ante se. mundum ardentem retro se. infinita demonia ad supplicium trahencia circa se. Sicut ergo erit eis impossibile apparere intollerabile. Ecce quare timebunt gentes nomen tuum domine. et omnes reges terre gloriam tuam. Electi vero non timebunt sed gaudebunt. quia sicut dicit iheronimus in supradicta epistola. Veniet veniet dies illa. qua corruptivum hoc et mortale. incorrupcionem induat et immortalitatem. beatus servus quem cum venerit dominus invenerit vigilantem. Tunc cum gaudebis iudicaturo domino. tunc cum rusticanus et pauper exultabis ridebis et dices. Ecce crucifixus meus. Ecce iudex qui obvolutus pannis in presepio vagiit. hic est ille. hic est ille operarii et questuarie filius. Hic est qui matris gestatus sinu hominem deus fugit in egyptum. Hic est qui in passione sua vestitus fuit clamide coccinea. Hic est qui sentibus coronatus. Hic est qui vocatus est magus. demonium habens et samaritanus. Hec omnia sunt verba beati iheronimi. Tunc dicet quilibet reprobus illud quod dicitur in trenis. Defecit gaudium cordis nostri. versus est in luctum chorus noster. cecidit corona capitis nostri. ve nobis quia peccavimus. Quilibet vero electus poterit dicere illud quod dicitur in cantico abbacuc Ego autem in domino gaudebo. et exultabo in deo ihesu meo. Hic ergo patet quod adventus christi vel verbi incarnati est formidabilis

regibus id est iudeis paganis et
falsis xpianis. Hec ete maxime
formidandum et falsis clericis et pres
biteris et religiosis. de quibus conque
ritur dns per ieremiam prophetam dicens
Fecerunt filii iuda malum coram ocul
meis dicit dns. Posuerunt offendi
cula sua in domo. in qua inuocatum est
nomen meum ut polluerent eam. Omnes
ergo isti deberent timere. quia ipsi qui modo
nomen xpi habent in derisione. tunc
videbunt illud esse in summa gloria et
honore. et adorari ab omni natione.
Quia tunc verificabitur illud propheticum
Omnes gentes quascumque fecisti ve
nient et adorabunt coram te domine et
glorificabunt nomen tuum. Dic ergo
pater quoniam nomen xpi est formi
dabile regibus. Rogemus dominum ut
faciat nos tales. quod nos non simus
de numero reproborum et det nobis graciam
quod nos dum viuimus in hoc mundo. ita
sanctificemus nomen xpi et nomen beate tri
nitatis in reverencia. et propter reveren
ciam eius ita caveamus ab eius offensa.
et serviamus ei per bona opera. ut in
in die iudicii non simus de numero inimi
corum suorum. quos ipse ponet sub sca
bello pedum suorum id est in inferno.
sed simus de numero servorum et militum
suorum. quos ipse coronabit secum in
celesti regno. Quod nobis concedat
qui sine fine vivit et regnat Amen.

Sanctificetur nomen tuum
Audivimus supra quoniam no
men xpi est amabile xpi
anis et admirabile iudeis et paga
nis et formidabile regibus. Tercio
dicitur quod istud nomen est desiderabile
bonis et perfectis. et racio est. quia
per istud nomen xpi impetrat. quis
a celesti patre postulat. testante domino
nostro ihu xpo. qui dicit apostolis et omnibus
bonis xpianis. Quodcumque pecieritis
patrem in nomine meo dabit vobis. Et
si tu obicias quod multi petunt multa
in nomine xpi. que non possunt adipisci. sicut
paulus peciit a se stimulum carnis
amoveri. et tamen non obtinuit. respondeo
et dico quod petere in nomine ihu est pete
re illa que prosunt homini ad suam salutem. quia
ihc interpretatur salus vel salvator. et
quia multi petunt que non sunt saluti sue
expediencia. sicut illi qui petunt a
deo vindictam de inimicis. vel aug
mentum in temporalibus bonis. vel
plerumque valitudinem corporis. que quando
sunt hominibus occasio superbiendi et male
faciendi. et per consequens se ipsos dam
pnandi. ideo non accipiunt quod petunt.
quia non petunt in nomine ihu. Non enim
petitur in nomine salvatoris. quidquid pe
titur contra racionem salutis. et sic pete
bat paulus licet nesciens. qui pete
bat a se stimulum carnis amoveri.
qui erat ei causa humiliandi. et infir
mitatem propriam cognoscendi. et sic
petebat contra salutem suam. quia per
humilitatem. et per proprie fragilitatis
recognicionem acquiritur gratia dei. secundum
illud beati iacobi. Deus superbis re
sistit. humilibus autem dat graciam. et
ideo respondit dominus. sufficit tibi
paule gratia mea. nam virtus infir

minate perficit. Perfecti nec quicquid petunt
in nomine xpi. id est in nomine bte tantummodo
totum impetrant. quia petunt in ihesu
nomine. non enim petunt aliquid a celesti
patre nisi hereditatem salutis eterne
de qua dicitur in psalmo. Dedisti he-
reditatem timentibus nomen tuum domine. Ti-
mentes enim nomen domini sunt perfecti quia
sicut sapiens dicit. Qui timet deum
nichil negligit. et econtra qui nichil
negligit perfectus enim est. qui nichil
negligit faciendum de hiis rebus de quibus
credit quod deo placeat. et qui nichil
negligit cavendum de hiis rebus de quibus
credit quod deo displiceant. Talibus
ergo nomen domini timentibus. dat deus
hereditatem salutis eterne. qui devo-
to corde petunt eam in xpi nomine. Hanc
hereditatem quia apostoli adhuc imperfecti
et minus per spiritum sanctum perfecte illuminati
nesciebant petere. ideo redarguuntur
a domino dicente. Usque modo non pe-
tistis quicquam in nomine meo. petite et
accipietis ut gaudium vestrum sit ple-
num. Gaudium nostrum non potest esse plenum
donec simus in eterna beatitudine. quia
sicut dicit beatus augustinus. nichil aliud
est quam gaudium de veritate. ubi est gau-
dium verum et plenum. Cetera omnia alia
gaudia sunt falsa vel imperfecta.
Omnia enim gaudia de quibus nos gau-
demus in hoc mundo. si sunt de rebus
temporalibus. et sic sunt falsa gaudia
quia sunt multis tristiciis et calami-
tatibus permixta secundum quod dicit sapiens
Risus inquit dolori miscebitur. et
extrema gaudii luctus occupat.

et cetera. Risum inquit reputavi
errorem. et gaudio dixi quid frustra
deciperis. Si autem sunt de rebus spiritualibus
et sic licet sint vera gaudia tamen
sunt imperfecta et semiplena et mixta
dum sumus in hac vita. quia nullus ita
perfectus est. qui a perfectione sua cadere
non possit dum in hoc mundo vivit. si
divina bonitas et manutenencio ipsum
deserere velit. et propter hoc dico quod
non potest haberi plenum gaudium in hac
vita dum amitti possit. Sed plenum
gaudium habebunt. quicumque salvari
meruerint. Salvabitur autem omnis
qui nomen domini dei vivi devoto
corde invocaverit. quia non potest men-
tiri spiritus sanctus qui per prophetam dicit.
Et erit. quicumque nomen domini invoca-
verit salvus erit. Ut ergo salvi simus
simus et ad plenum gaudium pervenire
possimus. invocemus et laudemus ipsum
eterna sicut dicit psalmista. A solis
ortu usque ad occasum. id est a nativita-
te nostri usque ad obitum laudabile
nomen domini. Laudando autem hoc nomen
perveniemus ad eternam salutem. Unde
beatus ieronimus in sermone de as-
sumptione. Erit inquit salus nostra
in laudibus salvatoris. Laudando
enim ipsum digne in vita ista perveniemus
ad domum eius celestem. ubi erit
laus perpetua sine fine mansura.
De qua laude dicitur per os psalmiste
Beati qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te. Ex-
predictis patet qualiter nomen illud
quod nos petimus sanctificari in nobis

qui nos dicimus. Pater noster qui es in celis
sanctificetur nomen tuum. est amabile
christianis. admirabile iudeis et paga
nis. formidabile reprobis. desidera
bile perfectis. Benediccamus ergo istud
nomen excellentissimum clamantes cum
psalmista. Sit nomen domini benedictum. ex ho
c nunc et usque in seculum. ex hoc nunc
id est ex ista vita momentanea. de qua
non habemus nisi nunc. Tempus preteritum
non habemus. quia preteriit et ultra
non redibit. Tempus eciam futurum pro
nondum habemus. nec scimus si habebimus
quia nescit unus in crastino victurus
sit. Benediccamus ergo nomen istud ex
hoc nunc. id est ex ista vita momen
tanea que deficit in uno nunc. id est
in uno momento. et usque in seculum.
id est usque in futuram vitam. que erit
sine termino. ad quam nos perducat per
suum sanctissimum nomen quo nominatus
est a deo patre antequam fieret mundus
dominus christus de quo in psalmo dicitur. Sit
nomen eius benedictum in secula
ante solem permanet nomen eius. Amen.

Sanctificetur nomen tuum
Videamus super quale est
istud nomen quod nos pe
timus sanctificari in nobis a patre ce
lesti cum dicimus Pater noster qui es in celis
sanctificetur nomen tuum. Dictum eciam
fuit supra quod hoc petendo non est aliud
petere. quam ut nos qui portamus illud
nomen simus sancti. Sciendum est
quod quatuor modis efficimur sancti. secundum
quadruplicem exposicionem huius nominis
sanctus. Sanctus enim est quasi sine tinc
tura et sic efficimur sancti per cordis

et corporis mundiciam. Item sanctus idem est
quod sine terra. et sic efficimur sancti per
terrenarum rerum vilipendenciam. Item
sanctus idem est quod sanguine tinctus et sic
efficimur sancti per dominice passionis memo
riam. Quarto sanctus idem est quod firmus quia
sanctio sanctus idem est quod firmitas
vel stabilitas secundum quod dicitur In lege
sanctitum id est firmiter statutum. et sic
efficimur sancti per finalem perseveranciam.
Primo dico quod sanctus idem est quod sine
tinctura. et sic efficitur homo sanctus per
cordis et corporis mundiciam. quia non
possumus consequi nisi auferamus a nobis
omnem tincturam peccati. Peccatum enim pro
prie dicitur tinctura quia sicut tinctura au
fert panno albo vel lane albe suum
colorem naturalem. sic peccatum aufert
innocenciam baptismalem. Sed inter omnia
peccata illud quod vocamus proprie appellatur
tinctura est peccatum luxurie. quia sicut
tinctura penetrat totum pannum intus
et extra. sic luxuria polluit totum
hominem intus et extra id est in corpore et
in anima. Polluit enim primo cor per
illecebrosam et immundam cogitacionem
et delectacionem et consensum. Pol
luit caput per ornatum lenocinium et
meretricium. oculos per aspectum impu
dicum. et impudice voluntatis repre
sentativum. quia sicut dicit quidam sanctus
Impudicus oculus impudici cordis est
nuncius. Item polluit aures. per
studiosum auditum cantilenarum et
verborum scurrilium sollicitancium et in
flamancium corda hominum et mulierum ad
peccatum. Item polluit nares per adulte

vinos acres. ungentis et mitra in ...
quibus depingunt se mulieres diabolice
ad suis lenonibus magis placendum.
Item polluunt os per impudica verba et
oscula. et per delicata et superflua ci
baria quibus nutritur et nutritur
luxuria. quia venter mero estuans
de facili spumat in libidinem et e con
trario luxuriat ventre non bene pasta
cum. Item polluunt manus per tactus
impudicos et per collationem et re
ceptionem munerum male acceptorum
quia sicut quidam ~~versificator~~ versificator
dicit. Lenone lena non diligit absque
crumena. Femina cibo pleno. vinum fun
dente lagena. Item alii versus. Monstrat
lena viam iuvenem loculis variatis
Ut petat ecclesiam quia dat de omnia gra
tis. Item polluunt peccatum luxurie pedes
per petulantem et inhonestum incessum.
et per lascivum calciamentum et inquietum
discursum. et postremo polluunt totum
corpus. per concubitus inspiratos per quos
diabolus ducit miseros peccatores
et peccatrices ad barathrum duos
et duos. Ecce quomodo vilis et quam infec
tiva est luxurie tinctura. per quam
tinguitur et inficitur totum corpus. et secun
dum non unius sed duorum. et non solum
duorum. immo etiam infinitorum. quia unus
miser ribaldus. vel una misera
ribalda fetore suo id est malo
exemplo. et sua mala fama infi
cit et scandalizat quasi omnes
illas de una patria. immo etiam quod
peius est hac tinctura fetida ho
die tinctus et infectus est quasi

totus mundus. et tota universalis eccle
sia ut cogatur clamare propheta. Salvum
me fac domine quia defecit sanctus. Pau
ci enim et inter prelatos et inter subdi
tos. et si audere dicere inter religio
sos inveniuntur sancti hodie. id est
sine tinctura huius vilis peccati. et qui
non sint per illud vel opere vel ore vel cor
de polluti. Si ergo volumus esse sancti
faciamus ut nos simus sine tinctura
ista. id est sanctificemus nos et mundemus
ab omni carnis et spiritus immunditia. ad
quam sanctificationem hortatur nos apostolus
dicens in epistola ad corinthios. Mundemus
nos ab omni inquinamento carnis et
spiritus perficientes sanctificationem in timore
dei. Item in alio loco ad tessalom
censes iiii°. dicit idem apostolus. Hec est
voluntas dei sanctificatio vestra. ut absti
neatis vos a fornicatione. ut sciat
unusquisque vas suum possidere in sancti
ficatione et honore. non in passione
desiderii. sicut gentes que deum igno
rant. Sed quomodo mundi et sine tinc
tura luxurie. habemus istum sancti
ficationis modum vel gradum. Quod quia
non possumus nisi per divinum adiutorium
quia sicut dicit sapiens. Nemo po
test esse continens nisi deus det. Ideo
necesse habemus cotidie clamare ad
deum. Pater noster qui es in celis sanctifi
cetur nomen tuum. Hanc sanctificationem
nobis conferat sanctus sanctorum id est
dominus ihesus christus. Amen.

Sanctificetur nomen tuum
Visum est qualiter sanctus idem
est quod sine tinctura. et

Nota versus

Monstrat lena viam

possint esse sancti per cordis et cor
poris mundiciam. Secundo dicendum
quod sancti dicuntur quasi sine terra. et hoc
modo efficiuntur sancti per terrenarum rerum vili
pendencia id est contempnendo terrenas
divicias et delicias et honores
et desiderando celestes. Sed hoc non
potest fieri nisi sicut lapides vivi simus
super firmam petram id est super christum
per veram fidem et dilectionem fundati.
Quia sicut dicit beatus gregorius. Tanto
quisque ab amore superno disiungitur
quanto inferius delectatur et econverso.
quanto quis ab amore terrenorum cor
suum elevat et elongat. tanto magis
ad amorem rerum celestium appropinquat
Et hoc est quod dicit zacharias propheta
lapides sancti elevabuntur de terra.
Tunc sunt lapides sancti id est sine terra
nisi viri sancti terram contempnentes.
et lapidi angulari id est christo ihesu
in edificio celestis ierusalem firmiter
coherentes. Lapis enim angularis
est christus qui in edificio celestis ihe
rusalem id est sancte ecclesie coniungit
in se duos populos id est iudeos et
paganos. sicut lapis qui est in angulo
iungit duos muros. quia ex utrisque
populis ad christum conversis est edifica
ta ierusalem id est sancta ecclesia. Huic
lapidi coherent lapides sancti id
est boni christiani qui terrena contemp
nunt. et christum toto corde diligunt
Et ideo sequitur Elevabuntur de terra
id est a terrenis desideriis ad celes
tia. quia sciunt illud quod scriptum est
in apocalipsi. Ve ve ve habitantibus

in terra. Habitantes in terra sunt qui
amant terrena quia dicit augustinus.
Vermis sum ubi amo quia ubi habito
quibus dicitur. Ve ve ve id est maledictio
triplicata. tripliciter enim sunt maledicti
in vita. et tripliciter sunt maledicti in
morte In vita enim sunt maledicti.
quia acquirunt terrena cum labore. custodi
unt cum timore. amittunt cum dolore.
Et ideo dicitur eis ve. ve. ve. Etiam
dicitur eis in morte vo. ve. ve. quia
deserunt terrena que dilexerunt. quia perdunt
celestia que contempserunt. quia incurrunt
eterna tormenta que non timuerunt. Hoc
considerantes viri sancti sciunt quod ille
qui amat terrena dat animas suas
dyabolo et privat se regno celorum.
et quod mundus est plenus periculis et de
ficit in maiori necessitate id est in mor
te amatoribus suis utuntur sanctorum
consilio et dant gloriam deo. secundum
illud propheticum Deus qui glorificatur
in consilio sanctorum. Consilium enim est sanctorum
terrena despicere. et totam dilectionem et
spem et fiduciam suam in domino ponere.
qui non potest nec vult confidentibus in se
deficere. et qui ~~prodest~~ potest eis in necessitatis
articulo succurrere. et animas eorum de ma
nu dyaboli eripere. et hoc consilium
dat eis sermo propheticus. primo per prophetam
spiritus sanctus cum dicit Diligite dominum omnes
sancti eius. et iterum Qui diligitis dominum
odite malum. custodit dominus animas
sanctorum suorum de manu peccatoris libera
bit eos. peccatoris id est dyaboli. qui
est inimicus et inventor omnis peccati. Hoc
est consilium sanctorum Sed certe pauci sunt
qui acquiescunt ~~hoc~~ isti consilio. pauci sunt

qui pserunt deu mundo. Videmus cun
cticos qui qn ordinati fuerunt dixerunt
Dns pars hereditatis mee et calicis
mei. tu es qui restitues hereditate
mea michi. Videmus mg eos plus in
plicari seruicio mundi qm dei. Videmus
religiosos qui p ceteris vouerunt con
teptu sclj. factus e idem serui de fide
seculo. et p habitu religionis men
tiri deo. Ideo e factus seruat fide
seculo qui secularibus cofirmat se toto
posse suo. in diuiciarum desiderio et
honorum ambitione. Cum sibi eos sup
bia erigit. auaricia tabescit. volup
tas dilatat. malicia angustat. ira
inflammat. discordia separat. inuen
cia inquinat. inuidia conterat. Iste
nomen seculo factus fide seruat. qui
ipi p quos seculares corrigi debuerant
eos ad contemptu mandatorum dei p sua
mala exempla instigant. Iste p ha
bitu religionis menciunt deo. qui ppt
deu fecerunt paupertatis voluntarie vo
tu. Et portant paupertatis habitu. et
tamen sicut dicit beatus iheronimus. sufficere
cum auro et diuiciis volunt sequi
pauperem xpm. nam et hoc e men
dacium. Si quis ergo est inter nos per
fectus. si quis e vere dei amicus. si quis
est salutis sue auidus clamet cum
propheta. Saluum me fac dne quoniam de
fecit sanctus. quoniam diminute sunt veri
tates a filiis hominum. Ideo bene e
veritas a filiis hominum diminuta. quoniam
illi qui habitu v lingua et officio p
dicant celeste patriam. oculos cordis
sui statuerunt declinare in terram. hoc
e q beatus iob voce dolentis exclu

mat. de diabolo. Effudit in terra
viscera mea. p viscera q interius sunt
in humano corpore et adherent cordi in
telliguntur religiosi et litterati q sunt
quasi viscera ecclesie. quia ad intima eius
sacramenta descernentes magis de p
pinquo et familiarius vident sue
consilia et secreta dei. Cum ergo malignus
hostis quosdam de eis ad secula
ria ut terrena negocia pertrahit eius
de ecclesie viscera in terra fundit. quia
infirmis et terrenis illos coniungit
qui ad hoc vocati sunt ut spiritualibus
et celestibus inhererent. De quibus eciam
possumus dicere illa iohis euangeliste
prophetie in apocalipsi prophecia. Stelle
ceciderunt de celo in terra. Stellas
de celo in terra cadere est religiosos
viros qui ad modum stellarum in firma
mento fixarum deberent habere cor suum
fixum in celestium desiderio et medita
cione. cadunt mentaliter in terra. quia parum
cogitant. nisi de terrenarum rerum adepcione
Hic ergo patet de sctorum corporalibus sanctus
non sanctus. id est qualiter sanctus idem
e q sine terra. et sic efficiemur sicut sci
sunt e sancti p terrenorum vilipendenciam
et p eternorum concupiscenciam. Sed
terrena vilipendere et eterna concupiscere
non possumus sine dei inspiratione. Et
ideo necesse habemus clamare ad deum
pater noster qui es in celis sanctificetur no
men tuum. Hanc sctitatem nobis conferat
sanctus sctorum qui sine fine viuit et
regnat. Amen.

Sanctificetur nomen tuum et cetera
Visum e et cetera. Tercio
dicitur sanctus quasi sanguine tinc
tus. et sic efficiemur sancti p amore

passionis memoria. qui scilicet devote
recolimus qualiter dulcissimus iste christus
qui quasi agnus sine macula fuit pro salute
hominum immolatus. fuit pro nobis scutus id
est suo pretioso sanguine tinctus non solum
in una parte corporis sed in omnibus. quia
corona spinea traxit sanguinem de ca
pite. lancea de latere. flagella de dor
so. clavi de pedibus et manibus. et su
dor sanguineus ex omnibus partibus corporis.
ita quod non remansit in eo pars aliqua
que non fuit scuta id est sanguine tincta.
Nec solum semel fuit scutum pro nobis
id est sanguine tinctus. sed sexies videlicet
primo in circumcisione. secundo in sudore.
tercio in flagellacione. quarto in spinarum
coronacione. quinto in pedum confixione
et manuum. sexto in lateris iam defunc
ti perforacione. Sic fuit christus pro nobis
scutus id est sanguine tinctus. Et quare.
Certe ut populum christianum in sanguine suo
a peccatis suis sanctificaret et mundaret
et ut nos ad similia pro ipso sustinenda
animaret. Et hoc est quod dicit apostolus in
epistola ad hebreos xiii. Christus inquit
ut sanctificaret per suum sanguinem populum.
extra portam passus est. exeamus ergo
ad eum extra castra improperium eius por
tantes. non enim habemus hic manentem
civitatem. sed futuram inquirimus. ut sancti
ficaret inquit id est a peccatis mundaret
populum in se credentem per suum sanguinem
quasi diceret. de suo sanguine proprio fecit
nobis balneum et lavacrum. pro miraculo
karitatis. quod non debemus oblivioni
tradere. quia sicut dicitur in ewangelio
iohannis. maiorem hac dilectione nemo
habet quam ut animam suam ponat quis

pro amicis suis. Certe ipse maiorem
habuit quia pro inimicis eam posuit. Unde
commendat apostolus ad romanos quinto. Cum
enim inquit inimici essemus secundum tempus christus
pro nobis mortuus est. De hac etiam
dilectione et de hoc lavacro dicitur
apocalipsis primo. Dilexit nos et lavit
nos a peccatis nostris in sanguine suo. Dicit
ergo. christus ut sanctificaret per sanguinem
suum populum. sequitur extra portam passus est.
id est in monte calvarie. qui est extra portam
et iuxta portam civitatis ierosolime ubi
fiebat iusticia de latronibus et male
factoribus qui erant digni morte id est
de capitacione aut crucifixione. Et
ideo vocabatur mons calvarie propter
calvarias id est propter capita decal
vata hominum ibidem interfectorum. Pas
sus est ergo ibi mortem non quamcumque sed
durissimam et vilissimam super crucis
signum in medio latronum. Igitur si
quid dulcoris. si quid amoris. si quid
fidelitatis. si quid veritatis est in
nobis faciamus quod sequitur eodem dicitur
Exeamus igitur corde scilicet et volun
tate et si necesse sit corpore ad eum id est
post regem nostrum. post patrem nostrum. post
fratrem nostrum. post amicum dulcissimum
extra castra. id est corporum nostrorum ha
bitacula in quibus sumus hospitati
ad tempus sicut milites hospitantur
in castris. dum sumus in presenti pere
grinacione et peregrinacionis. Sequitur
Improperium eius portantes scilicet in memoria
improperium id est improperiosam et vi
lissimam mortem. De quo improperio
dicebatur in veteri lege deuteronomii
xxi. Maledictus a deo omnis qui

pendebat in ligno. et hoc maledictu
sustinuit xpc pro nobis du pepēdit
in crucis ligno. Vilius q aliqs qui
pendeat in furtiu patibulo. Isti em
qui pendent in furcis sut opti aliqs
semicinctis. sed xpus totus nudus
in medio furu pependit sup crucis
patibulu correpto qd sicut aliq dicut
bta virgo ligitur ei circa renes
capitegiu suu. Sustinuit g° male
dictu et ympperiu crucis ut auferret
a nobis maledictu et ympperiu eter
ne cofusionis et dapnatois. Por-
temus g° hoc ympperiu in meoria et
si nccē sit in ppa psona. Tum sicut
pūbiu vulgare dicit. Vna bonitas alia
requirit. Iter sit nobis grue si mo
riendo p xpo habitatione hi9 mudi
relinqm9. Tma seqūr. Non habem9
hic manetem ciuitatē. qr mud9 tra
sibit et cocupiscencia ei9. sed futu
ra inquirim9 que ē plena gloria indefi
cienti. De qua dicit̄ in psalmo Glo
sa dicta sunt de te ciuitas. Sic g°
patet qlr nos possim9 eē sancti
id est sanguine tincti. si passioni xpi
no īmgti. ad similia p ipo pferenda
sim9 parati. Et tales sancti fuerut
martires bti. De quib9 dic aplus
in epistola. xi° ad hebreos. Sancti
ludibria et ubera expti insup et vin
cula et carceres. lapidati sut. secti
sut. temptati sut. in occisione gla
dii mortui sut. circuierut in melotis
et in pellib9 caprinu. egentes an
gustiati. afflicti quib9 dign9 no erat
mud9. Certe pauci sut hodie tales
qui p meoria dnice passionis sint

sancti id est xpi sanguine tincti. Qu
em omis sic sut sanguie carnalis vo
luptatis tincti. et calice aureo babi
lonis id est mudiali cocupiscetia de
briati. qr no curat de sanguie xpi. Et
sicut phibet ysayas Iustus perit
et no est qui recogitet. Vnde p hiis
carnalib9. et p mudi amatorib9 cla
mat cu dauid. Defuit me sic de9
qui defecit sciis id est sanguie tinct9
De isto defectu dixit optimu ubu ma
gister philipp9 cancellari9 parisien
sis in psona xpi in cruce pendentis
Homo vide q pro te patior. Ad te
clamo qui pro te morior. vide pe
nas quib9 afficior. vide clauos q9
confodior. Cum sit grauis planct9
exterior. int9 tame est dolor grauior
tam ingratu du te experior. Cha
rissimi petm ingratitudinis mirabilr
displicet in oculis nri redeptoris.
et no sim9 ingrati id est imemores
beneficii accepti. sed recogitem9 fre
quent passione dni nri ihu xpi. qui
redemit nos no corruptibilib9 auro
ut argento. sz pciosa sanguie suo.
cui9 plus valebat vna gutta qui
totus mud9. Et si hanc deuote re
cogitem9. et si ad silia p ipa susti
nenda pati sim9 tuc uere sci erim9
qr sanctu sanctoru imitabimur. et sic
ad societate sanctoru puenim9. qr
sicut dicit aplus. si fuerim9 socii
passionu erim9 et consolacioni. et
qui pticipes sut cotumelie debet et
eē pticipes glie. Sic nos sanctos
efficiat ille sctus scoru. qui p nobis

sificauit semetipm. Dns ihc xpus
amen..

Sanctificetur nomen tuu.
Psimu e et cetera Certo di
cendu q sctus idem e q firmus. et sic
efficimur sancti p finale pseuerantia.
si domus interior cordium p fide et di
lectione sit firmiter edificata sup
firma petra id est xpm. ita nec per
pluuia carnalis delectacois. nec p
fluctus mundane tribulacois. nec
p uentos dyabolice temptacois pnt
dissolui. nec separari a fundamento
fidei et dilectionis xpi Unde em
dic dns in ewangelio beati mathei vii.
Omnis qui audit uba mea et facit
ea assimilabitur uiro sapienti. qui
edificauit domum suam sup petram.
et descendit pluuia et uenerunt
flumina. et flauerunt uenti et ir
ruerunt in domum illa. et non cecidit
fundata enim erat sup firma petra
Ad hanc scitate nos hortatur psal
mista dicens ad dnm Domum tuam de
cet scitudo dne in longitudine dierum
id est semp. Que sit domus dni
ondit augustinus q dicit Quot specta
sus es dne et similes corde sunt
domus tue Hec ergo domus sp debz
ee sancta ppter scm sponsum q hitat
in ea. Ut verificetur in nobis illud
qd dicit apls ad corinth. Templu
dei scm est qd estis uos Et beatus
gregorius. Tergitur sordes primum
operis. qui deo pparat domum mentis
Sed proch dolor quia sunt pauci q
sunt ita sci id est firmi. ut a ppo
sito innocentie baptismatis ul pmisse
religionis. uel penitentie qdragesi
malis non se pmittat auelli. Carna
les enim hoies q cito pulsantur. uel a
pluuia carnalis uoluptatis. ul a
fluctibus mundane tribulacois ul aduersitatis. ul a uento dyabolice tempta
cois. uel calliditatis. statim dimit
tunt domum mentis sue a fundamento
suo id est a xpo recedendo. et in pecm
ruere. ostendentes q non sunt fundati
sup firma petra. sz sup harenam
qz si quid boni inchoant in qdrage
sima post pascha redeunt ad uitia
consueta. quibus sicut dicit btus petrus
contingit illud uerum puerbii Canis re
uersus ad uomitu. et sus lota in vo
lutabro luti. De talibus dic dns ma
thei vii. Qui audit uba mea et
non facit ea. similis erit uiro stulto. q
edificauit domum suam sup arenam. et
descendit pluuia. et uenerunt flumina
et flauerunt uenti. et irruerunt in
domum illa et cecidit et fuit ruina
eius magna. Et qz ppha uidebat pau
cos in scitate pseuerare. et ideo sal
uari non posse. qz saluus ille q pseue
rauerit usqz in finem saluus erit.
Ideo quia ipse sciebat q non ex uirtute
ppria. sed ex diuina gratia pseuerare po
terit ideo clamabat Saluum me
fac deus qm defecit scs. qm
diminute sunt ueritates a filiis hominum
Et ne sunt diminute qz omnes decli
nauerunt simul inutiles facti sunt. non
e qui faciat bonum non est usqz ad
unu. Hoc etiam testatur dns q petro
dicenti sibi. et quis pt saluus fieri

Respondit apud homines impossibile est.
apud deum omnia sunt possibilia. Dic ergo
patet per supradicta que sit illa que facit
hominem sanctum id est vite mundicia. pau
pertas voluntaria. dominice passionis
memoria. et bonorum operum finalis perse
verancia ad quam nos perducat ihesus
christus Amen.

Sanctificetur nomen tuum.
Visis que sit illa que hominem
sanctum facit. Dicendum
quadruplex sit que debet movere et allicere
hominem ad desiderandam et acquirendam
supradictam quadruplicem sanctitatem. scilicet
sanctus dominus. sanctus cetus. sanctus locus.
sanctum tempus. Primo dico quod ad sancti
tatem desiderandam monet nos sanctus
dominus. Nos enim sumus servi illius domini
qui est sanctissimus tanta sanctitate quod impossibile
est sanctitatem eius pollui aliqua labe. quia
deus fidelis et absque ulla iniquitate.
Et non solum est sanctus in se ymo etiam
in aliis est fons et origo totius sancti
tatis. quia sanctitas omnium sanctorum ab ipso
sumit initiale et formale princi
pium et finale complementum. Et ideo
non immerito appellatur sanctus sanctorum.
quia nullus potest sanctificari nisi per ipsum
id est per dominum nostrum ihesum christum. Sanctitas
enim que in veteri lege conferebatur
per legalia et carnalia sacramenta et
sacrificia. non erat nisi figura et
umbra illius sanctitatis que per dominum
ihesum christum confertur in lege nova. Et
erat illa sanctificatio in corpore tantum
et non in anima. et ideo veniente ista
cessaverunt illa. sicut veniente veritate
cessat figura et umbra. Et hoc est quod
predixerat iudeis daniel propheta. Cum
venerit inquit sanctus sanctorum cessabit unc
tio vestra. Cum igitur dominus ihesus christus
est sanctissimus ideo vult quod sint sui qui por
tant nomen eius id est qui a christo dicun
tur christiani sint sancti. quia sicut dicit sapiens
in proverbiis. Secundum principem populi sic et
ministri eius. Et ideo clamat dominus
levitici xi. ad populum christianum. Sancti
eritis quoniam ego sanctus sum. Si ergo omnis
populus christianus tenetur ad sanctitatem certe
ad maiorem sanctitatem tenentur clerici. qui
de toto populo electi et assumpti cantan
do et legendo serviunt ei in domo
propria eius que est in ecclesia. ymo sunt ei
in camera secreta id est intra cancellum
ad quod non licet ingredi populum reliquum.
et si ad maiorem sanctitatem quam reliqua
plebs tenentur clerici. certe ad maximam
tenentur dyaconi et subdyaconi qui in
mensa sua serviunt ei. et propriis
manibus contrectant vasa eius que sunt
sancta et sanctificata. Unde dicitur per
prophetam ysaye lii. Mundamini qui
fertis vasa domini. Et non dicit quod non dig
mundate vasa domini sed mundamini qui
fertis vasa domini. in quo ondit se plus
curare de sanctitate ministrorum quam de
sanctitate vasorum. Unde si ille peccat
graviter qui celebrat sciens in vase
polluto gravius peccat qui tractat
calice corde vel corpore polluto. Hinc
dixit dominus ad moysen. Dic filios
aaron et ad posteros eorum. Omnis
qui accesserit de stirpe vestra ad ea que
consecrata sunt in quo est immundicia Gen

peribit coram deo ego sum dominus. De stirpe
aaron erant leuite qui soli tractabant
et seruabant vasa templi quorum locum
tenent dyaconi et subdyaconi qui in
missa tractant vasa altaris et serui
unt sacerdoti. Item nota quod dicit
peribit coram domino quia quamuis deus non
accipiat statim vindictam de ministro in
mundo coram omni populo tamen iam perit
coram deo quia dominus scit quomodo respi
ciat eterne dampnationi adiudicatus sit
Item nota quod in fine prohibicionis dicit
ego sum dominus cui scilicet nichil potest ab
scondi quia ego scrutor corda et renes
et scio qui accedunt mundi et qui non
Vnde gregorius magna sanctitas requiritur in omnibus
christianis maior in clericis maxima
in dyaconis et subdyaconis certe
pro maxima et supremam requiritur in
sacerdotibus qui ipsum sacratissimum corpus
domini conficiunt et consecrant et reci
piunt ore proprio et tractant propriis ma
nibus in quo data est eis maior potestas
quam beate marie virgini et quam angelicis
spiritibus et ideo si ipsi accedunt ad
altare corde vel corpore polluti multo
plus timere illud quod dicit dominus in eo
capitulo exodi xix. Sacerdotes inquam
qui accedunt ad dominum sanctificentur ne
percuciat eos scilicet morte eterna cuius
signum est quia aliquando eciam percutit eos in
presenti morte corporea vel infirmita
te vilissima vel horrenda. Dicit
Exm sanctus gregorius turonensis in libro
miraculorum de quodam presbitero qui
die dominica volens celebrare statim
ut communicandi hora peruenit mox
epilencia comprehensus corruit spu

mans. sacrisque periculo abiere exuriens
qui ipsa nocte sicut plerique testati
sunt inebriauerat se. Item refert Exm
sanctus odo abbas cluniacensis de quodam
sacerdote quod cum die dominica ebrius
redisset et missam celebrare presu
meret mox ut ad horam consecracionis
venit eas illas voces quas prius ca
nes emittere solebat inclamare super
sacrum altare cepit. Narrat etiam Exm
de quodam alio qui venandi habens
consuetudinem amens factus fuit
hora qua celebrare voluit et per multa
loca sanctorum ductus recepto tandem
sensu monachus cluniacensis factus est
et usque ad finem valde religiose con
uersatus. Narrat eciam sanctus Exm
gregorius turonensis in libro
miraculorum de quodam dyacono quod
cum capsam cum corpore domini deferret
de manibus eius delapsa est et per
acere ad altare reuersa. Dicit
ergo dominus quod sacerdotes qui accedunt
ad altare sanctificentur ne percuciantur
Si enim dominus percussit ozam morte
subita quia tetigit archam que non
erat nisi figura corporis domini sicut
legitur in secundo libro regum vi. Quanto magis
sunt percuciendi illi qui post meretricis
concubitum recipiunt ipsum corpus domini
et cetera. ibi enim dicit glosa quod ipse percussus
fuit quia illa nocte iacuerat cum vx
ore sua. Quanto magis erit de illo qui
celebrat postquam iacuit cum meretrice
sua vel cum muliere aliena. Sed de
malis sacerdotibus securitas surrepit
eo quod indigne sumentibus diuina pacien

cia ad tempus parcit. Sed ecce propter hoc
non deberet ipsi minus timere sed magis. quia
certe illos reservat deus grauiori
dampnacioni. qui in presenti vita correpcione
iudicantur indigni. Sicut enim dicitur
dicitur in vita sancti morialium lib. Eos deus
ad eternum supplicium reservat quos per
temporales afflictiones a suis pec-
catis non refrenat. Hinc scriptum est
Percussit inimicos suos in posteriori
obprobrium non temporale sed sempiternum de-
dit eis. Quidem ut dicit sanctus odo.
In exordio ecclesie necesse fuit. ut ad
re domincida plerique transgressores
corporali etiam pena plecterentur. unde
apostolus ad corinthios. Ideo inquit inter
vos multi infirmi et imbecilles et
dormiunt multi. sompno videlicet mortis.
ab angelis quippe qui ad hoc positi
sunt etiam nunc punirentur qui indig-
ne comunicant. nisi bonitas christi cuius
iudicio pendet omnia. gladium sus-
pendit. et temporalem mortem a qui-
busdam ut peniteat remouet. alio-
quin et nunc plage et infirmitates
numquam tam crebrescerent. si omnes illud
misterium sicut oportet preparent.
Et ideo propter periculum indigne commu-
nicacionis caueamus nos tanto tempore pas-
chali illud periculum. Rursumque dicitur
omnes in hoc paschali gaudio ab om-
nis mortis impetu tuum defendas po-
pulum. Sed timeo in quo statu sint.
qui ad hoc sanctissimum sacramentum sine
debita preparacione et sanctificacione acce-
dunt. Dominus in ipsa sacramenti huius insti-
tucione id est in cena monstrare vo-
luit. quia iudas qui in malo proposito
illud recepit. et continuo post buccella
de manu eius recepta dyabolus inuasit.
Et licet ante proditorem esset cum dya-
bolo tamen adhuc erat in apostolorum consorcio.
et si non mero tamen nomine. post perceptionem
non traditus sathane fuit et continuo
foras exiuit. Quam igitur ad sanctum scorum
accedunt et ipsum recipiunt. videant
si sanctificati sint. quia si non sunt. cum iuda
condempnabuntur. si sanctificati sunt cum
petro et ceteris apostolis in corpore et
anima conservabuntur. Recogitent igitur
vbi dum inter semetipsos sacerdotes
inquirunt. quoniam accedunt ad altare non
sanctificentur ne pereant eos. Hoc est igitur
primum quod debet nos mouere ad san-
ctitatem desiderandam scilicet sanctus dominus.
Quam igitur sed fide in christo sanctificatur se
sicut et ille sanctus est. sic dicit beatus
iohannes in epistola. Qui dicit se
in christo manere debet sicut ille ambu-
lauit. et ipse ambulare scilicet per viam
sanctitatis quod nobis concedat Ihesus
cristus ~~amen~~.

Sanctificetur nomen tuum.
Secundum quod debet nos ma-
uere ad sanctitatem desi-
derandam. est sanctus cetus
Qui enim est in societate sanctorum con-
formare se debet sanctitati eorum secundum
illud Cum sancto sanctus eris. alioquin
inter sanctos et bonos esse inmundum et
malum. non est aliud quam esse dyabolum.
sicut paruit in primo angelo id est
lucifero et sequacibus suis. qui inter
angelos bonos per superbiam suam fuerunt
mali. et de angelis facti sunt dyaboli.
hoc idem paruit in iuda proditore.

quia in cetu aplorum fuit / malus et ppt
hoc de ipo dixit aplis dns nr xpc
Nōne ego duodecim vos elegi et unus
ex vobis dyabolus e. In sancto g° cetu
debet quis ee sanctus. Densus aut cetus
e cetus xpianorum. quos xpc scificauit / in baptismo. et scificat / cotidie
in pnia et in aliis sacramentis / p suum
sanguine preciosissimum. a quo oia sacramenta accipiunt virtute. ad scificatione
et emundatoem animarum a sordibus
peccatorum. Densus g° est cetus xpianorum.
Sanctior no e cetus clericorum et sacerdotum. qui spali scificatoe scificati sunt
p manus epiorum ut ministrando sacramenta que sunt instrumenta scificacionis
nre. scificent alios. Sanctior e g°
cetus clericorum et sacerdotum qm aliorum
xpianorum. Densissimus no debet ee cetus
religiosorum. qui ad hoc sunt electi
et assumpti de sclo. ut no recedentes de castris dni die et nocte seruiant peculiarius et familiarius
cetus sancto sctorum. in noctibus extollentes manus suas in sancta et benedicentes dnm. De omnibus istis patet
capituli qd dicit petrus aplus. prima
petri. ii. Vos autem / estis genus electum. regale sacerdocium. gens sancta.
pplus acquisitionis. ut / virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit / in admirabile lumen suum. Omnes
g° qui sunt in cetu xpianorum debent
ee sancti. Sanctiores qui sunt in
cetu clericorum et sacerdotum. Densissimi qui sunt / in cetu religiosorum

Alioquin sicut / predictum est qui in tali statu
tus no sunt sancti. no sunt heredes sed
dyaboli. Et ideo vigilanti sollicitudine sunt tales p platos corrigendi
et / si incorrigibiles fuerint. de cetu
sctorum sunt eiciendi. sicut / eiciuntur de
ouectum illi qui sunt conuicti de proditoe.
et / sicut eicitur ouis scabiosa de sano
grege. et / pomum putridum de pomorum bonorum congerie. ¶ Eiciendi
aut sunt tribus de causis. primo ut /
erubescat salubriter et / compunctus
Secundo sicut dicit / sapiens e confusio adducens morte. et / est confusio adducens graciam et gloriam. ¶ Exm hemus Exm
de hoc in dyalogo bti gregorii in
illo monacho medico suo q in infirmitate vltima inuentus est habere tres aureos in̄t pannos suas abscoditos
qd cum intimatum fuisset bto gregorio solo
prohibuit / ut a nullo monacho. nisi a fratre
suo carnali et / seculari visitaretur. et
in die obitus sui iussit eum in sterquilinio sepeliri cum illis aureis. cunctis
monachis circumstantibus et clamantibus
ei. pecunia tua tecum sit in perdicionem
et / ita factum e. Hoc aut fecit / btus
gregorius fieri et / ppt eius salute et
ppter aliorum instructione. Dum enim
frater languens audiuit / causam quare btus
gregorius visitatoem monachorum ei
substraxerat / confusus aut / morte penituit et / durante gracioris et / dolorum
que habuit / saluatus fuit. et omnes
qui erant in cetu illo omnia etiam minima q habebant / sine licencia abbati
suo id est bto gregorio attulerunt

et tempore a vicio correctus timuerunt
quia sicut dicit quidam. Vivimus exempla cor-
rigitur multi. Unde Felix quem faciunt alie-
na pericula cautum. et in cathone Multorum
disce exemplo que facta sequaris
Que fugias vita nobis est aliena ma-
gistra. Quod autem ille monachus sal-
vatus fuit per hoc patuit quod post aliquot
dies ab obitum eius beatus gregorius miser-
tus anime eius precepit vicario suo id est
preposito abbacie. ut continue usque ad tri-
ginta dies pro ipso celebraret vel cele-
brari faceret. Quo facto tricesimo
die idem defunctus apparuit fratri suo
carnali et dixit ei se de illa die commu-
nicasse et virtute illarum xxx missarum
salvatum fuisse. et sic probatum fuit quod illa
confusio quam fecit ei beatus gregorius sibi
salubris fuit. Hec est ergo prima causa quare
mali qui sunt in cetu bonorum si sunt incorri-
gibiles eiciendi sunt. scilicet ut erubescant
salubriter et convertantur. Secunda causa est
ne per eorum exempla alii corrumpantur quia
sicut societas bonorum edificat sic so-
cietas perversorum et peiorum pervertit et
contaminat. Unde cum propheta dixisset
Cum sancto sanctus eris statim addidit. et
cum perverso perverteris. Et apostolus dicit quod
corrumpunt mores bonos colloquia prava
Exemplum habemus de hoc in epistola
ad corinthios. quod apostolus illum fratrem qui
fornicatus fuit fecit ab aliis fratribus
separari ne alii possent eius exemplo
corrumpi. Et sicut dicit sanctus odo In-
fideles imperium omne non patitur. ne impu-
rum vox eius privata(?) reliquorum voces
in divinis auribus tamquam vitium(?) sor-
didaret. et sicut hic dicit quo con-

tinent ille suas preces deo placere confi-
dunt. Unde quos vel occulte vel publice
sibi reatum non ita unus sed multi fedantur(?).
Tercio eiciendi et separandi sunt
mali de cetu bonorum. ne propter peccatum malorum
deus contra bonos indignetur et iras-
catur. et ne per divina ulcione in corru-
pcione involvantur. sicut legitur de Acham
vel achor in libro iosue vii°. qui in-
dictis spoliis civitatis iericho fu-
ratus est regulam auream et palli-
um coccineum valde bonum. et ducentos
siclos argenti. et ideo super omnem
ysrael talis ira dei inhibitur(?) ut stare
contra hostes suos nullatenus posset
quamdiu de illo furto nichil sibi constitit
et donec anathema lapidaretur.
Certe multi achor sunt hodie. Quid
enim significat civitas iericho nisi mundum
qui plenus est defectibus. Iericho enim
interpretatur luna vel defectus. quia status
lune est defectivus et variabilis. sic
mundus est incertus et instabilis iuxta
illud. Volvitur fortune variatur ymagine
lune Crescit decrescit in eodem sistere
nescit. Iericho huius civitatis spo-
lia sunt illa triplex concupiscentia de
qua dicit beatus iohannes apostolus in sua
epistola. Quicquid in mundo est concupiscen-
tia carnis est et concupiscentia oculorum et
superbia vite. Hec sunt spolia claus-
tralibus interdicta. Superbia enim vite
interdicta est eis per votum obediencie.
Concupiscentia carnis per votum casti-
tatis. Concupiscentia oculorum id est
rerum visibilium per votum paupertatis. Sed
certe multi sunt in religione qui cum

achor furatur de hoc triplici ana
themate. Multi enim sunt simplici quo
volunt deponere voluntatem propriam et sunt
furantur cum achor regulam auream. Per re
gulam enim auream potest recte significari vo
luntas propria quia sicut aurum eminet
super omnia metalla. sic voluntas in toto
regno anime superfertur quasi regina. et
vocatur regula quia per voluntatis arbi
trium regit homo seipsum vel ad bonum
vel ad malum. Ille ergo furatur regulam
auream qui in religione retinet vo
luntatem propriam. Per pallium coccineum
intelligitur carnis concupiscentia. Caro
enim est pallium anime. et coccinum assi
milatur sanguini in colore. Per sanguinem
enim signantur peccata carnalia secundum illud.
libera me de sanguinibus id est de peccatis
carnalibus. Hoc est pallium quod ioseph
reliquid in manu domine sue sicut legitur
in genesi. Domina enim sua ipso vocato
in secretum thalami dixit ei dormi
mecum. At ille relicto in manu domine pal
lio fugit. Pallium ergo coccineum furatur
qui in religione vino carnis fedatur.
Hoc pallium quod furatus est achor dicitur
fuisse valde bonum quia carnis illecebre videntur
valde suaves et delectabiles esse secundum
iudicium carnalium. licet sint viles et
fetida in se et sanctis viris abhomina
biles et detestanda. Sed quod nunc
est eis valde dulce aliquando senciet
valde amarum et horribile. quando sicut
dicit ysaias contra carnales subter
eos sternetur tinea et operimentum
corporis eorum vermes. Per ducentos
vero siclos argenti intelligitur pecunia

et omnes res quas potest possidere. hos ergo
siclos furantur omnes illi qui in religione
habent aliquid preter id quod a regula
conceditur. et a prelato permittitur. quod
quam periculosum sit apparuit in ana
nia et saphira qui sicut legitur in actibus
apostolorum in primitiva ecclesia absconden
tes partem de precio agri quem vendi
derant. quia reprehensi verbo petri sunt
mentiti statim cum eo morte subita
sunt perempti. Ecce quam periculosum est
habere proprium in cetu religiosorum. Reli
giosi enim dicuntur vivi quia ducebant
omnes christiani in illa primitiva ecclesia in
qua credencium erat cor unum et ani
ma una. et nemo aliquid eorum que possidebat
suum esse dicebat. sed erant illis omnia
communia. Sic ergo patet qualiter per illa tria
que furatus est achor de anathemate
iherico intelliguntur illa tria vicia
que mali religiosi retinent sibi de con
victu mundano id est voluntas propria
carnis concupiscencia et fortuna pe
cunia. Ecce qualiter multi in religione
peccatum achor detestantur. et tamen
cotidie factum ipsius achor imitantur.
Et ecce prelati et conventus qui tales
sustinent debent multum timere quia
propter peccatum achor tria milia de populo
israel a civitate hay fuerunt victi et
in fugam versi et triginta sex inter
fecti. Et cum iosue et omnes seniores
israel orassent usque ad vesperam co
ram archa. dominus dixit ad iosue. Surge
cur iaces pronus in terra. Peccavit
israel et prevaricatus est pactum meum.
tulerunt quod de anathemate et furati

sic aliqui inventi. et absconderunt in
vasa sua nec poterit israel stare ante
hostes suos. eo quod surge quod polluit se
anathemate. Non ero ultra vobiscum
donec conteratis eum qui sceleris reus
est. Per hoc patet quod illi qui sustinent
et palliant et fovent et defendunt
facta talia. et prelati qui non puniunt
eos. et alii qui impediunt punitionem
eorum. non habent deum secum. Habeant
ergo prelati zelum dei et vigilent super
custodiam gregis sui. et si inveniunt
aliquem inobedientem vel incontinentem
vel proprietarium in cetu sanctorum separent
eum. ne propter peccatum unius cadat totus
conventus. ita ut possit prelatus et quilibet
servitus et iusticie amicus domino dicere
zelus domus tue comedit me. quia
sicut dicit sanctus thomas. Nullum tale
sacrificium deo est sicut zelus animarum
Hoc zelo quia phinees unum adul
terum pugione transfixit honorem
sacerdotii in perpetuum accepit et iram
dei ab omni populo removit. Hunc zelum
quia heli sacerdos non habuit. candelam
suam contra se inextinguibile accendit
Videant ergo prelati virum heli et videant
subditi vitia filiorum eius. et simus
sancti inter sanctos. et honesti inter ho
nestos. et bene ordinati inter bene
ordinatos. ut servemus preceptum apostoli
dicentis Omnia honeste et secundum
ordinem fiant in nobis. sicut decet
sanctos dei. Hoc est ergo secundum quod monet
nos ad sanctitatem scilicet sanctus locus
Deus ergo det nobis ut hic simus sancti
in cetu sanctorum. ita ut in futuro perveniamus
ad gloriam sanctorum Amen.

Sanctificetur nomen tuum
Tercium quod monet nos
ad sanctitatem est sanctus locus
Deus autem locus est omnis
locus in quo deus colitur et creditur
et diligitur. Quod per hoc apparet quia
sicut legitur in libro regum. naaman syrus
in tanta reverentia habuit locum in
quo nomen dei invocabatur ut de israel
terram cum duobus mulis secum asportaret
Sanctus ergo locus est omnis locus in
quo habitant fideles xpiani. Sed
specialiter loca sancta appellantur ecclesie
et cimiteria et loca deo sacrata. et
ad honorem sanctorum et sanctarum dicata
secundum illud psalmiste. Deus est tem
plum tuum mirabile in equitate. Specia
lius non appellatur locus sanctus. locus
religionis in quo congregantur sancti homines
et sancte mulieres. ut unanimes ipsi
uno ore et uno spiritu et uno corpore
et in uno loco et in una domo ser
viant deo et sanctis. et talis locus
merito dicitur sanctus propter sanctos qui habitant
ibi cum quibus ipse est sanctus sanctorum id est
deus secundum illud verbum domini ihesu xpi
Ubi duo vel tres congregati fuerint in
nomine meo in medio eorum ego sum.
De hoc loco sancto dicitur in psalmo.
Deus in loco sancto suo deus qui inhabi
tare facit unius moris in domo.
Et si dicitur hic est locus sanctus in quo
deus habitat in quo in una domo et
secundum unum morem a pluribus servitur
deo. et ideo locus iste religio est.
Quia ergo locus iste sanctus est illi qui
in tali loco habitant debent esse sancti
quia sicut dicitur in libro machabeorum

non propter locum elegit deus gentem
sed propter gentem locum. Faciamus igitur quod
a domino dictum est moysi cum appareret ad
visionem rubi ardentis et incombusti
Solve inquit calciamentum de pedibus
tuis. locus enim in quo stas terra sancta
est. Et dicitur ibi quod non est ausus respi-
cere contra ignem. Per calciamenta que fiunt
de animalibus mortuis intelliguntur opera
mortua id est peccata que dicuntur opera
mortua quia non fiunt in caritate. Omne
enim opus factum extra caritatem mortuum
est id est inutile et infructuosum
Dicuntur etiam peccata opera mortua quia ducunt
mortem anime auferendo ei vitam gra-
cie divine. et perducendo ipsam ad mortem
gehenne. Hec opera debemus solvere de
pedibus nostris id est de cogitacionibus
nostris et affectionibus et locucionibus
et operacionibus nostris que sunt pedes
portantes nos vel ad paradisum vel ad
infernum. Debemus inquam solvere hec
calciamenta de nostris pedibus quando acce-
dimus ad locum sanctum id est ad altare
sanctum in quo est rubus inardescens
plenus igne divinitatis id est dominus ihesus
christus. in quo sicut dicit apostolus habitat
omnis plenitudo divinitatis corporaliter
de qua divinitate dicitur. Deus noster ignis
consumens est. Verum est quod non invenit
peccatum quod possit consumere. sed ex hoc
igne iste rubus id est humanitas christi
non consumitur quia semper caruit omni ru-
bigine peccati Ideo ex coniunctione
illius ignis id est deitatis non fuit con-
sumpta sed mirabiliter et indicibiliter
sanctificata et exaltata. Dedit enim

ei nomen quod est super omne nomen etc.
Altare igitur est locus sanctus et sanctifi-
cata in quo est rubus ardens et incom-
bustus id est dominus ihesus christus verus homo
et verus deus. ad quem cum accedimus.
calciamenta id est opera mortua depo-
nere debemus. Et nota sicut dicit scriptura
quod Moyses non audebat respicere contra
ignem. Et ecce plus est in altari ad quod
nos impure et irreverenter accedimus
quam esset ille ignis. quoniam ille ignis non
erat deus sed erat creatura ex qua vox
dei resonabat. sed hic non corpus christi est
in quo sicut dictum est habitat omnis plenitudo
divinitatis. Secundo igitur dictum sit quando
loca sancta polluuntur in quibus habitat deus
et colitur beata virgo et sancti. Certe con-
tinget eis illud quod dominus per os ysaie
prophete de qualibet persona religiosa vel clerico
vel layco qui loca sancta polluunt sua in-
honesta conversatione vel aliquibus facinori-
bus perpetratis. In terra inquit sanctorum
iniqua gessit. et non videbit gloriam domini. Ecce primum
sequitur
et non videbit gloriam domini. Ecce primum
sanctum. caveat quilibet sibi quia inter omnia
peccata que fuerunt a deo vindicata tre-
mimus illa durius ex punita que fuerunt
in locis sanctis perpetrata. Dicitur apparuit
in illis angelis qui peccaverunt in
sancto loco paradysi celestis quia propter
unum motum superbie fuerunt inde ex-
pulsi. et in malicia sua obstinati
et irremediabiliter dampnati. Item
patres nostri scilicet adam et eva pecca-
verunt in loco sancto id est in paradyso
terrestri. et propter esum pomi pro-
hibiti fuerunt inde eiecti et traditi

inferni et laboribus mundi et per quatuor
milia annorum fuerit propter hoc in car
cere inferni et fuisset cum tota poste
ritate sua a paradyso celesti cohere
dati et eternaliter dampnati nisi fuisset
per mediatorem dei et hominum id est per
dominum nostrum ihesum christum redempti
Et ecce sicut dicit sanctus odo. locus
fidelium paradysus est ut quilibet alius
locus. quia tamen via qua ad paradi
sum tenditur teneri scit. que loca re
ciens polluimus quociens in eo peccamus
Unde conqueritur dominus per prophetam quod dilec
tus meus in domo mea fecit scelera multa
Notandum quod sunt aliqui polluentes sancta
loca. qui credunt quamvis in peccatis suis
iaceant divini corporis percipere pur
gari Contra quos per prophetam dicitur
Dilectus meus in domo mea mala ope
ratus est inquit. carnes sancte man
ducabunt illi deus meus Sancti ma
chabei et patres veteris testamenti
expavescebant se morti committere custodientes
templum salomonis a pollutione quod
non erat nisi umbra et figura templi
sanctorum et locorum religiosorum. et
nos damus morti eterne polluendo loca
sancta superbia et avaricia fornicatione
Exm et inhonesta gustare. Quantum dis
plicent deo irreverentia sanctorum locorum
testatur sanctus odo qui dicit quod temporibus
suis in karolocensi monasterio contigit
quod quidam vasallus nomine richerius
ubi metu inimicorum suorum confugerit
qui in cella que ecclesie adheret nocte
dormiens cum uxore sua cognoscere
temptaret. ita sicut canis eidem inhe

sit ut mallarentur alii et divelli pos
set. Cum ipse ita se teneri sensisset
inclamavit. Clamor sublimis increpuit
accurrerunt omnes illi tam metu quam
verecundia confusi sunt monachos vo
cari fecerunt qui statim patuerunt tunc
vasallo sed dederunt. Cum dimitteret ora
tum a monachis sibi redditi sunt
Et dicit sanctus odo filium et fratres eius
se novisse. et ab hiis qui interfuerunt
hoc audivisse et adiungit quod sicut
ipsa res exacte complexu coniugum quod
sicarius est reponitur primus est ob
illicitam illius sacri loci. ubi generaliter
presumptione. ac non mediocri reatus
in sanctis locis patratur. ob hoc in
presenti plerumque nunc plectitur quod tantus
est ut non transitoria sed eterna ultione
feriri mereatur. Addit etiam sanctus
odo aliud exemplum ad ostendendum quantum
prosit reverentia locorum sanctorum ita in
quiens. Ariwaldus rex longobardorum
sicut in eiusdem gentis historia legitur
in cimiterio eiusdem ecclesie sancti iohannis
sepeliri se fecit hereticus tamen per
mansit. cuius tumulum quidam fur ef
fringens ornamenta cum quibus ibi rex
sepultus fuerat asportavit. eidem non
sanctus iohannes dixit Cur ausus es
corpus istius hominis contingere. fuerit non
recte credens tamen in se commendavit.
quia igitur hoc facere presumpsisti numquam
meam basilicam deinceps ingressum
habebis. Quod ita factum est. Quotiens
cumque enim voluisset beati iohannis oratorium
ingredi statim velud a validissimo
pugile gutture eius feriebatur. sic

subito retro ruebat impulsus. Si ergo pro reverentia sancti loci contra violatore sepulchri illius heretici tam indignatus est sanctus Iacobus. quanto magis et deus et sancti irascuntur adversus quosque qui sanctum locum quolibet modo contaminant. Sciendum ergo debet esse illis qui sunt in sanctis locis alioquin si non honorant locum sanctum dei timeant nunquam post mortem in loco sanctorum requiescent nec habitabunt videlicet in paradyso celesti de quo loco dicitur in psalmo Quis ascendet in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius Innocens manibus et mundo corde etc. Ergo illi qui habet et manus et cor plena immunditia nunquam poterit in illo loco sancto habitare nec requiescere. Rogemus dominum ut nos sanctificet corde et corpore nostro. ut simus digni intrare in sanctorum patria Amen.

Sanctificetur nomen tuum

Quartum quod monet nos ad sanctitatem est sanctum tempus. Sanctum autem tempus est totius tempus vite nostre quod dat nobis divina pietas. ut per veram penitentiam et orationes et elemosinas et ieiunia et alia bona opera sanctificemus nos in hac vita. si in sanctam illam Ierusalem civitatem celestem id est ad societatem sanctorum pervenire volumus in alia. quia sicut dicit beatus Iohannes in apocalipsi In illa sancta civitate nichil coinquinatum poterit ingredi. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum et faciens abhominationem. Dequibus foris canes et venefici et impudici et homicide et ydolis servientes et omnis qui amat mendacium. Canes sunt pagani iudei et heretici qui latrant incognita veritate sicut canis latrat super contra illum quem non novit quantumcumque bonus sit. Venefici sunt vetule carminatrices et sortilegi et divini et incantatores et incantatrices. Impudici sunt fornicatores et adulteri et incesti. Homicide sunt omnes illi qui contra proximos odium in corde gerunt secundum illud verbum Iohannis ewangeliste. Qui odit fratrem suum homicida est. Ydolis servientes sunt avari id est raptores. feneratores et falsi mercatores. quia sicut dicit apostolus Avaricia est ydolorum servitus. ydolatria enim est amare aliquam creaturam vel aliquam rem corporalem plus quam creatorem. Omnis qui amat et facit mendacium sunt falsi christiani qui amant mendacium in corde et dicunt ore et faciunt opere. quia mendacium est christianum se dicere et opera christi non facere. Omnes ergo isti non intrabunt in sanctam civitatem quia non sunt sancti sed coinquinati. Sanctificemus ergo nos sinendo tempora in sanctitate dum vivimus. ut in illam civitatem ingredi possimus. quia propter sanctificationem nostram et non propter aliud conceditur nobis a deo tempus presens. Ad quod nos ammonet sanctus zacharias pater beati Iohannis baptiste qui dicit in cantica suo. Serviamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Item sanctum tempus vocatur specialiter tempus ieiuniorum sicut est tempus quadragesime et quatuor temporum vigilie beate virginis et apostolorum et aliorum sanctorum. Hec enim tempora dicuntur

sanctis quia sicut ad hoc sumus ut in
illis per confessionem et abstinentiam et
per orationes et elemosinas sanctificemur
et preparemus nos ad celebranda digne
festa Christi et beate Marie virginis et
aliorum sanctorum. quia illi qui ad festa
sanctorum bene se preparant in ipsis festis
per orationem sanctarum maiorem gratiam
a deo impetrant et propter hoc dicit
propheta Sanctificate ieiunium id est ie
iunando vos sanctificate et ad festum sanctorum
preparate. Item ieiunium sanctificare. ieiu
nium est non in peccato. sed in sanctitate ieiu
nare. Item tempus factum fuit specialiter
dies solempnes quos statuit ecclesia
in honore Christi et sanctorum celebramus
nos ut cessando ab omni opere
manuali vacare valeamus in illis dei bene
ficia et impetremus Christi gratiam et
sanctorum suffragia et beneficia ut etiam
audiamus ibi verba Christi et sanctorum ut
possimus sequi eorum exempla. ut re
cogitemus quanta est solempnitas et io
cunditas quam ipsi habent in celesti patria
Sicut enim tempora ieiuniorum et vigiliarum
sanctorum representant nobis statum vite
presentis qui debet esse in penitentia et
luctu et afflictione. sic dies festi re
presentant statum vite future quantum ad sal
vandos qui erit in summa leticia et
perpetua delectatione. et ideo precedunt
vigilie magnis festivitatibus ad
significandum quod sicut ad festum non
venimus nisi per mediam et precedentem
vigiliam. sic ad eternam festivitatem
sanctorum non possumus venire nisi
per presentis vite miseriam et penitentiam

In signum quod sanctis diebus debemus spiritualiter
exultare et per cantus spirituales ad
spiritualem leticiam. et ad cogita
dam sanctorum beatitudinem presentium excitare
et invitare. et hoc est quod dicitur in libro
Esdre. Stetit Esdras super gradum lig
neum et legit in libro legis distincte
et aperte ad intelligendum. flebat autem
populus cum audiret verba legis et dixit
eis. ite comedite pinguia et bibite
mulsum. et mittite partes ei qui non
preparavit sibi quia sanctus dies domini est
et nolite contristari gaudium enim
domini est fortitudo vestra. Levite autem
silentium faciebant in omni populo dicen
tes Tacete quia dies sanctus est et
nolite dolere. In hac auctoritate
si bene intelligetur aperte nobis
ostenditur quid in diebus festivis agere
deberemus. si vellemus hec accipere verba
non solum secundum litteram sicut vident
iudei. sed secundum spiritualem intelligentiam
sicut boni christiani. Esdras enim qui
stetit super gradum ligneum et aperuit
librum legis significat predicatores qui in
diebus festis debent in alto se ponere
et predicando populis verbum dei aperire
librum sacre scripture. Tamen Esdras
super gradum ligneum librum legis ape
riens potest esse Christus legislator in
cruce pendens et moriens super
hunc gradum aperuit scilicet librum
veteris legis et nove. quia in eius
passione et morte manifestate
fuerunt et implete omnes scripture
et omnis lex et prophetie. Esdram vero
legentem in libro legis populus flere

cepit quia sacerdote predicante et annunciante precepta legis divine et penas transgredientium. et premia presencium mandata custodientium omnes deberent compungi et in fletum resolvi. quia pavida fuit quia perfecte custodierat precepta dei et qui non erant valde dampnentur si sine mora indicentur. Sed ne aliquis desperet de misericordia dei ex consideratione peccati sui. ideo predicator videns eos ad primos motus debiles eos consolari et dicit. Ite scilicet ad domum ad quam itur non gressibus pedum. sed bonorum operum et comedite pinguia et bibite mulsum id est dulce vinum. Pinguis cibus est sermo dei et laus dei quem cibum desiderabat propheta qui dicebat Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea et labiis exultationis laudabit os meum. Sicut enim corpus comedendo bonos morsellos impinguatur sic anima devota audiendo sermones dei et animus ecclesiasticos delectatur. et spirituali quadam dulcedine et impinguedine repletur. Item dulcis cibus et dulcis potus est christi sacratissimum corpus et eius sanguis preciosissimus quod nobis cotidie et in diebus festivis preparatur in mensa altaris apponitur ut anima christiana quelibet recipiens illud sacramentaliter et spiritualiter et eciam corporaliter reficiatur. Hoc est enim verum viaticum id est cibus itinerancium et peregrinancium quem pater celestis dedit nobis deum filium suum in itinere presentis vite. ut inde reficiamur et fortificemur et custodiamur

donec perveniamus illuc ubi recipiemus illum non in speculo et in enigmate. sed facie ad faciem id est nuda visione et sine aliquo velamine que visio est omnium sanctorum et omnium spirituum supernorum desideratissima et suavissima et perfectissima refectio. Sequitur. Et mittite partes ei qui non preparavit sibi id est ea que audistis in sermone narrate filiis et filiabus et familiis vestris qui non potuerunt ad sermonem venire et eos docete in deum credere et deum diligere et sanctos et festa honorare et pater noster et omnes oraciones instruite ab ecclesia id est pater noster et ave maria et credo in deum scire et precepta domini. Hec enim deberent probi viri et bone matrone in diebus festivis confabulari cum confamiliaribus suis. Sequitur. quia sanctus dies domini est. quasi dicit dies sanctus est in qua non debetis vacare alicui rei nisi sermonibus domini. Sequitur. Et nolite contristari id est in diebus festivis nolite facere rem aliquam propter quam oporteat vos perpetuo contristari vel in hoc seculo penitendo vel in futuro pena ignis gehennalis vel purgatorii sustinendo. peccata enim que fiunt in diebus festivis graviora sunt et graviori pena plectenda sunt quam illa que fiunt in diebus aliis. Sequitur. Gaudium enim domini est fortitudo nostra. id est tunc perveniemus ad gaudium domini quod representant dies festivi si nos in diebus festivis estis fortes ad faciendum bona opera et ad fugiendum peccata. Sequitur. Levite autem faciebant silencium in populo. Per levitas qui

in spiritum assumpti intelliguntur omnes
clerici qui sunt ad dei peculiare mi-
nisterium de reliquo populo electi vel as-
sumpti. Isti enim precipue ut celebrentur
ut canantur in ecclesia debent cedare
murmur et clamorem populi et ce-
plus quam alii intendere libro et sermoni
dei. Certe quod in diebus festivis debet
fieri a predicatoribus et presbiteris. et
quod a laycis et quod a clericis. Sed
proh dolor quia nec sacerdotes predicant
nec layci de missis vel sermonibus cu-
rant et clerici qui debent tumultum
populi compescere sunt illi qui plus fabu-
lantur in ecclesia et qui magis irreve-
renter et magis indevote se tenent et in
sermone et in missa. Isti quia omnes tam
et clerici et layci transgrediuntur et con-
tempnunt illud divinum preceptum quod fuit
a domino in lege veteri promulgatum per
moysen. et in lege nova confirmatum
est per christum salvatorem nostrum et re-
demptorem. Memento inquit ut diem
sabbati sanctifices. Memento id est ut nullo
modo istud a te ignoretur vel oblivioni
tradatur quia ignorans ignorabitur. Sanc-
tifices id est sicut sanctum colas et
honores diem sabbati id est diem festi-
vum qui dicitur sabbatum a sabaoth quod est
requies quia in eo debemus requiescere
ab operibus corporalibus et vacare ope-
ribus spiritualibus. In lege veteri intelli-
gebatur per sabbatum dies septima que cele-
brabatur tunc quia in principio creationis rerum
cum in sex diebus creasset totum mundum
die septima sicut liber genesis dicit
in memoriam requievit ab omni opere quod
patrarat. Requievit inquam non quasi fes-
sus ex labore sed cessando a producendo

novo opere. quia nullum opus perfect fecit
et nulla re nova creavit quam in se-
ut in suo sibi prius non fecerit. Sed cele-
britatem diei septime ecclesia ad diem
dominicam transtulit quia in illa die dominus re-
surrexit quia resurrectio sua fuit exemplar
et causa nostre future resurrectionis et quietis.
et ideo diebus dominicis maxime est a la-
boribus mundanis cessandum et spiritualibus
conlandum. quia illa dies maxime repre-
sentat celeste gaudium et eternam quietem
quam habebunt sancti post futuram resurrec-
tionem. Unde per sabbatum in lege nova
intelligitur dies dominica et omnes dies
festivi qui sunt ~~ecclesia~~ ab ecclesia sollempni-
zati et in honore sanctorum et sanctarum
ad celebrandum populo indicti quos debemus
sanctificare id est sicut sanctum honorare
et hoc duobus modis. cavendo scilicet
ab opere manuali et cavendo ab ope-
re peccati. Sed certe unde dolendum et plan-
gendum et vehementer timendum est
neutrum custoditur hodie. quia in festis
carrucamus et blada vel vina et ligna
transferimus. et nundinas et mercata
tenemus. quamvis in die festiva debeat
requiescere non solum dominum et domine
domorum et familia. sed etiam pecora
et iumenta. sic enim scriptum est in exo-
do. Die autem sabbati non facies omne
opus tu et filius tuus et filia tua
servus tuus et ancilla tua iumentum
tuum et advena qui est intra portas
tuas. Certe quia contempnimus preceptum Exo.
domini. et nolumus cessare ab operibus
servilibus in diebus festis immittit dominus
frequenter nobis morbos et guerras
et talia importuna quod sicut nos volumus
nolumus cessare et requiescere in temporibus

pro festis Item in diebus festiuis commit-
tuntur plura peccata et plura flagicia et
plura facinora quam in diebus aliis tunc
enim sunt taberne plene potatoribus et
blasphematoribus et a lecatoribus et
lupanaria lenonibus et theatra tripu-
diis et lusibus. et propter hec festa mu-
tantur in odium deo et ridiculum demonibus
Unde completur in nobis quod dicit dominus
per ysaiam prophetam. Kalendas inquit
vestras et neomenias vestras odiuit
anima mea. Kalende quasi colende sunt primi
dies mensis qui antiquitus colebantur
Neomenia erat festum quod ipsi facie-
bant in principio cuiuslibet lunacionis.
Et dicitur a neos quod est nouum et mene
quod est luna. Item ieremias dicit in
trenis. Viderunt hostes sabbata
eius idest sinagoge tunc nunc ecclesie
nunc. Et hec hostes idest dyaboli
derident nostra sabbata idest nostra festa
quia in diebus festiuis in quibus deberent
fieri plura bona ipsi vident fieri plura
mala et peccata. et in illis diebus in quibus
nos plus deberemus sanctificari et mun-
dari ipsi vident nos amplius spiritualiter
inquinari. et in diebus in quibus ipsi debe-
rent plus plorare ipsi gaudent se plures
animas lucrari. Ut autem videamus quantum
displicent deo peccata que fiunt in festiuis
diebus. deducamus in medium quoddam
exemplum quod inveni scriptum in libro mo-
di. Fuit quedam in aluernia diues
in rebus mundialibus et in pecunia
sed pauper in virtutibus et in consciencia
que post mortem viri sui corpus suum cuidam
iuveni exposuit impudenter. Cum vero
in peccato illo per aliquantum temporis perman-
sisset communicantibus omnibus in die
pasche cepit illa mulier cogitare
intra se utrum communicaret cum ceteris cum pec-
catum suum confitendi et relinquendi
voluntatem non haberet. Timens vero magis
rumorem populi et tumultum quam deum iu-
dicem ad communicandum introiuit ecclesiam.
Dum missarum sollempnia agerentur cogi-
tans quod si de confessione sua a sacer-
dote interrogaretur diceret se fratribus
esse confessam. Cum vero iuxta consuetudinem
aqua benedicta que erat in introitu ecclesie
faciei sue aspersisset. subito ubicumque
gutte aque benedicte ceciderunt. tumor
lepre turpissime est suborta quam cum
mulieres vicine aspexissent ceper-
unt fugere ut leprosam quia in se ulcio-
ne diuini iudicii recognoscens. vela-
to capite ad altare quoddam beate virginis
in predicta ecclesia secrete accedens ante
ymaginem ipsius humiliter se prostrauit
et promisit ei se a peccato de cetero firmi-
ter. Cumque peccata sua sacerdoti claustro
discreto plene et pure fuisset confes-
sa et ab ipso absoluta eius facies perfu-
sa aqua benedicta a sacerdote ita subito
est integre sanitati restituta. ut
nec minimum signum lepre vel tumoris
in eius facie remaneret. Que cum ceteris
communicans et ad domum reuersa cum iam
vespere facto vino incalescens lectum
fuisset ingressa. procaciter iuuenis
amasius suus veniens de choreis
lectum eius sicut consueuerat introiuit
Nec ingrata dei beneficiis et in-
iuriosa ei se prostituit. Sed cum usque
mane simul clausi fuissent in camera
ancilla corporis peccati conscia domum intra-

dicens. quum super ea in ore nefaria et turpia inveniunt. Sicut est dum quod hoc accidit. Ecce in quali periculo sunt qui dies festos peccando polluunt et quantum deum offendunt qui in sancto tempore sanctificare se nolunt. Et petitis secundo petimus quod nos intendimus petere a domino in corde dum ea qui nos clamamus ad deum sanctificetur nomen tuum. quia sicut supradictum est hoc non est aliud petere quam ut nos qui sumus ab illo nominati id est a christo dicti christiani simus sancti. Petimus etiam quale est nomen illud quod in nobis sanctificari petimus id est nomen beate trinitatis vel nomen ihesu filiacionis quod est amabile christianis. Petimus etiam quod nos qui illud nomen portamus possimus esse sancti quantum ad mores. et quantum sit quod debet movere nos ad desiderandam sanctitatem quam nobis tribuat cristus amen.

Adveniat regnum tuum.

Hec est secunda peticio dominice orationis qua petimus vicium avaricie a nobis amoveri et virtutem paupertatis voluntarie nobis dari. Avari enim non curant nisi de regno mundi quia divicias huius mundi preponunt regno celesti. plus enim valet regnum celeste pre quam mundi divicias non habere. et propter christum pauperes esse. quod per hoc ostenditur. quia omnibus modis quibus possunt sive per fas sive per nephas eas acquirunt et moderate diligunt et indiscrete custodiunt. dum tempore necessitatis eas pauperibus propter christum et propter regnum celorum distribuere nolunt. Isti non curant de regno celesti qui in hoc mundo volunt pauperes esse propter amorem christi. ambientes felici permutare regnum mundialis affluentie et prosperitatis transitorie propter regnum celestis patrie. Isti enim sunt pauperes spiritu quorum est regnum celorum. Spiritu enim id est voluntarie non coacta et in summa necessitate. quia sicut dicit beatus bernardus. Est sit triplex paupertas simulatoria, necessaria et voluntaria. Simulatoria fugienda, necessaria pacienter sustinenda. voluntaria toto corde amplectenda et efficeris pauper spiritu. Est secundum sensus huius peticionis Adveniat regnum tuum id est. da nobis voluntariam paupertatem per quam ad regnum tuum perveniamus. et aufer a nobis cupiditatem et avariciam. quia regnum tuum avaris et cupidis auferetur per apostolum qui dicit quod avari regnum dei non possidebunt. Hoc dictum est breviter per modum cuiusdam succincte expositionis. Sed videamus de hoc regno aliquantulum plenius per modum sermonis et videamus quale est regnum illud ad quod tendit desiderium omnium fidelium qui clamant ad deum adveniat regnum tuum. Dicendum autem quod illud regnum est speciosum et desiderabile copiosum et ferale pacificum et imperturbabile eternum et intransmissibile. Primo speciosum dabitur mundis cordibus quia copiosum dabitur tranquillis et humilibus. quia eternum dabitur pacientibus et perseverantibus. Primo dico quod illud regnum est speciosum et hoc tribus de causis. Primo racione loci qui in alto loco est situs et

ad que non ascendit nec accedit
aliquod coinquinatum Tanta e pulchritudo
illius loci quod sicut dicit beatus gregorius
omnis pulchritudo huius mundi id est celi
visibilis solis stellarum aeris aque
terre non e nisi sicut unus carcer ob
scurissimus respectu pulchritudinis
illius regni celestis Et ideo ipse com
parat nos puero nato et nutrito in
carcere tenebroso qui de pulchritudine
huius mundi unum non scit quia numquam eam
vidit Tanta e pulchritudo illius
loci quod qui eam cognosceret per aspectum
et degustationem unius hore nulle an
nos deliciarum divitiarum et honorum
presentis vite contempneret et nichil re
putaret Non enim sine causa dicit propheta
Melior e dies una in atriis tuis
super milia Speciosum ergo illud regnum
est ratione loci et ideo de omnibus electis
in libro sapientie dicitur quod accipient reg
num decoris et dyadema speciei de ma
nu dei. Item speciosum est illud regnum
ratione domini qui est fons et mare et
abyssus totius pulchritudinis quia sicut
dicit beda Deus e substantia spiri
tualis tam inextimabilis pulchri
tudinis et bonitatis quod angeli qui sole
septuplo sua pulchritudine vincunt in
eum desiderant intueri et insaciabiliter
conspicere. et in prosa dicitur de angelis
et beatis Mirantur nec deficiunt
in illum quem prospiciunt fruuntur nec
fastidiunt quo frui magis sitiunt
Et hoc est quod promittebatur ysaias pro
pheta omnibus electis qui dicebat Re
gem in decore suo videbunt. que

videre semper est bonum et Apostolus raptus
ad celum semel vidit eum et reductus
ab extasi ad seipsum clamabat Infe
lix ego homo quis me liberabit de
carcere mortis huius cupio dissolvi et
esse cum christo. et iob dicit videbis faciem
eius in iubilo Iubilus autem sicut dicit
glosa est gaudium quod nec verbis potest
exprimi nec in corde retineri. Hunc iubi
lum senserat qui dicebat desiderii domini
christi presentia. omnia arbitratus sum ut
stercora ut christum lucrifaciam. Item
non solum est speciosum illud regnum ra
tione loci coinquinati vel ratione presentis domini.
sed etiam ratione inhabitantium consortii quorum
pulchritudinem describit qui dicit. Ful
gebunt iusti sicut sol in regno dei.
Cogitet ergo si quis cogitando potest quanta
pulchritudo et quanta claritas esset in hoc
visibili mundo. si tot essent soles quot
sunt stelle in firmamento qui soles numquam
tenderent ad occidentem. sed illuminarent
mundum per die et nocte in quorum aspectu
oculi nostri delectarentur. et numquam fastidi
rentur sed quanto plus aspicerent. et
plus aspiciendo gauderent. Certe vere
erit in illo regno celesti. quia tot erunt
ibi soles quot spiritus angelici. et quot
beati et in aspectu cuiuslibet plus delec
tarentur oculi nostri quam totius delecta
rentur si possent solem istum intueri Con
sortius autem nostrorum angelorum et beatorum
futurus sit solus deus novit quia nullius
corporis animum humana mente totum transcen
dit. Speciosum est ergo illud regnum
ratione loci et ratione domini et ratione con
sortii. Hic ergo multi dimittuntur loca

ſua et vadit ad remota regna ad videndum pulchras ciuitates et regiones v castra · quorum pulchritudo respectu pulchritudinis celestis regni non est nisi rubigo et tenebra · quare non tendimus desiderio cordis et gressibus bonorum operum ad videndam pulchritudinem regni celestis · et ſcilicet apostolum tanta est ut nec aspectu oculorum nec auditu aurium · nec estimatione cordium mensurari possit. Cum igitur tam speciosum est illud regnum non dabitur nisi speciosis. Speciosis inquam non carnis vel vestis claritate sed cordis et corporis puritate quales sunt illi de quibus dicit dominus · beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt · Hii sunt viri continentes coniugati vidue virgines qui castrauerunt se propter regnum celorum Non lapideo vel ferreo cultello · sed spiritualis castitatis uoto et proposito · De quibus dicit dominus in ewangelio · Hii sunt eunuchi qui castrauerunt se propter regnum celorum · qui pro carne regnat · Vnde ergo illud speciosum regnum non datur nisi talibus speciosis id est continentibus · certum est quod non dabitur immundis et turpibus et in actibus dei ferentibus id est incontinentibus adulteris et fornicatoribus iuxta verbum apostoli qui ait Quod omnis fornicator aut immundus non habet partem in regno christi et dei. Vnde igitur patet qualiter illud regnum est speciosum et ratione loci continentis et ratione domini possidentis et ratione consortii cohabitantis. Apparet etiam quod illud regnum speciosum non dabitur nisi speciosis spiritu non corporali sed spirituali quod nobis dignetur prestare ille qui est fons omnis pulchritudinis dominus ihesus christus qui viuit et regnat in secula seculorum ~~Amen~~.

Adueniat regnum tuum

Decenter quod dico regnum celestis est · quia illud regnum est copiosum et fertile quia ibi est copia omnium bonorum que per desiderium mens humana petat et inpermixta. Ibi enim est certitudo sine scrupolositate · pulchritudo sine deformitate · sanitas sine infirmitate · fortitudo sine debilitate · velocitas sine tarditate · iuuentus sine senectute · sapientia sine errore · quies sine sollicitudine · Amor sine fictione · sacietas sine fastidio et sine esurie · vita sine fine · quia ibi manducatur panis vite · habens in se omne delectamentum et omnem saporem suauitatis. Ad quem desiderandum nos allicit verbum christi in ewangelio qui dicit · Beatus qui manducabit panem in regno dei. Cuius sic verbis concordat sanctus qui dicit quod beatus est cui ad votum omnia succedunt id est qui habet omne quod desiderat · et qui nichil male desiderat · et illud quod habet amittere non formidat. Vnde beati sunt qui fame ad sitie inueniendo panem vite id est dominum ihesum christum in regno dei comedunt non dentibus corporis sed ore cordis id est aspectu et intelligentia munde mentis Et boecius dicit quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus qui non potest inueniri in hoc mundo · sed inuenitur in celesti regno. Quod det nobis dilectissime ihesu christe pro mundi predicatores tui.

ut nota faciat filiis hominum potentiam tuam et gloriam magnificentie regni tui. Feliciter pauperes tui qui fuerunt heredes huius tam copiosi et tam fertilis regni secundum illud beati iacobi qui dicit Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo divites in fide et heredes regni quod repromisit deus diligentibus se. Dulcissime ihesu xpe quam felix est ista mercatio momentanea paupertate emere regnum celeste. Hic enim dixisti tu per os beati augustini. Venale habeo et quid. Regnum celorum. Quo emitur. Paupertate regnum. labore requies. morte vita. Hic emerunt illud sancti apostoli qui relictis retibus et patre secuti sunt dominum in voluntaria paupertate. Hic emerunt omnes boni religiosi qui relinquentes mundum sequuntur nudi nudum crucifixum. Sed numquam omnes illi qui sunt divites in hoc mundo excluduntur ab illo regno. Nam patriarche sancti erant ditissimi id est abraham ysaac iacob. david. et alii quos nos credimus esse glorificatos in regno celi. Ad hoc vides quod illi divites qui plus confidunt in divitiis suis quam in deo qui contra voluntatem dei eas acquirunt et nimis diligunt et pauperibus non distribuunt. tales numquam pauperes excludent Nam pro talibus dicit sapiens Qui confidit in divitiis corruet id est in infernum. Et de huiusmodi divitibus dicit dominus in ewangelio. Dives difficile intrabit in regnum celorum Item facilius est intrare camelum per

foramen acus quam divitem intrare in regnum celorum. Illi non divites qui in divitiis spem suam non ponunt. et qui eas bene acquirunt et non nimis custodiunt et in sustentationem pauperum eas expendunt tales intrabunt ~~intrabunt~~ in regnum celorum. quia ipsi per opera sua emunt illud regnum a pauperibus qui sunt heredes eius. et quod ita sit id est quod opera sua emant illud regnum apparebit in die iudicii quando dominus dicet eis. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Esurivi et ~~non~~ dedistis michi manducare ~~etc~~. Hic emit illud zacheus sicut testatur dominus in ewangelio. qui cum esset dives dimidium bonorum suorum dabat pauperibus. et si aliquem in aliquo defraudaverat restituebat in quadruplum. Hic etiam emit illud martha soror marie magdalene que divitiis suis ministrabat xpo et apostolis et pauperibus aliis. Festinemus igitur fratres emere illud regnum ~~dei dum~~ dum durant nundine presentis vite. et dum possumus invenire receptibilem monetam id est paupertatem voluntariam et pietatem et misericordiam quia quam cito veniet dies illa cessabunt et nundine et moneta. Post mortem enim tuam nullus dicet. Da michi panem. quia nullus est ibi esuriens. nullus dicet da michi potum. quia nullus est sitiens. Nullus dicet da michi vestem quia nullus est nudus. Sed est quibus veste immortalitatis induimur. nullus petet hospicium. quia domus est intrantis suffi-

cet omnibus. Dico ergo quod cessabit moneta
operum mearum. Sed nullus potest sic emere
nisi huius regnum emptore. quia sicut dicit
beatus gregorius regnum celorum tantum
valet quantum habes. Valuit namque
petro et andree navem et retia. Valuit
zacheo dimidium dimidium censuum. Valuit vi
due vidue duo minuta que posuit in
erario ubi ponebantur elemosine pro
templi reparatione. Valuit eciam alicui
calice aque frigide. Nichil ergo sicut
dicit beatus gregorius vilius cum emitur
nichil carius cum possidetur. Sed forte
dices quod eciam calicem aque frigide non po
tes pro habendo celesti regno paupe
ribus dare. Et ego dico quod adhuc
potes invenire unde te pretium unde
emas illud regnum. Et quid est illud
pretium. Certe bona voluntas quia
in necessitatis articulo deus reputabi
tur pro facto. quia secundum apostolum. voluntas
secundum id quod habet accepta est. non secundum
id quod non habet. Et gregorius dicit. quod
nichil offertur deo dicius bona vo
luntate. Et idem. Nunquam vacua est
manus a munere. si archa cordis plena
est bona voluntate. Bona ergo volun
tas dicitur nummus et quedam moneta
tuis et possibilis omnibus qui in neces
sitate reputatur loco elemosine. Hec
optima et deo placentissima elemo
sina geminus est orare pro peccatoribus. et
errantes corrigere. ignorantes docere.
inimicos diligere. iniurias et contume
lias sibi illatas puro corde propter
deum dimittere. Et omnibus huiusmodi

potest homo regnum celorum comparare.
Dic ergo primo de secunda conditione illius
regni celestis quod nos petimus a
patre celesti cum dicimus Adveniat
regnum tuum. quia sicut dictum est illud
regnum est cognositum et fertile. Appa
ret eciam quibus dabitur illud regnum
id est pauperibus et amicis eorum id
est sustentatoribus pauperum. Ap
paret eciam cum qua potest emi id est
per opera mea et corporalia et spiritualia
et ubi ista desunt. bona voluntate.
Nos rogabimus dominum ut det nobis
hanc monetam. et det nobis volunta
tem et potenciam et sapienciam emendi
istud regnum. ipso prestante qui vivit
et regnat deus per infinita secula seculorum. Amen.

Adveniat regnum tuum.
Tercia condicio istius regni
quod nos petimus a patre celesti
nobis dari cum dicimus in oracione dominica
Adveniat regnum tuum. est quia illud reg
num est pacificum et inmutabile et da
bitur humilibus et pacificis. Pacificum
namque est illud regnum quia in eo non potest
homo nec ab extrinseco aliquid sentire
quod possit cordi aut corpori nocere vel
displicere. Pacificum est quia nullus
latro. nullus predo. nullus extraneus
potest ad illud regnum accedere. Paci
ficum est quia omnes qui sunt in illo regno
diligunt se mutuo perfecta caritate
ita quod tantum diligit ibi unusquisque quem
libet alium quantum seipsum. et tantum gau
det ibi unusquisque de cuiuslibet alte
rius bono quantum de suo proprio. Et propter

istum imperium babilonis pacis que est in illo
regno nos canimus in quadam prosa
Vere felix illa civitas in qua iugis
solempnitas et quam iocunda curia que
cure prorsus nescia nec languor hic
nec senium nec fraus nec terror hos-
tium sed una vox letancium et iubila-
cio cordium. Hoc igitur regnum pacificum
figuratum et designatum fuit in libro
regum per regnum salomonis pacifici
de quo dicitur ibi quod ipse habebat pacem
et in omni regno suo per circuitum. Secundo
igitur regnum pacificis et humilibus dabitur
quia ubi humilitas ibi pax et propter
hoc legitur in evangelio quod adductus est
parvulus statuit eum in medio discipulo-
rum et dixit Nisi non humiliaverit
se sicut parvulus iste non intrabit regnum
celorum. Item alia vice dixit discipulis
qui prohibebant ne mulieres afferrent
parvulos ad ihesum Sinite inquit parvulos
venire ad me. talium enim est regnum ce-
lorum. Item nisi conversi fueritis et efficia-
mini sicut parvuli non intrabitis in regnum
celorum. Et ratio est quia ianua huius regni
est christus qui dicit Ego sum ianua per
me si quis introierit salvabitur. Hec
autem ianua est humilis propterea quod ipse dicit
de se Discite a me quia mitis sum et
humilis corde. Nisi autem libet intrare
per humilem ianuam oportet se inclina-
re. aliquin illiso capite oportet
eum retro cadere. Et ideo superbi quantumcumque
elati sunt et iracundi. qui inflati sunt
numquam intrabunt in illud regnum. et

alia ratione quia illud regnum est pacifi-
cum. sicut salomon. sed inter superbos semper
iurgia sunt Superbi igitur numquam spectant
ad regnum dei. sed ad regnum diaboli
qui est rex eorum libro iob testante quo
dicitur quod ipse est rex super omnes filios super-
bie Hic igitur patet tercia condicio regni
celestis. quia est pacificum et imperium babilonis
Patet eciam quibus dabitur id est humilibus
et pacificis. patet eciam quibus auferetur
id est superbis et iracundis ¶ Quarta
condicio illius regni est quia illud regnum
est eternum et inamissibile. quia qui semel
in illo regno fuit investitus non poterit
spoliari ulterius. Nullus enim potest inde
expellere aliquem nisi deus qui dicit. et
eum qui venit ad me non eiciam foras
Est igitur illud regnum inamissibile. quia
qui semel intraducitur. non potest proici
inde eici. Est eciam eternum quia nullo
fine potest claudi secundum quod dixit angelus
ad beatam mariam de christo Regnabit
in domo iacob in eternum et regni eius
non erit finis Domus iacob est sanc-
tus omnium sanctorum. Iacob enim interpretatur luc-
tator. et ipsi usque ad triumphum id est
usque ad finem huius vite luctati sunt
et pugnaverunt contra mundum carnem
et demonem in quibus et quibus christus
regnabit in eternum Incepit enim in
eis regnare quia eternitate regni sui
eis communicabit. Item david propheta
dicit ad christum Regnum tuum regnum
omnium seculorum. et in daniele. potestas
eius. potestas eterna que non auferetur. et
regnum eius regnum eternum quod non cor-

recipient. Deus quibus dabit illud regnum
eternum et inamissibile. Certe dabitur
ipsis tenentibus qui nulla tribulacione vel
temptacione nec adversitate vel prosperitate
patiuntur corrumpi in voluntate. nec a
velli ab amore Christi. sicut fuerunt mar
tires boni. tales enim sunt sicut milites
boni per fortitudinem et paciencia sua
merentur et lucrantur summus regni coro
nam propter quod dicebat dominus in ewangelio.
Beati pauperes qui persecucionem paciuntur
propter iusticiam. quoniam ipsorum est regnum celorum
Sicut enim milites probantur in torneamentis
sic dominus probat suos electos tribulacionibus
et temptacionibus multis. Et sic dicit
beatus iacobus. beatus vir qui suffert
temptacionem quoniam cum probatus fuerit accipiet
coronam vite etc. Hic fuit inprimis
temptatus sic apostoli et omnes sancti. et ideo
digni fuerunt illo regno. Unde dominus
in passione sua dicebat apostolis et dis
cipulis in ewangelio beati luce. Vos estis
qui mecum permansistis in temptacionibus
meis. et ecce ego dispono vobis
sicut disposuit pater meus michi regnum. ut
edatis et bibatis super mensam meam in
regno meo. Pacientibus ergo et perse
verantibus qui serviunt deo sine fine
dabitur regnum sine fine. et iustum est
ut deus recipiat eos in regno eterno
quia ipsi servierunt deo in suo eterno
id est dum vixerunt. et si semper vixissent
semper servire voluissent. Deliciosi vero
et accidiosi qui nichil asperum pati
possunt. et si quid boni inceperunt cito desi
stunt. et si pulsantur mittere audire
nolunt. sed displicent eis eciam bona
que fiunt ab aliis coram ipsis. tales in

qua numquam intrabunt in regnum celorum.
quia dicitur in libro actuum apostolorum. quod per
multas tribulaciones oportet intrare
in regnum celorum. Oportet ergo sibi quo
vim facere contempnendo prospera carni
placencia et sustinendo adversa sensui
et appetitui displicencia. quia sicut di
cit dominus in diebus iohannis baptiste regnum
celorum vim patitur et violenti rapiunt
illud. Bene dicit violenti quia sine vio
lencia magna non sunt gulosus et
luxuriosus contempno carnis delicias.
nec avarus divicias. nec superbus mundi
ales pompas et excellencias. Hic
ergo patet quale est regnum de quo
nos clamamus ad deum in dominica oracione
adveniat regnum tuum. et quibus dicitur
karissimi fratres contempnamus mundi reg
num quod est plenum feditate et immundicia
calamitate et penuria tribulacione
et angustia. et cuius gloria brevis est et
momentanea. et anhelemus ad regnum
celeste quod sicut dictum est. est specio
sum et delectabile copiosum et fertile
pacificum et immutabile eternum et
inamissibile. Ad quod nos perducat
rex regum. et dominus dominancium dominus ihesus
christus qui ibidem vivit et regnat Amen.

Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra etc.

Hec est tercia peticio oracionis
dominice in qua petimus amoveri a nobis
vicium accidie que vicium est quod tedium
boni quod scilicet nos fastidimus benefacere.
et eciam reddit nos alios benedicentes
vel benefacientes videre vel audire.
et si aliquid boni dicimus vel facimus

pigre et tepide et negligenter illud facimus et dicimus. et sic incidimus in maledictionem atque maledictionem meremur. quia dominus super accidiosos et pigros iactat per os Ieremie prophete dicens. Maledictus qui opus dei facit negligenter. Hoc accidiosis et tepidis dicit dominus in apocalipsi. Utinam frigidus esses aut calidus. sed quia tepidus es et nec frigidus nec calidus incipiam te evomere de ore meo. id est de operibus tuis que tepide et negligenter agis abhominationem habeo. Tepida enim provocant ad vomitum et faciunt hominem moveri ad abhominationem. Vel incipiam te evomere de ore meo id est eiciam te de consortio fidelium qui sunt quasi os dei secundum illud Ieremie. Si separaveris preciosum a vili quasi os meum eris. Preciosum a vili separat qui animam suam que preciosa est ab amore terrenorum que sunt vilia elongat. et talis est quasi os dei quia sicut per os cibum in hoc mundo sumit. ore suo contemptum terrenorum docent. et animas ab eorum amore elongant fideles ergo qui terrena contempnunt et verbis et exemplis ad eorum contemptum inducunt. sunt quasi os dei. de quo ore id est de consortio fidelium eiciuntur accidiosi et tepidi qui nesciunt cogitare celestia nec cor suum elevare de terra. Item nota quod dicit dominus accidioso. Utinam frigidus esses aut calidus. quia tolerabilius iudicatur ille qui est omnino frigidus quam ille qui est tepidus. Tepidus enim quia magna et multa sepe facit mala non facit non putat se esse dampnandum. sed salvandum per bona que tepide agit. et ideo in maiori periculo est quia morbum suum non cognoscit. et se sanum putat cum infirmus sit. Homo enim sanus est infirmus qui est a deo maledictus. maledictus enim est ut dictum est supra qui opus dei negligenter facit. Ille vero qui est frigidus ad bene faciendum. quia advertit periculum suum. et videt se nichil boni agere et multa mala committere formidat et revertitur ad deum et petit ut quo igne divini amoris calefieri valeat. Expedit ergo magis esse frigidum quam tepidum. Dicitur expedit magis esse calidum. quia calefactus est igne spiritus sancti promptus est ad facienda omnia bona opera sine mora quia sicut dicit sermo quidam nescit tarda molimina sancti spiritus gratia. Dicit ergo. Utinam frigidus esses etc. Iste accidia est quia bona que incipimus ad finem non reducimus et sic primum perdimus. quia finis non pugna coronat. Sicut enim vestis recurtata deturpat hominem. sic deo displicent opera non perducta ad consummationem. Quomodo enim placebunt deo opera que sunt legi sue contraria. in qua lege iubetur tota hostia cum capite et cauda offerri. Hostia est quodlibet bonum opus quia hostia deo sacrificamus. quotienscumque facimus aliquod bonum opus ad honorem eius. Caput hostie est principium boni operis. sicut caput prima est pars animalis. cauda vero est finis operis sicut cauda ultima pars animalis. Hostiam ergo cum capite et cauda offerimus. quando aliquod opus bonum ad honorem dei facimus. bene incipientes

et bene continuatis et usque ad finem
debitum perducitis. Sed per eam accidie fit
aliquando de hostia caput subtrahi. alii
cauda. alii corpus medium. Exemplum
patet in illis qui non veniunt ad prin-
cipium misse vel aliarum horarum. hii enim
subtrahunt caput hostie. Alii recedunt
ante finem. et hii subtrahunt caudam. alii
recedunt in medio. et hii subtrahunt
quasi medium fructum. Tales quantum in se
est faciunt domino Ihesu Christo magnam iniuriam
et irreverentiam qui antequam mappa sit
levata relinquunt sua mensa. et faci-
unt minus de honore inmortali creatori
quam viri mortali homini. et plus defe-
runt cibo corporali et terrestri et putribili
quam cibo spirituali et celesti hominibus et an-
gelis desiderabili. Tales non sunt sicut
ioseph quem pater suus iacob pre ceteris
fratribus in signum specialis amoris in-
duit tunica talari. Tunica enim usque
ad talum que est ultima pars corporis. est opus
bonum usque ad finem debite actionis.
Cum ergo dicimus domino. fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra. nos petimus remo-
veri a nobis vicium accidie quod facit homines
a bonis operibus cessare. et bona que videt
in aliis fastidire. vel facit ea fieri
negligenter et tepide. vel non sunt ea
usque ad finem producere. Petimus etiam
in hac petitione dari nobis virtutem de-
votionis et divine dilectionis. Ita enim
devota divini amoris dulcedine af-
fectum numquam vult a bono opere esse ocio-
sa. quia sicut dicit gregorius. probatio
dilectionis exhibitio est operis. Item
amor dei numquam est ociosus. operatur

enim magna si est. si autem operari re-
nuit amor non est. Virtutem igitur de-
votionis et divini amoris petimus dari
nobis cum dicimus domino. Fiat voluntas
tua sicut in celo et in terra. id est da
nobis graciam ut faciamus voluntatem tuam
in hoc mundo sicut faciunt illi qui sunt
in celo id est paradiso. In celo enim fit
voluntas dei sine dilatione sine in-
terruptione. sine corrupta intentione sine
tristicia et murmuratione cum omni prom-
titudine et spirituali iocunditate. et sic
nos faciamus voluntatem dei tali modo.
tunc non sumus de terra sed de celo quia
sumus similes angelis de quibus dicitur in psalmo.
Benedicite domino omnes angeli eius.
ministri eius qui facitis voluntatem eius.
Vel per celum sicut dictum supra sunt in-
telliguntur viri sancti iusti et devoti.
Per terram intelliguntur peccatores et accidi-
osi et indevoti qui ad modum terre sunt
frigidi et ponderosi. Est ergo sensus
fiat voluntas tua etc. id est converte
ad te peccatores qui dicuntur terra et qui non
curant nisi de terra ut faciant volun-
tatem tuam sicut faciunt viri sancti qui dicuntur
celum. quia non curant nisi de celesti patria.
Et hec sufficiant de hac petitione
per modum expositionis. Sed modo videamus
de ipsa aliquantulum prolixius per mo-
dum sermonis.

Fiat voluntas tua etc.
Karissimi quatuor sunt que debent
movere nos ad faciendum vo-
luntatem domini. quia videlicet voluntas
sua est rectissima. piissima. paratissima
et liberalissima. Primo dico

q̄ voluntas dei ē rectissima ita q̄
impossibile ē ipam obliquari uł depra-
vari. q2 sicut impossibile ē deū nō ee
deū. sic impossibile ē deū velle malū
aliquod uł iniustū secundum illud quod scribitur
in cantica moysi. Deus inquit fidelis
et absque ulla iniquitate iustus et rectus.
et quia voluntas illa ē rectissima. ideo
ipa debet ee omni voluntati nostre re-
gula et forma et sic directiua. Ideo
monet nos apostolus dicens. probetis que
sit voluntas dei bona et beneplacens
et perfecta. Vere bona ē ita q̄ in compara-
cione voluntatis sue omnes alie volunta-
tes sunt male et defectiue. sola enim
voluntas facit hominem bonum. et de
eo dicit ipse dominus ihesus xpc q̄ nemo
bonus nisi solus deus q2 ipse ē bonus
essencialiter et immutabiliter et a se ipso
nō ab alio. Gras si quid habes de
bonitate nō habemus a nobis sed ab ipso.
nō enim possimus boni ee nisi per parti-
cipacionem bonitatis sue. et ē bonitas
sua immutabilis et amissibilis propter
instabilitatem voluntatis nostre. nisi per graciam
suam fiat stabilis sicut patuit in primis
angelis. propter quod dicit in iob q̄ celi
id est sancti nō sunt mundi in conspectu
eius. et in angelis suis reperit
prauitatem. Est eciam voluntas dei bene-
placens. q2 quicquid vult deus placet
omnibus bonis. Cui enim voluntas diuina
nō placet necesse ē ut eius voluntas
sit iniqua. sicut linea ē curua et
obliqua que discrepat a regula recta.
Est eciam voluntas dei perfecta. quia
perfectum est simpliciter. cui nichil po-

test addi uł minui talis ē voluntas dei
q2 deus ē quo nichil maius. nichil
melius cogitari potest. omnis alia voluntas
potest augeri uł minui. et ideo omnis bo-
nitas et omnis voluntas ē imperfecta
respectu bonitatis et voluntatis dei. Cum
igitur voluntas dei sit rectissima. et sola
voluntas facit hominem bonum uł malū.
si volumus ee boni necesse ē voluntates
nostras pro posse nostro conformare diuine
voluntati. Hec autem conformitas ap-
paret specialiter in quatuor conformamur
enim diuine voluntati bene operando. mun-
de viuendo. superioribus obediendo. ad-
uersa paciencius sustinendo. Primo
dico q̄ nos conformamur diuine voluntati
bene operando testante beato petro qui
dicit. Sic ē voluntas dei ut benefa-
cientes obmutescere faciatis imprudencium
hominum ignoranciam. et tangit hic
vnam causam quare vult deus ut nos bene
operemur scilicet propter vitandum scandalum
proximorum ne demus aliis occasionem detra-
hendi de nobis. q2 sicut scriptum ē. Ve
illi per quem scandalum venit. et ideo
ipse dicit ibidem conuersacionem vestram
inter gentes habentes bonam. ut in eo quod
detractant de vobis tamquam de male-
factoribus ex bonis operibus vos considerantes
glorificent deum in die visitacionis.
Alia causa quare debemus conari ad bene
faciendum est propter dandum bonum exem-
plum. et hanc tangit dominus in euangelio
cum dicit. luceat lux vestra coram hominibus.
ut videant bona opera vestra et glorifi-
cent patrem vestrum qui ē in celis. Dicitur
enim bona vite in die iudicij

condempnabitur iuxta illud mathei quod ad peccan-
-dum trahit suo malo exemplo. Sic re-
-munerabitur homo bene vivens pro animabus
quas ad benefaciendum attraxerit suo
bono exemplo. Non est aliquod sacrificium
quod tantum placeat deo sicut zelus anima-rum
Tertia causa bene operandi est premium. quia
per bona opera acquiritur vita eterna secundum il-
lud quod dicit liber ecclesiastici Bonorum
laborum magnus gloriosus est fructus
Quarta causa est propter ociositatis vi-
tandum periculum. quia dicit sapiens in eccle-
siastico quod multa mala docuit ociositas
Mens enim hominis vix potest omnino vacare
ab occupatione. et ideo quando non occupatur
in bono oportet quod occupetur in malo.
Dicitur enim aqua que non movetur faciliter cor-
rumpitur. unde alibi poeta. Ne capiunt vi-
cium ni moveantur aque. Et sicut in tali
aqua faciliter oriuntur serpentes et vermes
et bufones et venenosa reptilia
sic in anima que non movetur per bona opera
faciliter nascuntur prave cogitationes et
delectationes vel consensus ex quibus postea
procedunt male locutiones et mala opera
que nisi preveniantur divina gratia faciliter tra-
huntur in consuetudinem. et de consuetudine
ducunt hominem in perseverantiam. de perse-
verantia in eternam dampnationem. et
propter hoc bene dicitur per bernardum
quod ociositas est sentina omnium viciorum
Sentina enim locus est inferior in navi
ubi confluunt omnes sordes navis. et
faciliter nascuntur ibi serpentia et rep-
tilia. Hec sicut dictum est contingit in
anima ociosa. Est etiam anima ociosa sicut
castrum immunitum et ideo cum pre-
dominatum et destructum prebens omnibus
hostibus facilem ingressum. Sic anima ocio-
sa prebet ingressum demonibus et omnibus
temptationibus qui occidunt eam et aufe-
runt ei thesaurum eius id est gratiam et
sapientiam eius. Exemplum in salomone
habemus de quo beatus gregorius dicit
Cor salomonis ideo sapientia funditus
dereliquit. quia nulla eum disciplina ex-
ternis custodivit. Oportet ergo hominem
circa custodiam suam vigilare. et castrum
corporis et anime in qua est preciosissimus the-
saurus divine gratie sollicite custodire.
et se semper occupare in aliqua bona cogitatione
vel locutione vel operatione. ne dyabolus
possit nos ociosos invenire. secundum beatum
iheronimum consilium qui dicit Semper ~~bonum~~
aliquid boni operis facito. ut te dyabolus
inveniat occupatum. Nomine ergo voluntas
dei est recta quod vult ut faciamus bona
opera que faciendo vitam promereamur
sempiternam. et demus aliis bonum exem-
plum. et meminerimus et ne saltem suspen-
dimur et evadimus et ne dampnationis
periculum. Det ergo deus ihesus christus opere nobis
graciam ut ita conformemus nos voluntati
sue bene operando. ut digni simus et
nos primo ~~amen~~

Fiat voluntas tua etc.

Dictum est supra quod voluntas dei
est rectissima et omnis volunta-
tis nostre regula directiva cui nos
conformamur primo bene operando et
de hoc visum est. Secundo dico quod
conformamur divine voluntati inde-

vincedo sicut ondit apostolus in epistola
ad thessalonicenses a fornicatione ubi
dicit. Hec e voluntas dei sanctificatio
vestra. ut abstineatis vos a forni-
catione. ut sciat unusquisque vas suum pos-
sidere in sanctificatione et honore. non in
passione desiderii sicut et gentes
que deum ignorant. Vas suum id e cor et
corpus suum quod e divine gratie con-
tentivum. ymo ipsius maiestatis divine
que non libenter quiesceret in vase quod pol-
lutum videt. Non e enim de genere suis
que facit lectum suum in luto. ut de genere
upupe que facit nidum suum in stercore
tacendo o porcis pro similitudine loquendo
de genere cervi qui facit cubile suum cum
rostro et unguibus inmundissima rupe.
sed ipso cervo eunte ad pastum venit
vulpes dolosa et ingreditur ipsi ca-
vernam. et post ea cervus regrediens
inveniens eam stercore vulpis pollutam
non dignatur eo tunc intrare nec inhabitare
eam. Hic facit dyabolus qui significatur per
vulpem. quando enim peccat cor hominis per
consensum peccati mortalis statim discedit
ab eo gratia salvatoris et sanctitatis.
Qualiter enim puniuntur divina gratia et
gloria illi qui non cavent a cogitationibus
immundis patet per quoddam exemplum.
Abbatissa quedam neptem suam in monasterio
nutriebat que videns quendam iuve-
nem exarsit in eum. Tamen opportunitas
loci et temporis non se obtulit eis ad per-
agendum peccatum suum in opere quod iam
perpetraverat in voluntate. Contigit
autem puellam infirmari usque ad mortem.
et quia ab abbatissa et omnibus que eam
noverant reputabatur casta et sancta vir-
ginitate ducta non fuit. ausa confiteri
illam voluntatem immundam. et sic obiit
virgo carne sed corrupta mente. Cum non
abbatissa que credebat eam esse sanctam
post matutinum rogaret in orone ipsam
neptem suam. ut post eam intercederet subito
vidit cum magno strepitu duos demo-
nes teterrimos qui ipsam neptem
suam turpissime adducentes eam miseri-
biliter affligebant. Abbatissa vero stu-
pefacta et territa. Heu inquit neptis
karissima nunquid deus tuis suis remu-
nerat servientes. Cui illa noli im-
orare pro me quia dampnata sum iuste
propter immundiciam cordis. quam per vere-
cundiam et ypocrisim in morte nolui
confiteri. Et per hoc patet quantum discor-
det a rectissima regula divine voluntatis
impuritas cordis. Quam non placet
ei puritas et cordis et corporis patet
per hoc quod ipse virgo purissimus esse volue-
rit. et de nulla muliere nasci voluit
nisi de purissima virgine. Confor-
mamur ergo voluntati divine vincendo vinc-
endo. Hec est inquit voluntas dei sancti-
ficatio vestra. Quod autem hec voluntas
sit recta et iusta patet sic. Nonne
magis rectum et iustum est quod ille ha-
bitet in hospitio cordis mei qui e
est eius dominus verus. et qui fecit
illud et emit et mundavit suo san-
guine et qui in adventu suo replet
illud bonis omnibus quam ille qui est
meus mortalis adversarius et qui in
adventu suo spoliat hospitium cordis
mei bonis omnibus et replet illud
malis omnibus. Sunt ergo voluntatem conformes

et divine voluntati. et timet incurrere
offensam dei. sicut illud quod consulitur no-
bis in ecclesiastico per os spiritus sancti. qui ti-
ment inquit dominum preparabunt corda sua
in conspectu illius sanctificabunt animas suas.
Ubi dicit glosa. Felix anima que cordis mun-
dat cubiculum ut suscipiat habitatorem
deum. cuius possessor nullo eget bono
qui omnium bonorum auctorem in se habet.
Tertio dico quod conformamur divine
voluntati superioribus obediendo usque ad
mortem sicut ipse nobis dedit nobis exem-
plum obediencie factus est deo patri obedi-
ens usque ad mortem. et hoc est quod ipse di-
cebat in evangelio beati Johannis. Descen-
di inquit de celo non ut faciam volun-
tatem meam. sed voluntatem eius qui misit
me. Item in eodem evangelio. Cibus meus
est ut voluntatem eius faciam qui misit
me. Voluntati ergo divine conformamur
quando voluntati nostre proprie omnino abnega-
mus et voluntati superiorum nostrorum eam
omnino subicimus. ad quod nos monet
petrus apostolus qui dicit. Subiecti esto-
te omni humane creature propter deum sive
regi quasi precellenti sive ducibus tam-
quam ab eo missis ad vindictam malefacto-
rum laudem vero bonorum. quia sic est voluntas
dei. Et nota quod dicit omni humane
creature id est omni homini et superiori et
pari et inferiori. Secundum nam in ista triplici
subiectione consistit triplex gradus
humilitatis perfecte. Unde sicut dicit
quedam glosa super evangelium Johannis
Triplex est humilitas. videlicet. suffi-
ciens. habundans et superhabundans.
Sufficiens humilitas est subdere se superio-
ri. Habundans humilitas est subdere se
pari. Superhabundantissima humilitas est
subdere se inferiori. Superiori sub-
dimur obediendo prelatis. pari obedi-
endo sociis et vicinis. Inferiori
obtemperando servis et subditis. sicut
Christus fecit qui pedes discipulorum la-
vit et qui coram nequissimo servo
pilato ad mortem iudicari se permisit.
Per humilitatem ergo obediencie conforma-
mur voluntati divine. Quarto autem
placeant sibi illi qui propter deum abne-
gant voluntatem propriam et subiciunt eam
voluntati patris spiritualis id est prelati.
patet per hoc quod ipse dicit. qui fecerit
voluntatem patris mei qui in celis est ille
meus frater et soror et mater. Fratres et
sorores eius sumus recte credendo et dili-
gendo. per fidem enim et dilectionem sunt omnes
christiani fratres et sorores inter se et fratres
et sorores christi. Matres vero christi sumus
fide et voluntate eius aliis docendo
quem per doctrinam nostram in cordibus nostris
etiam concipiendo et parturiendo.
Item quantum placeant divine voluntati illi
qui propter deum voluntatem propriam voluntati
sui superioris id est prelati. patet per quoddam
exemplum quod legitur in vitis patrum. sic
Fuit quidam senex patrum in spiritu raptus
in celum. vidit ibi quatuor ordines senum
omnium. Primus erat quorundam infirmorum et
gratias agencium. Secundus erat ~~in solitudine~~
~~habitantium~~. hospitalitate sectancium.
Tercius erat in solitudine habitancium.
Quartus erat claustralium voluntatem suam
prelatis subicientium propter deum. et hii
ultimi habebant coronas pulchriores
et preciosiores aliis et super alios alio-
rum sicut et manus primum. et hoc ideo
quia licet alii benefecissent tamen fecerant

hoc ex voluntate ppria. Sed hij non solum mundum et res mundi propter deum reliquerunt et non solum suo corpora subiecerunt. sed eciam voluntatem ppriam qua sola libertatem habebant propter quem abnegaverant et voluntati alterius subdiderant. Econtrario quam periculosum sit agere secundum ppriam voluntatis instinctum et maxime hijs qui per religionis ingressum fecerunt obediencie votum. patet per hoc quod dicitur in vita bernardi quia sola ppria voluntas ardebit in inferno. Tolle inquit ppriam voluntatem et non erit infernus. hoc eciam patet per quoddam exemplum quod invenitur scriptum sic. Fuit in lugdunensi civitatis nomine iohannes qui tamen devovit se cisterciensem ordinem intraturum. Sed prius paucos dies mundo proposuit pro recompensacione voti. iter ad sanctum iacobum est aggressus. Completa vero peregrinacione reversus. cum fatigatus ex itinere. cum se in cubiculo collocasset. apparuit ei xpus cum duobus apostolis petro et iacobo. Beatus vero petrus librum manu tenebat. quem precepit xpus aperiri in quo scriptis aureis litteris predestinatorum nomina continebantur. Iussitque ei legere. et cum inter predestinatos nomen iohannis recitasset. Tolle ait dominus. Dele illum quia se ex voto xpo promiserit et resiliit. Tunc cum observaret beatus Jacobus. hunc peregrinus meus est non deleas eum Respondit dominus nomine meus est eius meum est quia peregrinum tuum. Tres ait Iacobus in ordine persistens. ne deleas eum inquit domine. ego enim me pro eo fideiussorem constituo. quod suum propositum adimplebit. Eam inquit dominus hoc faciet. Cum apostolis infra quadraginta dies. Ad hoc ille iohannes evigilans solo prostratus et fideiussori suo gratias agens cum lacrimis. Faciam inquit sancte apostole quod pro me misericorditer promisisti. et cum obdormisset iterum. et ad iussum domini librum aperuisset. iterum petrus ibi legit audiente iohanne. Catenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Mox surgens iohannes vel surgens diem premens quod devoverat adimplevit. Hic fuit primus abbas bonevallis. et postea antistes ecclesie valentine cuius vitam et mores miraculis illustravit. Dic ergo qualiter conformamus nos voluntati divine superioribus obediendo. Et sicut similiter voluntas est rectissima quia rectus ordo est ut inferiora superioribus sint subiecta et summa mediis. et media infimis sint placata. Rogemus dominum ut det nobis graciam quod nos bene operando iniuste veniendo vel pluris obediendo ita conformemus nos divine voluntati. ut post mortem mereamur esse conformes sue vitudini. Ad quam nos perducat qui sine fine vivit et regnat. Amen.

Fiat voluntas tua etc.

Visum est supra qualiter nos conformamus nos divine voluntati bene operando. mundum vincendo. et superioribus obediendo. Tercio dico quod nos conformamus nos divine voluntati prospera contempnendo. et aspera eligendo. exemplo domini nostri ihesu xpi qui viso miraculo de quinque panibus et duobus piscibus de quibus ipse saciaverat quinque milia hominum. et superfuerunt duodecim cophini pleni fragmentorum

populi vellet rapere et facere ipsum regem. ascendit in montem solus et abscondit se. ad crucis vero patibulum iuit sponte ut daret nobis intelligere quod voluntas eius est ut per calicem tribulationis ingrediamur ad gaudium eterne salutis. quia ipse aliter noluit ingredi. nec velle quod aliquem aliter ingrediatur aliter. Unde si tribulacio est ita gravis quod videatur nobis intolerabilis tunc debemus per devotam oracionem recurrere ad dei manum ut nobis alleviet ca-rame sp voluntati me preponendo voluntate sua. Et propter hoc ipse qui sciebat quod in ecclesia sua et inter membra sua essent futuri aliqui fortes vel perfecti et aliqui infirmi et imperfecti. utramque personam voluit in se assumere. ne infirmus vel imperfectus ~~utramque personam voluit in se assumendo~~ desperaret si imminente mortis necessitate timeret et absconderet se. Personam enim infirmorum in se ostendit qui imminente hora passionis clamavit orans ad patrem. pater si fieri potest transeat a me calix iste. non tamen mea voluntas sed tua fiat. Item cum iudei voluerunt eum lapidare et ipse abscondit se et exivit de templo. Personam vero perfectorum in se ostendit cum illis qui volebant eum ducere ad mortem sponte se obtulit dicens. Quem queritis et illi dixerunt. Ihesum nazarenum. dixit Ego sum. si me queritis sinite hos abire. Et ut ostenderet quomodo moriturus sit sponte venit ad mortem. uno solo verbo et uno solo aspectu prostravit in terra totam illam cohortem

in qua bene ostendit quod permittebat se ligari et ad mortem duci spontanea voluntate non coacta necessitate. quia uno solo nutu potuisset ductores suos in abissum demergere. Dicimus ergo volumus voluntate nostram conformari voluntati divine imminente genus necessitatis articulo. dicat unusquisque illud quod dicitur in psalmo. Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. calicem salutaris accipiam id est tribulationem tristiciam quantumcumque sit aspera ad exemplum salvatoris patienter suscipiam et perferam. Hic est calix passionis quem christus in cruce bibit pro nobis et nos sitienter debemus ipsum pro ipso bibere. si non passione corporis saltem cordis. et hoc facimus quando in adversitate vel in prosperitate secundum voluntatem eius vivimus. quia sicut dicit augustinus. Tota vita christiani si secundum evangelium vivat crux et martirium est. et ad hoc monet nos petrus dicens. christo passo in carne et vos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne desiit a peccatis ut iam non hominum desideriis sed voluntati dei. quod est in carne vivit temporis. quasi dicat. christo in carne passo possimus nos conformare a peccatis cessando. si non vivamus secundum eo desideria corporis proprii sed secundum voluntatem dei. ¶ Cogitemus fratres karissimi quod cor vel hoi aut ut per viam lapillosam et asperrimam et amarissimam ducuntur ad regale convivium eternum dimittuntur. aut per viam pulcherrimam et amenissimam ducuntur ad

pueri ignouerim meum cursum.
Et certe qui hinc bite amenitate
pascit est sicut ille qui per amena
prata ad crimen incendium ducitur. Qui
non propter voluntatem dei implendam in
tribulacionibus delectatur quasi per asperam
asperam viam ad celeste et sempiternum
convivium graditur. Unde beatus petrus ait
Qui patiuntur secundum voluntatem dei fideli
creatori commendant animas suas in
benefactis. Sicut quod bene dicit fide-
li creatori quia voluntas sua est ut illi qui
sunt in hoc mundo socii suarum tribulacionum
sint socii in celo suarum consolacionum. In
prosperitate ergo et adversitate debemus
conformare voluntatem nostram volun-
tati divine quod facimus qui nec in prosperitate
extollimur nec in adversitate frangimur
vel desperamus. Quanti autem meriti
sit ista conformitas apud deum patet
per bonum exemplum quod inveni scriptum sic.
Monachus quidam cisterciensis senex
et honestissimus. Qui nam infirmitate
factus invalidus vix aliquando usque pes
missa poterat remanere. Cum autem
duobus monachis iuvenibus abbas vi-
sitandi parentes suos concessisset licen-
tiam. et hunc senem propter honestatem suam
adiunxisset eis in itinere quia preum se-
nex fame coactus dixit illis ut ad
propinquam villam irent ante dictos
comedendi gratia declinaret qui cum
ut stulti et iuvenes deriderent et
dicerent quod ipse senex exemplum malum
daret ipsis iuvenibus nullatenus con-
senserunt. Cumque sua ferens mansuetu-
dine aliquantulum processisset fame
deficiens. illis sibi non compacientibus
sed deridentibus. ite ait in nomine domini.
quia ego voluntatem non possum ulterius pro-
cedere. quibus letantibus abeuntibus. quia disso-
lutis et iuvenibus erat honesta senis
societas onerosa. ille cuculla convo-
lutus super aquam expandens ad abbaciam
cum magno impetu defluentem signo
crucis edito supersedit. Mira res cur-
rente aque fluente deorsum cuculla
ad modum navicule senem ad abbaciam
velociter deportavit. et susceptus a
monachis de tanto miraculo stupe-
factis cum post revocatione ab abbate
requireretur quid esset in eo maior perfectio.
et ipse econtra se parvi meriti procla-
maret tandem compulsus per obedienciam
dixit veritatem. si aliquid ait in me
bonum est hoc bonum esse credo. quia numquam
contra voluntatem divinam affectum. sed pe-
nitus voluntatem meam voluntati divine
semper studui conformare. et quicquid
fuit prosperum vel adversum factum esse
optime reputavi. Ex predictis patet
quod voluntas dei est rectissima cui confor-
mamur bene operando. mandata dei implendo.
superioribus obediendo. propria contemp-
nendo. et adversa paciencius sustinendo.
Rogemus dominum ut sic nos faciat
sue voluntati conformes ut tandem
simus sue voluntatis participes ~~Amen~~.

Fiat voluntas tua. Secun-
do dico quod voluntas dei est
piissima quod apparet per
hoc quod ipse qui peccatores contrarios vo-
luntati sue solo nutu posset in infernum
demergere. tamen longo tempore ad peni-
tenciam eos expectat. et attendens

et elongantes se ab ipso modo per inter-
nas inspiraciones ad se revocat et
revertentibus si perfecto corde ad ipsum
conversi fuerint quantacunque et qualiacunque
et quotcunque eorum peccata sint omnia
condonat sicut patet per augustinum
dicentem in libro de conflictu viciorum
et virtutum Nunquam inquit necessitas
cogat peccatorem ad penam nec criminis
quantitas nec vite enormitas. nec
temporis brevitas. nec hore extremitas
excludit peccatorem a venia. si plena
fuit voluntatis mutacio. Si enim latis-
simos sinus mater caritas filios pro-
digos suscipit revertentes Nonne
quo est ista voluntas pijssima Unde
procedit iste tantus thesaurus divine
me. nisi de sua pijssima voluntate
de qua ipse dicit in ezechiele. Numquid
voluntatis mee est mors impii dicit
dominus et non magis ut convertatur a viis
suis et vivat. et alibi in evangelio
dicit ipse Euntes autem discite quid
est misericordiam volo et non sacrificium id est
nolo quod peccator occidatur sicut pecus
occidebatur quod in sacrificio ymolabatur
sed volo ut dimittendo peccata sua et
spe et voluntate querat a deo misericordiam
et inveniet quod faciat eum vivere hic per
graciam et in futuro per gloriam Et hoc
est quod sequitur Nolo mortem peccatoris
sed ut magis convertatur et vivat. Hec vo-
luntas pijssima et pietatis voluntaria
et promptissima bene patuit in beata
peccatrice id est maria magdalena
de qua post innumera facinora ad
se revertente eiecit septem demonia

et dimisit ei omnia peccata. et ad tantam
excellenciam perduxit eam quod ipsa que prius
erat peccatrix et diaboli catulus
facta est predicatrix et apostola apostolorum. Pa-
tuit eciam sua voluntas pijssima in
muliere deprehensa in adulterio quam ipse
liberavit a lapidacione et dixit ei tan-
tummodo vade et amplius noli peccare
id est per firmitudinem voluntatis a mea
rectissima et pijssima voluntate pec-
cando ulterius discordare. Aliud
exemplum legi de quodam clerico qui cum
peccata sua vellet confiteri beato bernardo
cum pre nimio fletu loqui non posset
de precepto eius scripsit ea in cedula.
Quo facto cedulam sibi obtulit qui eam
aperiens cum vellet legere nichil ibi
scriptum invenit. et intelliges peccata
clerici virtute contricionis quam habuerat
esse deleta ut in beato petro et beata
maria magdalena nulla alia peni-
tencia sibi iniuncta dixit ei. vade et
amplius noli peccare. et sic completum
est in eo illud verbum davitici Cor con-
tritum et humiliatum deus non despicies
Quid quid mirum si ipse parcit pecca-
toribus perfecto corde ad ipsum revertentibus
pro quibus ipse obtulit morti proprium corpus
nulla coactus necessitate. sed sola sua pijs-
sima voluntate motus ysaye propheta attestante
testimonio qui dicit Oblatus est quia
ipse voluit et non aperuit os suum
Tercio dico quod voluntas eius est
potentissima quod in hoc apparet quod
sola sua voluntate ipse de nichilo fe-
cit omnia iuxta verbum psalmiste dicentis
Omnia quecunque voluit dominus fecit in celo
et in terra in mari et in omnibus abyssis

Tam potens est sua voluntas quod nullus
potest eam vincere. Ideo enim est invin-
cibilis quia peccatores agendo contra volun-
tatem divinam implent voluntatem divinam quia
dum ipsi ex voluntate sua propria contra
voluntatem dei deordinant se per culpam.
voluntas dei ordinat eos in pena.
quia sicut dicit augustinus de summo
bono. Tale bonum est deus ut nemini
eum deserenti bene esse possit. Et ideo
Iussit deus. et sic est ut pena sua
sibi sit omnis inordinatus animus. Hec
est prima vindicta quam accipit deus
de peccatore non sinens dedecus culpe
esse sine decore iusticie. Potens est vo-
luntas illa que iusto iudicio suo or-
dinat omnia et bona et mala. bona
ad meritum. mala ad supplicium. Potens
est voluntas illa quia velint nolint eo
firmat illi qui toto posse eam impug-
nant et contra eam militant. Taliter
peccatores qui dum peccando impugnant
voluntatem divinam precepti. penam susti-
nendo implent voluntatem divinam iudicii
et sic verificatur illud quod scriptum est
in hester. Domine in dicione tua cuncta
sunt posita et non est qui possit tue
resistere voluntati. Hanc voluntatem
divinam iudicii expavit thays me-
Ex^m trix famosissima que conversa fuit
Sic enim inveni scriptum. Fuit quedam
meretrix famosissima thays nomine
tante pulchritudinis ut multi propter eam
venditis omnibus ad paupertatem ulti-
mam pervenirent. Sed et amatores
sui zelo eius sibi consertis fre-
quenter limina illius alter alterius

sanguine irrigabant. Quod audiens
abbas pafnucius. sumpto habitu secu-
lari et uno solido profectus est ad eam.
Datoque sibi solido pro mercede scorti
ingressus domum. cum illa eum lectum
ascendere hortaretur ait ad illam. Est
hic locus secretior. religiosus enim
sum et timeo videri ab aliis. Cumque
introduxisset eum cubile secretius.
quereret adhuc locum secretiorem. Res-
pondit. Nullus fit nobis hic vid-
ens preter deum. Cum sciret. Ergo tu
scis deum esse? Cui respondente scio.
Scarii mque tibi videtur si ille videt
nos. qui salvus fit hoc et angelis
et demonibus et hominibus et bonis et
miseris revelare? Quam cum interro-
gasset si crederet gaudia bonorum
in celo et supplicia reproborum in inferno:
et illa dixisset se hec omnia firmiter
credere. Ille ait. Cur ergo fuisti
infelicissima que non solum pro peccatis tuis
dampnaberis? sed etiam pro omnibus illis
quibus fuisti causa dampnationis in tor-
mentis infernalibus sine fine crucia-
beris? Hec illa audiens provoluta
ad pedes eius cum lacrimis exora-
bat dicens. Scio pater et confido me
posse indulgentiam tuis orationibus pro-
mereri. Omnibus ergo que habebat ex-
portatis in publicum igne subiectis
dixit. Hec sunt o homines que a vobis
turpiter et male acquisivi. Tunc
senex vir dedit ei ut cotidie ge-
nua flecteret et in terra decubens
non attollens oculos ad celum diceret
Deus qui me plasmasti miserere mei

Et sic non solum venia consecuta est sed etiam
ad magnum perfectionis cumulum est conver
sa. Et sic completum est in ea illud prover
bium: Ludit in humanis divina pote
ntia rebus. Et alibi: Flectitur iratus
voce rogante deus. Ecce quomodo illa que
impugnaverat voluntatem divini precepti
conversa est ad implendam eandem voluntatem,
quia timuit voluntatis iudicium. Sanctam vo
luntatem non timuit quidam clericus, qui ut
impleret malam voluntatem et voluptatem
suam contra voluntatem divinam decapitabatur[?],
sacra[?] scriptura. Legi enim sic: In alema
nia clericus quidam monialem quandam
amore diligens convenerat sibi
dulces litteras scribere ut animum eius ad
peccatum facilius posset inclinare.
Dum igitur quandam cum litteras sibi mitten
das scriberet, et in fine litterarum
verba ista inscripsisset: Tota pulchra
es amica mea et macula non est
in te. Cum venisset ad illud verbum: Fa
vus distillans labia tua, mel et
lac sub lingua tua, statim lingua
eius de gutture prosiliit, et vitam mor
te subita mox finivit. Cumque astan
tes de repentino interitu eius mira
rentur, cedulam quam tenebat in manibus
perlegentes, cognoverunt quod ideo
fuerat suffocatus quia verba spiritualis amo
ris carnali et immundo amori com
miscuerat inserendum. Et sic factum
est quod ipse qui non timebat transgredi
voluntatem divini precepti, implevit
voluntatem divini iudicii. Ecce quam po
tentissima est voluntas dei, que a
nullo potest vinci. A cuius offensa
nos custodiat Ihesus Christus in se
cula seculorum. Amen. ao ou

Fiat voluntas tua. Quarto
dico quod voluntas dei est libe
ralissima in remunerando
eos qui dum vivunt implent eam pro
posse suo. Remunerat enim eos in presenti
et in futuro. In presenti enim dat eis munde
vivendi et benefaciendi graciam secundum
illud psalmi: Domine in voluntate tua pres
titisti decori meo virtutem. Quasi diceret: quia
dilexi facere voluntatem tuam, dedisti michi
decorem pudicicie et castitatis honeste
et virtutem operationis bone. Quia una virtus
sine alia non sufficit ad salutem, id est
virtus castitatis sine bono opere vel
virtus boni operis sine castitate. Et
utraque virtus datur nobis non meritis nostris
sed a sola divina voluntate. Et quia utrisque
agentibus, id est castitatem servantibus
et bene operantibus, insidiatur dyabolus
variis temptationibus, ideo voluntas
dei implentibus eam dat virtutem ad susti
nendam et superandam tribulationum et
temptationum pugnam, et post victoriam
dat eis eternam coronam. Et utrumque
tangit propheta cum dicit in psalmo: Ut scuto
Domine ut scuto bone voluntatis tue co
ronasti nos, id est bona voluntas
tua fuit nobis scutum in temptationum
bello, et habita victoria dedisti nobis
coronam in celesti regno. Et sic verum
est illud quod dicit quidam versificator sic:
Quicquid habes meriti preventrix gratia donat;
nil deus in nobis preter sua dona coronat.
Studeamus ergo fratres implere voluntatem
divinam, quia ipsa est liberalissima remu
nerando eos qui implent eam. Cuius enim
premium est eternum regnum. Ita tamen quod
impleatur non sermone sed opere ...

verbum salvatoris dicentis. Non omnis
qui dicit michi domine domine intrabit in
regnum celorum sed qui facit voluntatem patris
mei qui in celis est ipse intrabit in reg
num celorum. ¶ Exemplum placet in super
hoc parte quod inveni scriptum sic. Cum
quidam sanctus episcopus predicaret illud
evangelicum verbum. omnis qui reliquerit
patrem aut matrem aut fratres vel sorores
vel domum vel agros propter nomen meum cen
tuplum accipiet et vitam eternam possi
debit. quidam dives homo ad predicationem
eius conversus relictis omnibus que habe
bat pauperibus erogavit. cum effectus
fuisset pauper mortuus. filius eius ad he
reditatem se repetens. de consilio amicorum
dixit episcopo. ut aut restitueret sibi
hereditatem suam quam ad suggestionem eius
expenderit pater suus. aut probaret ipsum
iam centuplum accepisse. Tunc episcopus con
fidens in domino dixit ei. Constituo tibi
talem diem in qua verum faciam de duobus
que requiris. Statuto illo die cele
brata missa accedens ad tumulum
defuncti cum filio eius et toto populo. fecit
orare adiurantem eum. ut diceret si cen
tuplum pro elemosinis quas dederat
accepisset. Tunc ille de tumulo respondit
alta voce se non solum centuplum. sed plus
quam millecuplum accepisse pro eis. quia
receperat eternum regnum cuius respectu
et comparatione omnia regna huius mundi
et omnes divicie et delicie et hono
res deberent pro nichilo reputari. si
cut illa que sunt in proximo ad nichilum
revertentur. Et qui circumstantes hoc
audierunt multi suas substancias pau
peribus erogaverunt. Et equaliter

voluntas dei est liberalissima in re
munerando eos qui implent voluntatem
sui precepti. et quod plus est voluntatem
sui consilii sicut iste fecit et eos qui
timent voluntatem sui in dicit. ¶ Ex
predictis patet quare nos petimus a domino
in oratione dominica ut fiat voluntas sua
sicut in celo et in terra. Nam sicut
probatum est auctoritatibus et exemplis
voluntas sua est rectissima in dirigendo
id est in precipiendo et consulendo.
Est secundo piissima in compaciendo.
Est tercio potentissima in puniendo. Est
quarto liberalissima in retribuendo.
et propter hoc multum petere debemus
a patre celesti sicut quod daret nobis
graciam voluntatem suam faciendi. Et
sic petebat david qui dicebat. Unam
petii a domino hanc requiram. et sequitur
ut videam voluntatem domini. Et alibi. Eripe
me de inimicis meis domine ad te con
fugi. doce me facere voluntatem tuam
quia deus meus es tu. Et quia merito
hoc peteret. et quod premium inde exspecta
ret ostendit cum inmediate subiungit. Spiritus
tuus bonus deducet me in terram rectam
id est in celestem patriam quam spiritus sanctus
ducet omnem hominem qui dum vivit voluntatem
dei facit. quia ipse spiritus sanctus non est aliud
quam voluntas patris et filii. Celestis vero
patria dicitur terra propter suam stabilitatem
quia sicut scriptum est. Terra autem in eternum
stat et alibi dicitur per psalmistam. Fundasti
terram super stabilitatem suam. dicitur eciam
terra propter omnem bonorum ubertatem propter
quod eciam dicitur. Terra fluens lacte et
melle. propter lac quod nascitur de muliere

intelligitur iocunditas quam habent sancti
in intuendo christi humanitatem secundum quam
possunt regem celi vocare suum fratrem et
reginam celi suam sororem. Per mel vero
quod fit ex rore celi intelligitur iocundi-
tas quam ipsi habebunt intuendo christi
deitatem. quia sicut dulcedo mellis
superat omnem aque dulcedinem cor-
poralem et spiritualem et terrenam et
celestem. Recta autem dicitur quia non
recipit aliquid nisi rectum id est non re-
cipit aliquem qui habebat in se aliquid pro
obliquitate et curvitate. Sed illi soli
possunt ad illa pervenire de quibus dicit
sponsa id est anima sancta sponso suo id est
domino ihesu christo in canticis. Recti dili-
gunt te. Qualiter voluntas dei per-
ducit ad terram rectam nota exemplum
quod ponit beatus gregorius in quarto libro
dyalogorum. de quodam milite qui mor-
tuus fuit rome. sed postea ad corpus
rediit. et que viderat narravit. et
inter alia multa dixit se vidisse flu-
vium nigrum et caliginosum. de quo ne-
bula fetoris intollerabilis exalabat.
super quod flumen pons strictus erat.
et transpontem amena prata et
virencia odoriferis herbis et floribus
ornata in quibus albatorum hominum erant
conventicula et mansiones varie
lucis plene. quisque autem iniustus
volebat transire per pontem labebatur
in flumen tenebrosum et fetentem.
Iusti vero qui secundum voluntatem dei vixe-
runt ad loca amena securo pede cum
gressu veniebant. Karissimi flumen
niger et fetidus signat horribile
vitam carnalium que suffluunt ad infernum

Exm

qui in apocalipsi vocatur stagnum ignis
et sulphuris. Amena prata signant
celestia loca que ultra humanam estima-
tionem sunt delectabilia. pons autem
signat artam viam que ducit ad vitam ut
mortem angustam. in qua qui secundum vo-
luntatem dei vixerunt transeunt libero
gressu ad amenitatem paradysi. Qui
autem voluntatem dei impugnaverunt
labuntur ad flumen infernum. Rogemus
ergo dominum. ut ita faciat nos secundum
voluntatem dei vivere. ut ad amenitatem
paradysi possimus pervenire. Amen.

**Panem nostrum cotidianum da no-
bis hodie.** Hec est
quarta pars petitio orationis dominice. In qua
petimus amoveri a nobis vicium gule
et dari nobis temperancie virtutem.
Ille enim nobis indicatur leccator vel
gulosus. sed reputatur sobrius et tem-
peratus qui in refectione sua solo pa-
ne est contentus. Possimus tamen dicere
quod in hac peticione petimus sicut petivit
quidam filius a solo patre omnem corporalem
et spiritualem refectionem que est necessaria
nobis ad corporis et anime sustentacionem.
Propter quod sciendum est quod de quadruplici
pane fecimus mencionem scilicet scriptum
Est enim panis nature. doctrine. gracie.
et glorie. Primo enim dico quod est
panis nature. per quem intelligimus omnem
escam que est necessaria ad nutriendum
et sustentandum in corporis gleba
dum inhabitamus huius mundi vallem
miseriam et famelicam. Et circa istum
panem debemus considerare quatuor

quia iste panis est cum labore acquirendus cum moderamine sumendus. deo regraciandus. et pauperibus impartiendus et communicandus. ¶ Primo dico quod panis naturalis est cum labore acquirendus sicut patet in genesi ubi dominus dicit inobedienti prothoparenti et in ipso omni sue posteritati post esum pomi vetiti In sudore vultus tui vesceris pane tuo. donec revertaris in terram de qua sumptus es. quia pulvis es et in terram ibis. quia enim primus homo non custodivit locum requiei que sine labore custodire potuit et noluit. ideo iusto dei iudicio de loco quietis eiectus positus est in loco laboris id est in hac valle plena miseriis et disposuit deus ut nisi per huius vite laborem pervenire non possit aliquis ad eternam requiem. Et ideo beati sunt qui de labore proprio vivunt secundum quod psalmista dicit labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit. beatus es scilicet in presenti vita quia habes deum tecum. psalmus. ut iumentum factus sum apud te id est ad modum iumenti vivens de proprio labore. Et dominus respondet. Et ego semper tecum scilicet hic per graciam et in futuro per gloriam. In huius figuram dominus natus est in presepio inter iumenta id est inter animalia simplicia terram colencia et continue laborancia scilicet inter bovem et asinum secundum illud prophetie Cognovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui. Sequitur et bene tibi erit scilicet in futura vita quia post laborem temporalem venies ad eternam requiem ita quod poteris dicere illud quod

scribitur in ecclesiastico modicum laboravi et inveni multam requiem. Item in apocalipsi Audivi vocem de celo dicentem michi requiescant a laboribus ibi. opera enim illorum sequuntur illos. E contrario non sunt illi qui noluerunt laborare temporaliter. laborabunt mala vita eternaliter. psalmus. laborabit in eternum et vivet adhuc in finem. quia vivet. vivet sine fine non in requie sed in labore. quia noluerunt laborare cum hominibus laborabunt cum demonibus. psalmus. In labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. glosa. sed cum demonibus. ut quos habuerunt incentores in culpa. habeant tortores in pena. Ideo dicit apostolus. Qui non laborat non manducet. Unde exemplum Ex^m in vitis patrum de quadam muliere pauperrima que nichil omnino habebat unde viveret ipsa et filia sua nisi quantum lavando pannos lucrari poterit. Et cum venissent ad eam executores testamenti cuiusdam divitis mortui et vidissent eas quasi totas nudas. et vellent eas induere. responderunt quod nolebant indui nisi de proprio labore manuum suarum. et quod nolebant habere aliquem provisorem nisi deum. qui in victu et vestitu necessario mediante labore suo eas toto tempore vite sue sufficienter providerit usque modo. ¶ Exemplum com- Ex^m munem de quadam muliere pauperculam que servabat quandam peciam tele quam filaverat propriis manibus ut fieret sibi inde sudarium in morte eius. quia nolebat involui in tela aliunde data nisi de proprio labore acquisita. et in pluribus dicitur. In laude bone mulieris

et pane ociositatis comedit. Hic quia patet qualiter panis naturalis est cum labore acquirendus. ¶ Secundo dico quod panis naturalis est cum moderamine sumendus. quia superfluitas victus aliquando generat sibi dampnum interdum. et omne bonum fastidium. Unde in ezechiele. Hec fuit iniquitas sodome saturitas panis et ocium. Et nota quod competenter adiungit ista tria idest saturitatem ociositatem et iniquitatem. quia consequuntur sese hec tria per ordinem primo per cordis vel corporis deordinacionem. Ad saturitatem enim sequitur ociositas secundum illud quod legitur in lege. Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. et ad saturitatem et ociositatem sequitur iniquitas idest iniqua peccandi voluntas vel voluptas. Et ideo quidam versificator optime describit incentiva libidinis et remedia eorum in hiis versibus. Vestis culta idest ornata. Cibus largus. iocus. ocia. sompnus. Enervat animos luxuriamque fovent. Hec sunt incentiva.

¶ Remedia sunt hec. Panis mensa. labor. sompnus brevis. aspera vestis. Purificant animam luxuriamque domant. Exemplum habemus in loth. qui inebriatus concubuit cum suis filiabus. et in exodo ubi dicitur quod sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. idest fornicari et ydolatrare.

¶ Tercio dico quod panis naturalis est deo regraciandus. quia est qui dat hanc fortitudinem et sanitatem corporis. serenitatem aeris. influencia solis et roris idest caloris et humoris que sunt cause per quas acquiritur iste panis. Dat eciam homini secundum apostolum semen ad seminandum. et panem ad manducandum. et quamquam est vite eius nervum. quod tamen intelligitur per pane secundum illud quod dicit sapiens. Inicium vite hominis panis et aqua et domus protegens turpitudinem. Et ideo de omnibus est ei regraciandum. Exemplum habemus in genesi de iacob qui cum iret ad laban avunculum suum fugiens esau fratrem suum dicebat. Si dederit mihi deus in via ista panem quo vescar et vestimentum quo operiar de omnibus que dederit mihi primicias vel decimas offeram sibi. Exemplum eciam dedit nobis salvator noster. qui sumpturus corporis refectionem semper benedicebat panem. Et in evangelio beati iohannis dicitur quod cum cenasset cum discipulis ympno dicto exiit in montem oliveti. In quo ympno intelligitur graciarum actio. ympnus enim nichil aliud est quam laus dei. Exemplum eciam in religiosis qui semper in principio mense consueverunt cibum benedicere. et in fine gracias agere secundum apostolum qui dicit. Sive manducatis sive bibitis sive aliquid aliud facitis omnia in laude dei facite. Et nota quod propter defectum illorum qui nesciunt deo regraciari. vel nolunt de beneficiis acceptis ab eo immittit deus aliquando sterilitatem terre et defectum frugum et fructuum et eciam pestilencias vel morbos corporum et vastitates hostium et bellorum. quia nemo servat fidem deo regra

cando sibi de bonis ab eo acceptis
ma debito et parte sua id est de
cimas et primicias et oblaciones de
bitas ministris ecclesie qui sunt loco
eius integre reddendo. et ideo pro
sua ingratitudine iusto iudicio suo
restringit eis sepe manum libertatis
sue. Et sicut dicit beatus Ieronimus
Dant impio militi quod nolunt dare
suo sacerdoti. Nolunt quidem festum
unius apostoli vel unius martiris colere.
et dominus plerumque immittit eis unum
morbum. unde oportet eos per annum
in lecto iacere. ¶ Exemplum de hoc nar
ratur. quidam sacerdos curatus cuiusdam
parochie in diocesi menensi in quadam
villa campestri que dicitur uepona.
Cum ei precepisset parochianis suis
colere festum dedicacionis ecclesie Illa
die quidam rusticus vicinus suus cum super
hoc mor panibus aratrum suum super
collum suum accepit et ad agricultu
ram suam properavit Sed antequam perveniret
ad agrum cecidit ferrum illud de ara
tro quod dicitur vomer et perforavit
pedem eius. et qui noluerunt unum diem
in honore dei et ecclesie sue colere.
per annum compulsus est infirmus iacere.
¶ Quarto dico quod panis nature est
pauperibus impertiendus Unde illud ysaie
prophete Frange esurienti panem tuum
et egenos vagosque induc in domum
tuam Cum videris nudum operi eum.
et carnem tuam ne despexeris Item
in ecclesiaste Mitte panem tuum super
transeuntes aquas. et post multa
tempora invenies illum Transeuntes
aquas sunt illi qui sustinent tribu
laciones mundanas super quos precipit
panem mitti id est pauperes etiam venien
tibus vita eterna tribuent. et iste
panis post multa tempora reinvenietur. quia
pro ipso in die mortis et in die iu
dicii eternum regnum pro mercede red
detur secundum illud quod dominus dicturus est
in die iudicii. Venite benedicti patris
mei etc. Esurivi enim etc. Tunc fa
cie ad faciem videbimus et cognoscemus
illum pro quo in hoc mundo dederimus
panem istum. Et in visione illa consistit
vita eterna secundum quod dicit dominus in ewa
ngelio Iohannis. Hec est autem vita eterna
ut cognoscant te deum verum. et quem
misisti Ihesum Christum. Videbimus enim ipsum
et amabimus et laudabimus et mer
im possidebimus. Et huius figura pre
cessit in duobus discipulis euntibus
in emaus. qui coegerunt dominum ex
istentem in specie peregrini hospitari
secum Et cognoverunt eum in fracti
one panis. Et nota quod dicit coegerunt.
quia sicut dicit beatus gregorius in
omelia Non sunt solum invitandi
hospites. sed etiam trahendi et co
gendi. Tantum placuit deo bonum
hospitalitatis apparet per hoc quod hospita
do pauperes et peregrinos recepe
runt aliqui hospicio et deum et angelos
¶ Sicut in eadem omelia narrat Exm
beatus gregorius de quodam homine valen
te qui erat assuetus recipere pauperes
ad convivium suum. et ex humilitate
sua fundebat aquam eorum manibus

et cum semel hoc faceret pauperibus ille eius
manibus fundebat aqua subito dissi-
ruit. et in nocte christus apparens ei
dixit. Heri diebus me in membris meis
recepisti. Die autem hesterno rece-
Exm pisti me in meipso. ¶ Magister etiam
Guillermus de Burriaco in summa
sua narrat de quadam muliere nobili
que habebat virum multum contrarium in
dei servicio sibi multum adversantem. et
tamen propter hoc non dimittebat quin
hospitaret omnem pauperem qui ab ea
pro deo hospicium peteret. Contigit
autem semel cum maritus suus ad vena-
cionem iuisset. quod quidam leprosus valde
horribilis omnino ingeniis ad hos-
picium venit et ab ea hospitari petiit.
quem ipsa gaudenter hospicio recepit.
Cum cum vellet dare comedere leprosus
dixit quod nolebat comedere. sed tamen quies-
cere. Cum cum illa faceret lectum parari
dixit quod non quiesceret nisi in camera
et in lecto domini. Domina non cum timore
magno acquievit. et cameram obsera-
vit super ipsum. Deinde cito post rediit
dominus et precepit sibi cameram aperiri.
et intrans sensit magnam odoris
fragranciam et in lecto nichil invenit
nisi ymaginem crucifixi pulcherrimam
impressam et depictam in linthiamine
subteriori in quo leprosus iacuerat
et audito qualiter domina fecerat de-
dit ei licenciam. ut de cetero secure
ex sua auctoritate vacaret operibus
misericordie. ¶ Partire quoque pauperibus pane-
m tuum. et sicut dicit Salomon Splen-
didum in panibus benedicent labia mul-
torum. Splendidus in panibus est qui

cibum suum dat pauperibus larga manu
et leta facie sicut Iob qui dicebat
quod bucellam suam nunquam solus comedebat.
Talem autem benedicunt labia multorum
id est pauperum qui elemosinas reci-
piunt et angelorum. qui eis elemosi-
nas faciendas suggerunt et dei pro
quo eas conferunt et sanctorum qui gau-
dent de sustentacione pauperum quasi
fratrum suorum. ¶ Et nota quod timore
defectus temporalis non debet homo ces-
sare a distribucione huiusmodi panis. sed
debet facere iuxta consilium Thobie qui
dicebat filio suo. Si multum tibi fuerit
habundanter tribue. si autem exiguum
tibi fuerit illud etiam exiguum libenter
impartiri stude. quod iuxta sententiam sa-
pientis. Dividunt aliqui qui dividunt sua
et semper sibi sufficiunt. Et sunt alii qui
rapiunt non sua. et semper in egestate
sunt. ¶ Exemplum habemus in vitis
patrum de quodam ortulano qui de
labore suo cotidiano nichil assume-
rat retinere nisi cotidianum victum
suum. et totum residuum distribuebat
in usus pauperum. Deinde cum sugges-
tione dyaboli reservasset aliquos
denarios pro infirmitatis ~~tempore~~
ferrum cum quo operabatur in orto ceci-
dit super pedem eius et eum perforavit.
qui pro curacione pedis totum quod
reservaverat inutiliter expendit
Tandem unus sapiens cyrurgicus
dixit ei quod nisi faceret pedem abscindi
iam fetentem et putridum. amitteret
totum corpus. et cum in crastino deberet

deferret cirurgicus redire pro pedis
abscisione. illa nocte angelus ei af
fuit et dixit ei. ut videret quanti p
fuissent ei denarii congregati. Cum
vehementer peniteret et angelus
pedem tetigit et sanavit. et in cras
tino rediens cirurgicus pro abscisi
one pedis eum invenit in orto la
borantem incolumem et sanum et au
dito qualiter sibi contigisset laudavit
deum. Hic gloriosus pater de primo pane id
est de pane naturali qualiter est cum labore
acquirendus. cum moderamine sumendus.
deo regraciandus. et pauperibus imparti
endus. Et de hoc pane nos possumus
exponere illud quod dicitur in dominica oratione.
panem nostrum cotidianum da nobis hodie
cum dicitur. O domine pater celestis qui debes
habere curam de filiis tuis nutriendis.
da nobis hodie id est in hac vita que
non est nisi una dies vel una hora
respectu vite eterne. secundum illud quod psalmista
deo dicit. mille anni ante oculos tuos
tamquam dies hesterna que periit. ubi
dicit glosa. quod omne quod fine sit in
preterito computandum est. Da inquam nobis
domine hodie panem nostrum cotidianum id
est victum et vestitum et omnia alia
que sunt nobis necessaria condicione pro cor
poris sustentatione. Omnia enim intelli
guntur hic panis nomine. cum dicitur. panem
nostrum cotidianum da nobis hodie.
Rogemus dominum ut det nobis hunc
panem. et faciat nos eum ita cum labo
re acquirere et moderate sumere et
de ipso gracias deo agere et pauperibus
distribuere ut simus digni aliis panibus
refici de quibus dicetur in sequentibus sermonibus
idest pane doctrine et gracie et glorie
Quod nobis prestare dignetur qui vivit
et regnat in secula seculorum amen.

Panem nostrum cotidianum
da nobis hodie. Secundus
panis est quem nos petimus
in dominica oratione cum dicimus
panem nostrum cotidianum da nobis hodie.
Panis ille sit et multis granis ide
et verbis conminutis idest minuta per
singula verba expositis. et est panis
doctrine id est verbi dei quod dicitur panis
per similitudinem. quia sicut corpus nutritur
pane corporali. sic anima devota nutritur
et sustentatur et impinguatur verbo dei. Et
de hoc eciam pane potest intelligi illud
verbum Ecclesiastici. Inicium vite hominis panis et aqua
quod sicut cibus et potus sunt inicium
vite mortalis corporalis. ita panis sa
piencie et aqua divine sapiencie sunt inicium
vite spiritualis. Propter quod sciendum est
quod iste panis est multum preciosus et
multum desiderabilis propter quatuor bona
que facit in anima. quia vivificat. confortat.
vel confirmat. illuminat et delectat.
Vivificat resuscitando a peccati morte:
confortat in tribulatione. et confirmat
in bona operatione. illuminat in vera fide:
et delectat in sepe degustatione et
assuefactione. Primo dico quod panis
verbi dei vivificat resuscitando a
peccati morte. Frequenter enim contingit quod
multi veniunt ad sermonem sicut pau
peres ad panis distribucionem. qui
antequam venirent erant spiritualiter mor
tui. quia per illud peccatum mortale

amiserunt vitam gratie et recesserant a
deo qui est vera vita anime. Si nunquam rece-
dant a sermone vivificantur et sic susti-
tentur. Quia ex degustatione huius panis id est
ex auditu divini sermonis accipiunt
spiritum compunctionis et propositum confitendi et
satisfaciendi et abstinendi a peccatis et
quia cito sunt in tali proposito statim deus
qui est vita anime intrat in animam expulso
inde malo habitatore id est dyabolo in-
trat in animam qui in domum propriam et statim anima
que prius erat spiritualiter mortua per re-
ceptionem gratie spiritus sancti suscitatur et vi-
vificatur. Quia gemit pro peccato suo et conteritur
secundum illud quod in ezechiele dicitur. Qua-
cumque inquit hora peccator peccatum suum inge-
muerit vita vivet et non morietur. Et
tunc peccator resuscitatur a peccati morte et
restituitur vite gratie mediante dei ser-
mone per quod potest dicere illud psalmiste. Elo-
quium tuum vivificavit me. Et hec fuit
panis huius id est verbi dei bene figurata
fuit in dyabolo temptanti christum et di-
centi sibi. Si filius dei es dic ut la-
pides isti panes fiant. Christus respondit
Non in solo pane vivit ~~pane~~ homo.
sed ex omni verbo quod procedit ex ore dei.
Exm ¶ Exemplum quoddam inveni super hoc scrip-
tum in hunc modum. Fuit quidam homo
in quadam famosa civitate qui predi-
cationem verbi dei nullo tempore volebat
interesse. Quadam autem die contigit quod
quidam famosus predicator in illa civi-
tate predicaret et cum magna populi mul-
titudo ad eum confluerent ille aliis
tractus qui invitus ad sermonem venit
quem venientem intuens predicator vi-
dit dyabolum retrahentem eum cum cathena

cuius circuli ex peccatis singulis texe-
bantur et intuens circulos. cum in sin-
gulis peccata singula cognovisset de
peccatis egregie predicavit. et quia propter
peccatum habet dyabolus in homine domini-
um tantum quod non permittit eum fructum boni
verbi audire dei verbi. Salomon. Iniqui-
tates sue capiunt impium et funibus
peccatorum suorum constringitur peccator. Tunc
ille audivit peccata de quibus ille predica-
verat veraciter in se recognosceret. cum
predicta audisset ab eo. Omnium me penitet
contritusque peccati veniam a domino rep-
muti. contritus valde cepit flere
amarissime. Tunc predicator vidit
unam lacrimam ab oculis eius cadere
super cathenam. que lacrima cathenam di-
rupit. et statim dyabolus pre timore
nimio fugit. Finito vero sermone
accessit homo ad predicatorem et confessus
est ei omnia que contra deum commiserat in
vita sua. a quo predicator audiens peccata
que viderat in cathena miraculum ei
narravit et absolutum a peccatis in dei
servicio confirmatum abire permisit.
¶ Tercio dico quod panis verbi dei confor-
tat in tribulatione. Multi enim plerumque
veniunt ad sermonem tristes desolati
qui recedunt inde bene consolati. Au-
ibi diunt enim quod parata est manus dei que nunquam de-
serit sperantes in se. Sed est semper cum ipsis
in tribulatione. Audiunt et quod christus ipse
et omnes sancti sustinuerunt tormenta
ut possent pervenire ad eterna gaudia
quia sicut dicitur in actibus apostolorum per multas
tribulationes oportet intrare in regnum Exm
celorum et inveniunt consilia que ipsi sustinet

pauca et parva sunt respectu eorum que
Christus et sancti sustinuerunt. Audiunt
etiam quod secundum apostolum non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam
que revelabitur in nobis. Passiones
enim presentis vite sunt momentanee. sed
retributiones future glorie sempiterne sunt
et infinite. Finiti autem cum infinito nulla
est comparatio. Audiunt etiam quod supplicia
sunt parata illis qui succubunt tempta-
tionibus et permittunt se superari ab eis.
et econtrario que sunt parata gaudia
omnibus qui resistunt viriliter et repor-
tant victoriam de temptationibus. Ex omnibus
istis confortantur tribulati qui veniunt
ad sermones et degustant panem verbi
dei. Ita quod predicator in principio ser-
monis posset dicere audientibus suis
illud quod dixit abraham in genesi 18 tribus
viris hospitibus suis. Afferam inquit
buccellam panis et confortetur cor
vestrum postea transibitis. ¶ Et nota quod
verbum dei quo deus reficit fideles suos
in vita presenti potest vocari buccella idest
refectio parva. quia parva est refectio
sanctorum quam habent in verbo dei dum sunt
in presenti vita respectu illius refectionis
quam ipsi habebunt de manifesta dei
visione in patria. et tamen hec parva
refectio super omnia confortat cor nostrum
dum versamur in hoc mari fluctibus temp-
tationum et tribulationum donec tran-
seamus ad salutis portum et hoc est
quod prefiguratum fuit in verbis predictis.
Ponam inquit buccellam panis et confor-
tetur cor vestrum. postea transibitis. ¶ Ex-
emplum habemus super hoc de quodam balli-
no qui adeo in ballivia sua ditatus

fuit quod omnes filios suos et filias suas
valde bene maritavit et sponsos et
sponsas nobiles eis dedit. Diligebat
autem ipse beatam virginem mariam tener-
rime et quatuor sollempnitates eius cele-
brabat devotissime. faciens in illis
prandium magnum in domo sua omnibus
sacerdotibus et clericis. et dans largas
elemosinas omnibus pauperibus aliis. et
omni tempore pauperibus qui veniebant ad do-
mum eius causa petende elemosine
dabat unde poterant sustentari semel
in die. Contigit autem tempore cuiusdam
caristie cum in quodam festo beate virginis
clericis et presbyteris prandium daret in domo
sua et magna multitudo pauperum
expectaret. diffusa per viros pre-
dicta preparatio elemosina quod
dominus eius qui erat quidam comes magnus
et superbus a quo ipse tenebat balliviam
transiuit per villa illa et videns pauperes
quasi infinitos convenire eum et audito
quod ballivus suus tot elemosinas da-
ret pro deo cogitabat de suo ballivo
quod esset ditior ipso. et cum venisset ad
castrum suum mandavit pro ballivo et
ipsum fecit incarcerari dicens quod non
exiret de carcere donec persolveret sibi
centum milia librarum pro sua redemptione.
qui excusavit se quantum potuit dicens.
quod nullo modo ipse nec tota parentela sua
possent tantum persolvere. Sed tirannus ille
nulla excusatione voluit recipere.
Tandem ballivus convocatis filios et
filias suas supplicavit eis ut adhi-
berent consilium in eius redemptione. qui
habito inter se consilio vnderunt ei.

q̄ mestus erat q̄ ipse solus eet in mi
seria q̄ua ipsi omēs et tota familia
et puela sua. Repulsus g° in hūc
modū a liberis suis ma dauit pno
bilibꝫ t̄re quos ipse cōsueuerit in
domo sua recipe et splende refic̄e
et vestes et eq̄uos et aues eis dare.
et supplicauit eis cū multis lac̄imis
ut subueniret ei deficientibꝫ sibi filiis
et filiabꝫ suis. Qui habito int̄ se cō
silio dixerunt q̄ si in tāta necītate de
ficeret ei qui tāta bona fecerat eis
hoc eet opprobriū nobilibꝫ vniūsis.
et rogauerunt pro eo comitē. nulla
potuerunt apud ipm̄ inuenire grāte
petitē relaxatione. Tandē cōcorda
uerunt ita cū comite et balduino. ut
omēs possessiones baldui venderet
p̄mo et redditus comiti ip̄a̷ꝝ p̄cio d̄
p̄uentu redditum suoꝝ redderent
q̄uolibꝫ anno comiti vnū centū usqꝫ ad
p̄fatam solucionē centū milium librarū.
et tūc comes ab eis iuramēta et
cauciones recepit. et sic balduinū ab
ire p̄misit. Balduinus aūt videns se
nō habe domū ad quā rediret. nec
vnde vxorē et familiā pascere. et
vnde mō cōsueto viuere cogitauit
in alia t̄ra fuge. ne ibi pudere
eū mendicare. et dū fugiens trans
siret p q̄ndā nemus vidit sup vnā
arbore pulcherrimū iuuenē vo
cenē et tripudiantē. et de ra
mo in ramū agilime saltantē m.
et cū peteret ab eo quis eet dixit
Ego sum dyabolus qui gaudeo sup h̄o
q̄ tu qui in seruicio xp̄i et matris
sue tempus tuū expendisti. ad tāta
miseria deuenisti. q̄ tu qui solebas
alios pasce. fugis in aliena terrā.
ut possis ibi mendicare. Sꝫ si velles
in seruire fuere te diciorē q̄ua
vnqꝫ fueris et honoraciorē. Ille
hec audiens desperās dyabolo se
seruiturū p̄misit. et ei homagiū
fecit. et ad suggestionē eius deū
et baptismū negauit. Et dyabolus
p signo sine dolore aliquo fecit ei vnū
foramē q̄si nativū in brachio. et p̄ea
duxit eū ad locū quēdā in nemore.
et sublata t̄ra et lapidibꝫ latis oste
dit ei maximū thesaurū. et dixit
ei ut quociens vellet veniret illuc
et acciperet inde ad libitū suū. Et ille
ita fecit. et possessiones imensas
emit. et in cooperimentū sui erroris
clericos et p̄sbiteros et paupes pa
uit. sicut solebat in solēpnitatibꝫ
b̄te virginis. Contigit aūt semel
cū clerici comedissent in domo sua
et magna multitudo paupeꝝ ante
domū cōgregata eet p elemosina.
q̄ aliqui magni et fortes ribaldi ce
perūt turba paupeꝝ irrumpe. ut
possent ante alios elemosinā reci
pe. Qui irruentes cū impetu q̄n
dā paupculā mulierē ita compres
serūt q̄ filius suus q̄ portabat
de brachiis eius auulsꝰ fuit. et
ad terrā corruit. et sub transeuntiū
pedibꝫ p̄stratꝰ obiit. q̄ turba desce
dente mulier supstit. Quā ille
diues h̄c omīa uocauit. et petiit
ab ea si multū diligeret filiū dum
viueret. Et illa. diligebā eū m̄p
eū post deū sup omīa. Sed ex

quo placuit deo in substancia eum re-
gratior ei super hoc esse non possum: quia
dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino
placuit ita factum est sit nomen domini
benedictum. Tunc dives ille data
sibi pecunia pro filii intumulacione
et pro sua sustentacione cepit in corde
suo ex comparacione illius mulieris
semetipsum arguere et eo quod illa muliere in
tanto infortunio deum benediceret
et regraciaretur. ipse in minori deum
negaverat et desperaverat et
dyabolo homagium fecerat. Et dum
cogitans periculum suum esset in magna
cordis agonia: contigit duos fratres
minores transire coram domo sua. Quibus
ad se accersitis: usque in crastinum eos
retinuit. Et illis secum discumbentibus
in medio ipsorum se posuit: et pre
nimia desolacione non poterat comedere
nec bibere: nec illa nocte po-
tuit quiescere nec dormire. Fratres
autem bene adverterunt eius desolacio-
nem: et confortaverunt eum prout
potuerunt. In crastino ante com-
pulit eos iterum remanere usque ad
prandium: dicens se prius cum eis
locuturum. Quibus ad ecclesiam euntibus
primo corpus celebraverunt. et alius predi-
caverit: et ipse de ostio ecclesie verbum de-
i ita excellentissime predicante
audivit: et quanto citius plus audiebat
et cor eius plus conterebatur et pe-
nitebat. Post prandium vero premisso
armigero suo cum canibus qui causa
venacionis. ipse solus cum fratribus
intravit nemus: et narravit eis
causam et processum vite et captivita-
tis et apostasie sue: cum lacrimosa
et humilima et amarissima contricione
et confessione confortatus ~~est~~ et abso-
lutus fratres abire permisit. Fratres autem
quam cito fuerunt semoti ab aspectibus
eius ponentes genua in terra dominum
affectuosissime oraverunt: ut aliquod
signum illi diviti ostenderet. per quod ipse
peccatum suum sibi dimissum non dubitaret.
quorum vota deus exaudivit. Nam
cum ipse solus rediret vidit dyabolum
super quandam arborem in specie iuvenis ter-
ribiliter eiulantem et lacrimantem et
se cum pugnis tundentem. et capillos
suos avellentem. et cum nomen suum et
causam doloris ab eo quereret. videns se
esse dyabolum et dolere quia perdiderat
hominem suum qui in eodem nemore sibi
fecerat homagium. et querens ab eo
an ipse esset audivit. Extende mihi
brachium tuum et videbo si tu es ille
homo. quo denudante brachium suum
cum timore nullum vestigium foraminis
impressi apparuit. et dyabolus sub-
vertens arbores quasi fulgur per nemus
fugit. et ille peccatum suum per hoc dimis-
sum intelligens letissimus ad propria reme-
avit. et vitam suam in sanctitate magna
consummavit. Ecce qualis panis ubi dei
confortat in tribulacione. Rogemus
dominum ut ita faciat nos degustare
panem divine doctrine ut fortificati
et confortati hoc pane nunquam omnino
sint ea male contingant. et nisi sic
timeatur minatur tormenta gehenne.

dno pistes tollitur asperitate et datur
laborem. non enim frangantur aliqua tribu
latione. sed per viam patientie perveniant
ad regnum glorie amen.

Panem nostrum cotidianum da
nobis hodie. Secundo dico
quod panis verbi dei confortat
in bona operatione sicut psalmus perhibet
dicens. et panis cor hominis confirmet.
Frequenter enim contingit quod aliquis qui diu
bonam duxit impulsus ab aliquo mundi
vel carnis vel dyaboli temptatione vult
vitam suam bonam deserere et seipsum pro
exponere. sed qui venit ad sermonem et
accipit verbi dei refectionem vel aperit
secrete alicui sancto homini. et secundum deum
sapienti suam temptationem. ex consolatione
verbi dei cibatur et spiritualiter fortificatur
et cor eius superata temptatione in bona
vita et in bono proposito et in dei ser
vicio confirmatur. ad modum illius qui ex
labore vel fame est nimis fatigatus.
et ex degustatione panis vel alterius
boni cibi recreatur et reuigoratur.

Exemplum. Exemplum de quodam novicio clare
vallensi tempore beati bernardi abbatis qui
totis viribus serviens omnibus monachis.
non poterat gratiam eorum acquirere. nec
aliquid facere quod posset alicui placere
propter quod cum fine anni veniens ad
beatum bernardum dixit se velle recedere.
quia videbatur sibi quod amitteret tempus et
laborem suum infructuose: quia servi
cium suum nulli erat acceptum. Cui beatus
bernardus. Sic recedas fili: quia vere
credo quod tu plus meruisti in hoc anno:
quam ego meruerim toto tempore quo fui
in religione. Tu enim servisti deo
quasi de tuo proprio: qui non meruisti
apud homines gratiam. tu propter gra
tiam dei noluisti dimittere religionem
tuam. et habuisti in vobis et infirmi
impugnatione patientiam. Ego autem
servivi deo non de meo sed de suo:
quia dedit mihi gratiam apud homines quam
quidam falsam saporare et dulcifi
cante meos labores. Unde in quantum
infirmo et fragili non dedit hanc
temptationem quam tibi: sed dedit in michi
quandam complacentiam et dulcedinem.
ut sicut infirmus onus religionis fa
cilius portarem. tibi autem quasi robusto
et virilis animi dedit hanc temptatio
nem ut placeret tua virtute. et subtraxit tibi
ad tempus hominum gratiam: quia volebat quod
servires ei de tuo conamine quasi de
proprio capitali. Quo audito ille no
vicius confirmatus verbis sancti quasi
quodam pane spirituali in abbatia rema
sit et in dei servitio vitam finivit.
Dico quarto quod aliter panis verbi dei
vivificat resuscitando a peccati morte
et confortat in tribulatione et tempta
tione et confirmat et corroborat
in bona operatione quam confirmationem
concedat nobis xpistus amen.

Panem nostrum cotidianum
da nobis hodie. Tertio
dico quod panis doctrine
illuminat in vera fide. et in agendorum
cognitione secundum illud psalmi. Decla
ratio sermonum tuorum illuminat. et
intellectum dat parvulis. Parvuli
coram deo sunt illi qui humiliter audiunt.

verbum dei fratrem. Lucerna pedibus meis verbum tuum domine pedes autem sunt cognitio et voluntas. Illuminat ergo verbum dei pedes parvulorum id est cognitionem et affectionem humilium ad cognoscendum que sunt credenda id est articulos fidei. et que sunt agenda id est precepta dei. que sunt fugienda id est peccata et opera dyaboli et concupiscentie carnis et mundi. que sunt timenda id est pene inferni. que sunt speranda id est gaudia paradysi. ad hec omnia cognoscenda illuminat mentales oculos parvulos verbum dei. Dicitur enim nos videmus corporaliter quod ex nimia aromaticitate et fumo caligant oculi corporales. et ex cibo sumpto fiunt limpidi. Sic illi qui pane sacre scripture vivo autem numquam degustant circa credendorum vel agendorum cognitionem cecutiunt et errant. secundum quod dominus in evangelio dixit saduceis qui non credebant resurrectionem Erratis nescientes scripturas neque virtutem dei quia sicut dicit apostolus Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Illi vero qui pane scripture consueverunt degustare frequenter et devote illuminantur inde ad cognoscendum deum et ea que dei sunt hic per veram fidem. et inde perducuntur ad cognitionem illa que erunt in futuro per manifestam visionem. Cognitio autem per veram fidem hic facit hominem in presenti bene vivere. Cognitio autem eius quod erit in futura vita per manifestam visionem faciet hominem in futuro beate vivere et ad utramque visionem perducit panis sacre scripture. Et hoc aperte signatum fuit in duobus discipulis euntibus in emaus quibus dominus post resurrectionem suam in specie peregrini in itinere apparuit et incipiens a moyse et omnibus prophetis scripturas que de ipso erant eis aperuit. et ut ostenderet eis in misterio quod ipse ostenderat ore proprio. dicitur ibidem quod ipso epulante cum illis ipsi cognoverunt eum in fractione panis. Panis autem spiritualis spiritualiter quem sacra scriptura non nimis subtiliter sed manifeste intelligibiliter et secundum capacitatem audientium exponitur. et tunc populus in dei cognitione illuminatur et ad vitam eternam disponitur. quia sicut dicit christus in evangelio beati iohannis. Hec est vita eterna ut cognoscant te deum verum. et quem misisti ihesum christum. Complacet mihi super hoc recitare quoddam exemplum quod inveni scriptum in hunc modum. Quidam magnus predicator verbi dei fervore fidei succensus transfretavit ut infidelibus predicaret. et cum in civitate quadam sarracenorum predicasset fidem christi quendam magnum virum illius civitatis convertit. qui in brevi ita perfectus fuit in doctrina fidei et sanctitate vite quod dictum est ei a domino ut iret ad predicandum infidelibus verbum dei. Tunc egressus est nesciens quo iret et ascendens quandam navem voluit veri ventorum officio. Sed dimisit eam deum regimini gubernandam. Tandem applicuerunt ad quandam insulam paganorum. in qua erat quedam magna civitas quam ingressus invenit Exemplum

regem eius in aula cum suis philoso
phis conferente. Cum quibus cum fide
xpi instaret ac vivacissime predicaret
unus ceteris sapientior insultans ei
cepit fidem xpi deridere. Tunc predicator
conversus ad dominum coram illis cum lacrimis
dixit. Obsecro te cuius fidem credo et
predico ut ostendas hic signum eviden
tibus quis ex nobis falsidicus sit vel
verus. Statimque ille suffocatus expi
ravit. Tunc alius dixit. Saltem
quomodo credere verbis meis. Tunc ter
tius rex dixit. Non possum tibi per
fecte credere nisi ostenderis michi aliud
signum. Tunc ille. Ego inquit tibi visio
nem ostendam quam in sompnis vidisti
et nondum eam alicui revelasti. Et
postea ostendam tibi continuo que sit eius
interpretacio. Tu vidisti non casu sed osten
dente tibi altissimo deo. Duo lilia cres
cere de terra que in principio fuerunt
pulchra valde. Sed postquam orta sunt
preciosa. continuo aruerunt et ex eorum
radice plures rose sunt exorte que
omnes erant coloris marcidi. Sed in su
mo earum crevit rosa unius coloris atque
pulcherrima. ex qua egressa est yma
go pueri ultra modum aspectu admi
rabilis et decori. Contra quam ymaginem
pugnavit serpens visu terribilis et
vulneravit eam in omnibus membris. Ser
pens tamen in pugna cecidit et
ultra non surrexit. Cum vero tu contrista
tus de puero nimium doleres puer
subito surrexit et te vidente sursum
altissime conscendit. Cum in tantum
qua te ulterius videri non patitur. Hec
fuit rex tua visio. et ecce eius inter

pretacio. Duo lilia de terra crescentia
sunt adam et eva que lilia de paradiso
terrestri in terram proiecta sunt quia cito
peccaverunt et preceptum creatoris
sui transgressi sunt. Ex quibus orte sunt
rose marcide id est omnes persone commu
niter orte sunt de eorum propagine que omnes
nascuntur originali peccato infecte. Rosa
vero pulcherrima que in summo radicis
est orta fuit virgo maria de stirpe
patriarcharum et regum et pontificum
nata. et antequam nasceretur a peccato
originali sanctificata et mundata est.
Ymago pueri de illa pulcherrima
et altissima rosa egrediens est xpus
de virgine nascens. Serpens pug
nans contra puerum est dyabolus confligens
contra xpm. et hec pugna fuit incho
ata in xpi nativitate et finita in
eius passione et morte quia toto
tempore xpi decursus non fuit nisi quidam
cum antiquo hoste conflictus. In hac
pugna serpens sine revocacione ceci
dit quia dyabolus a xpo in morte
sua superatus contra ipsum non prevaluit.
et illos quos tenebat captivos in suo
sine recuperacione perdidit. Puer vero
nulla pugna cum serpente in terra cecidit
sed cito surrexit et die quadragesima
post resurrectionem suam in altum id est
in celum presencialiter regnaturus conscen
dit. et humanis aspectibus mortalium
ultra non comparuit. His auditis
rex ille xpo credidit et baptizari
se fecit. Et sic patet qualiter primo
verbi dei quem ille predicator primo xpo
per os predicatoris illi regi [illegible]

bunt ipsum in vera fide illuminavit. Et
sic est tercius effectus panis doc-
trine videlicet quod panis ille illuminat
in credendorum et agendorum et fu-
giendorum et timendorum et speran-
dorum cognitione. Quod nobis concedat
Christus Amen.

Panem nostrum cotidianum da
nobis hodie. Quartum dico
quod panis doctrine delectat
in frequenti degustatione et assuefactione
sicut patet in aliquibus religiosis et be-
ginnis et popularibus agricolis et
mulierculis qui ita delectantur in de-
gustatione huius panis id est in audi-
tu divini sermonis quod non possunt inde sa-
ciari nec fastidiri. Sed desiderant co-
tidie huius panis nova ministratione
refici. Unde sic est panis desidera-
bilis cuius defectu plangebat ille qui
dicebat: panem desiderabilem non comedi.
Et in Genesi dicitur: Aser pinguis pa-
nis eius. Aser significat quemlibet fidelem
christianum cuius panis est pinguis id est
verbum dei quod impinguat animam devotione
et saciat interna dulcedine. Quantum
delectet panis iste cor devotorum patet
per quoddam exemplum quod inveni scriptum
in hunc modum. Episcopus cuiusdam
civitatis misit carnes quibusdam re-
ligiosis in septuagesima quibus para-
tis distribuerunt. Sed prius quam cibos
sumerent sicut mos erat eis de verbo
dei collationem habuerunt in cuius dulce-
dine in tantum delectati sunt quod cibum
sumere obliviscentes obdormierunt
usque in parasceven et pluribus inten-
ad eos causa devotionis confluentibus
cum nullum ibi audiret credebat eos
ob reverentiam quadragesime devotioni
et orationi insistere et colloquia secularium
declinare. Sed cum iam in parasceve vi-
sitantes ecclesias illuc venissent clau-
sas ianuas invenerunt. Et cum pulsan-
tibus nullus aperiret admirantes cum scalis
desuper intraverunt et videntes mensas
et carnes desuper positas et eos de-
super dormientes non excitaverunt eos.
Sed intimaverunt hoc episcopo. Episcopus motus
super hoc cum aliis accessit ad locum et
invenit sicut fuit sibi relatum et putans
quod obdormissent pre ebrietate cla-
mavit: Surgite surgite. Ad cuius vocem
surgentes interrogati ab eo cur carnes
preparassent tali tempore, responderunt quod dies
erat septuagesime in qua faciebant
suum carnisprivium. Et carnibus quas
eis miserat paratis paululum obdor-
mierant in verbi dei collatione. Episcopus
autem vocans armigerum qui in septuagesima
attulerat eis carnes ex parte sua
valde inquirit et diligenter considera
utrum hee sint carnes quas misi eis
per te in septuagesima. Quo reversus
easdem esse carnes verissime intimavit.
Tunc episcopus dixit eis ut abstinerent
a carnibus usque in die pasche insinuans
eis quod dies erat parasceves. Carnes
autem super mensam erant recentes et
sane. Sed quam cito erant de mensa remo-
te statim in pulverem sunt redacte. Ecce
quemadmodum delectatur corda devotorum
panis sacre scripture. Et si loqui de eo
tantum delectat in hac mortali vita

possimus cogitare quantum delectabitur videndo ipsum facie ad faciem in illa celesti gloria. Hic ergo patet de quatuor proprietatibus panis doctrine id est qualiter verbum dei vivificat. confortat confirmat illuminat et delectat. Sed pro dolor quia hodie verificatur illud quod dicit Jeremias propheta in trenis. Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis. Parvuli id est simplices et minuti populi petunt panem id est verbum dei spirituale refectionem. et non est qui frangat id est qui verbum dei iuxta capacitatem auditorum plane intelligibiliter et utiliter exponere sciat. quia cum totus mundus plenus sit religiosis et prelatis et sacerdotibus tamquam patribus spiritualibus. tamen valde rarus est inter eos qui panem sacre scripture spiritualibus filiis id est fidelibus populis sciat distribuere quia hodie verificatur inter nos illud verbum propheticum. Erit sicut populus sic sacerdos. et quia pauci sunt qui frangunt populis panem sacre scripture in ecclesia. inde est quod frangunt eis panem pravitatis heretice et false doctrine furtive et in abscondito. et potat ymo potionat eos aquis furtivis id est falsis doctrinis procedentibus de fonte diaboli. De quibus aquis et de quo pane dicit Salomon. Aque furtive dulciores sunt et panis absconditus suavior. Vere dulciores sunt aliquibus qui cicius credunt hereticis et vetulis carminatricibus et divinis et sortilegis quam predicatoribus sanctis. Hic est ergo secundus panis id est doctrine de quo possimus intelligere illud quod nos petimus in oracione dominica cum dicimus panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et est sensus. O pater celestis da nobis hodie id est in presenti vita quam volumus de die in diem et que non est nisi una dies brevissima si comparetur ad eternitatem. Da nobis inquam panem nostrum spiritualem id est verbi dei refectionem cotidianam id est qui necessarius est nobis cotidie. quia sicut corpus indiget cotidie pane corporali sic spiritus cotidie eget pane spirituali. ne propter defectum huius panis contingat ei illud daviticum. percussus sum inquit sicut fenum et aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum. Sicut enim fenum percussum et abscisum a radice sua desinit viridere et arescit sic cor hominis nisi innutriatur spiritualiter pane verbi dei per subtractionem divine gracie moritur et desiccat et vigorem boni operis perdit. Da ergo nobis domine hunc panem ne veniat super nos illa terribilis comminacio quam facit dominus per quendam prophetam dicens. Mittam famem et sitim in terra non famem panis nec sitim aque. sed famem et sitim audiendi verbi dei. Hic ergo patet de secundo pane id est de pane doctrine. ¶ Rogemus patrem celestem ut faciat nos per fenestras aurium ita recipere panem hunc audiendo attente et masticare et ruminare cogitando sollicite et decoquere in ventre memorie cum igne caritatis continue et incorporare

complendo opere ne defectu huius ali
menti contingat nos spiritualiter infir
mari et mori. quia infirmus qui alimenta
recipit mortem non evadit sic qui recipit
spiritualia alimenta spiritualiter moritur
et in anima. Sic ergo det nobis deus hanc
spiritualem escam recipere ut sit nobis cibus
sanitatis et vite spiritualis et eterne ~~am~~

Panem nostrum cotidianum da
nobis hodie. Tercius pa
nis de quo facimus mencionem
sacrosanctus est panis eukaristie et
ille panis est corpus christi verum in
utero virginis formatum et pro nobis
in cruce suspensum et mortuum et a
mortuis suscitatum et ad celos ele
vatum. quod cum suo sanguine sumitur co
tidie in altari sub specie panis et vini
et sumitur corpus et sanguis christi
sub hac duplici specie ad significandum quod
sicut panis fit ex purissimis gra
nis et vinum ex purissimis acinis
sic christi corpus et sanguis sumptum fuit
ex purissimis membris et purissimo
sanguine beate virginis. Et sicut
bonus panis et bonum vinum super omnes
alios cibos corpus ~~nutriunt~~ nut
riunt et sustentant. Sic corpus et
sanguis christi super omnes alias refecti
ones spirituales nutriunt et sustentant
animam christianam qui bene disponit se
et preparet ad recipiendam hanc glo
riosissimam escam. Sustinet namque et
nutriunt eam dum est in itinere et pe
regrinatione huius vite. donec perveniat
ad eternam patriam in ~~re~~ qua recipi
et hanc escam sine velamine quam
modo recipit velatam panis et
vini specie. Et ideo panis iste dicitur
eucharistia id est bona gratia. quia in
hoc sacramento non solum datur gratia ad
aliquem effectum sicut in aliis sacra
mentis. ubi gratia. sicut baptismus valet
principaliter contra culpam originalem
et sic de aliis. Immo recipitur veraciter
in hoc sacramento dominus ihesus christus verus
homo et verus deus verus dei patris
et verus marie virginis filius qui est fons
et originale principium omnium graciarum.
et de hoc pane dicit ipse verus panis
scilicet dominus ihesus christus in ewangelio.
Panis quem ego dabo caro mea est pro
mundi vita. et beatus paulus in epistola
prima ad corinthios. Calix benedictionis
cui benedicimus nonne communicatio est sanguinis
christi et panis quem frangimus nonne est
participacio corporis domini. Sciendum
autem quod ad hunc panem benedictissimum
salubriter recipiendum requiruntur quinque.
debet enim se homo diligenter preparare.
cum fide accedere. cum timore suscipere.
cum devotione masticare. per veram dilec
tionem se eidem incorporare. Primo
dico quod ad hunc reverendissimum panem
recipiendum debet se homo diligenter
preparare et hoc per diligentem consciencie
examinacionem et discussionem. ne
habeat aliquam mortalem culpam in se que
possit offendere oculos maiestatis
divine. Iste enim panis est naturaliter
medicina spiritualis. Et sicut nos
videmus quod medicina corporalis plus
noceret corpori quam prodesset nisi prius homo
aliquod competens preparatorium recepe
rit. sic est de isto pane qui est

medicinam dãpnacionis. quia recipiens ipm
spũaliter se inficit et in piculo et
ne mortis se ponit. nisi prius modo
debito se pparauerit. Interficit inquã
se nõ ppter viciũ ul' nocumentũ quod
sit in hoc benedictissimo pane. s
ppter negligenciã ipsius recipientis
et ppter defectũ pparacionis debite que
debuissent pcessisse et hoc est qđ dicit
aplus in epla pma ad corinth. pro
bet seipm homo et sic de pane illo edat
et de calice bibat. pbet idest p
veram contricionem et cõfessionem con
sciencia sua et vitã examinet. qz
panis iste nõ est panis canum id est
peccatorum bestialiũ z irronabiliter vi
ucium. s est panis filiorum id est bo
norum xpianorum deum diligencium et
timencium et pcepta eius custodien
ciũ secundũ qđ dixit dñs in evangelio
mulieri chananee. Non est inquit
bonum sumere panem filiorum et mitte
re canibus. Filii sunt boni xpiani in cari
tate dei et pximi viuentes. Caritas
enim est signaculum speciale distin
guens inter filios dei et filios dyaboli.
Sicut enim bonus filius naturaliter amat
patrem et fratrem suum. sic bonus xpianus
qui vult esse filius dei amat deum
et pximum. Item filii sunt boni reli
giosi xpi vitam et opa imitantes.
qz secundum btm ambrosium. cuius opa
imitaris eius filius appellaris.
Vota autem xpi vite fuit in paupta
te et castitate et obediencia et
hec sunt tria vota religiosarum in

quibus ipi debent viuere et mori. Ca
lis igitur filiorum est panis iste et nõ
canum. Canes autem sunt superbi et in
vidi et iracundi ad modum canum se
inuicem corrodentes et mordentes.
Apostolus. Videte canes videte dissen
ciones. Item si adinuicem mordetis. vi
dete ne ab inuicem cõsumamini. Item
canes sunt infideles id est iudei et
pagani et heretici ad modum canum
contra veritatem incognitam latrantes.
natura enim canis est latrare semper contra
incognitos quantumcumque sint boni. Isti sunt
canes de quo dicebat xpus p os
psalmiste. circumdederunt me canes
multi cõsilium malignancium id est iude
orum et paganorum obsedit me scilicet
in passione qz iudeis accusantibus
et mortem eius petentibus ipse fuit a
paganis id est ab herode et pylato
et a militibus eorum et ministris fla
gellatus et morti adiudicatus et cru
cifixus. Item canes sunt luxuriosi
et gulosi ad modum canum statim post
pascha ad priora peccata et ad pris
tinas abhominaciones et ad cõsue
tas turpitudines sicut canes ad
vomitum et qñ sus ad sterquilinium
reuertentes de quibus dicit btus petrus
apostolus qđ contingit eis illud veri
pverbii. Canis reuersus ad vomitum
et sus lota in volutabro luti. Item
canes sunt pdones et feneratores
ad modum canum sanguinem et sudorem
pauperum lingentes. Pauper enim
homo qui est in manu usurarii est in

pt facie orocem illa qua fatebatur ipius per psalmista. Erue me inquit a framea deus animam meam et de manu canis vnicam meam quod dicit. Erue idest libera animam meam idest vitam meam a framea idest a morte et de manu canis idest vsurarii qui rapit et aufert mihi totum illud vnde debere vivere. Talis ergo canis idest talis peccator non est proximus eukaristie sed est filiorum idest bonorum xpianorum et bonorum religiosorum. Non est bonum dicit xpistus sumere panem filiorum et mittere canibus. Item ergo valet ad hoc sacrosanctum panem digne accedere presens preparet se et caveat ne sit de numero canum per aliquam culpam mortalem sed de numero filiorum per veram caritatem. De hac preparatione quomodo fuit figurata in veteri lege dicit ambrosius in officiorum libro. Castificabatur inquit populus per biduum vel triduum et lavabat vestimenta sua et non aliter accedere permittebatur. Sed si in figura tanta populo observantia indicebatur quanta in ipsa veritate sacerdotibus tenenda est. Disce igitur o sacerdos et levita quid sit lavare vestimenta ne inquinato corpore quo anima vestitur maiestate tanti misterii temerare presumas. Beatus Jheronimus in vitis patrum de beato eulagio qui cum videt quosdam de monachis ad communionem volentes accedere retinuit eos dicens An hac nocte habuisti fornicationis desiderium. An vero dixisti in corde tuo. Nichil interest sive iniustus sive peccator ad sacramentum accedat. Et alius dubitationem habuit in corde dicens Quando enim me sanctificare omnino potest. Hos ergo singulos removebat a communione sacramenti donec probatum per penitentiam et lacrimis purificaretur. Item idem refert de sancto machario quod eo tempore quo fratres ad suscipiendum eucharistiam accessissent. viderit in quorundam manibus provenientes ethiopes carbones ponere. corpus vero domini quod sacerdos inmiserat videbatur redire ad altare. Aliquos vero angelum domini cum manu sacerdotis ingerentibus ethiopibus sacra protecta dare. Iste tempore de sancto percimone perhibet quod quodam tempore dum sacrificaret vidit angelum domini stantem in cornu altare et quorundam nomina monachorum qui accedebat scribentem in libro quem tenebat Quorundam non scribentem. quos cum senior notasset vnumquemque seorsum disquesiuit et invenit in singulis mortale peccatum. Quos ad penitentiam exhortans tam diu cum ipsis flevit donec aliquando videret eos cum ceteris asscribi. Ecce quam periculosum est ad hunc panem celestem sine preparatione accedere cum propter defectum preparationis debite homo reddatur indignus scribi in libro vite. Hic ergo patet primum quod debemus facere si volumus digne accedere ad panem eucharistie quia sicut inventum est per auctoritates et exempla. primo debemus nos digne preparare. Quod nobis concedat qui sine fine vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Panem nostrum cotidianum
da nobis hodie. Secūdo
dico q̄ ad istū panem
sacratissimū debz homo
cū fide accedere. debet enim veraciter
credere. q̄ ex quo sacerdos in ecclia ca
tholica rite ordinatus sit cū sua
materia a xp̄o instituta id est pane
de frumento ꝛ vinū de vite et dicit
sup̄ pane ꝛ sup̄ vinū vba a xp̄o ad
hoc instituta id est sup̄ pane hoc ē
corpus meū. et sup̄ vinū. hic est
calix sanguinis mei. Hec sunt de sacra
menti necitate. omnia alia sunt de bn̄
ee addita p̄ solepnitate et pro sa
cramenti reuerencia. et tamē mortaliter
peccaret qui scienter ea amitteret.
q̄z contra statutū et cōsuetudinē ecclie
catholice faceret. quīus enim alia id est
introitus epistola ewangelium ꝛ cetera
nō sint de necessitate sacramenti id est sacramenti
sunt tn̄ de necitate facientis id ē cele
brantis. Dico g° q̄ ex quo sacerdos
sup̄ materia debita dicit vba debita
et mō illa q̄ sunt ad hoc necessaria
cū intencōe faciendi qđ facit ecclia
Hec enim sunt quatuor q̄ requirunt̄ in hoc
sacramento id est materia forma. ordo
et intencio. materia panis et vini. for
verbi. ordo p̄sbiteri. et intencio cōficiendi
Debemus credere q̄ q̄n cito sacerdos
dixit illa vba sup̄ pane et sup̄ vinū
statim de pane et de vino nichil ibi
remanet ſ; tota substācia panis cōu
tit̄ in substancia corporis xp̄i. et tota
substācia vini cōutit̄ in substācia san
guinis xp̄i. Remanet tn̄ ibi de pane
et vino accidencia id est odor. color
sapor et figura exterior et hoc triplici
de causa. Prima ē propter pusillanimitatē
cordis nr̄i. q̄z si xp̄s ostenderet se nobis
sicut ibi est. ita q̄ eū corporeis oculis
videremus recipe nō auderemus. Secūda
est propter incredulitatē ipsius iudeorum
et paganorum quos in multis locis
habitant xp̄iani q̄z si viderent nos corpus
vinū recipe irriderent nos et crudeles
et insanos reputarent nos. Tercia ē
propter qualitatē status fidei. q̄z modo
est status fidei. in futuro autem erit
status rei. status autem fidei debet ee
sub velamine. et status rei sub ma
nifesta visione. Status enim fidei ē
status meriti. et status rei ē status
premii. quia credendo meremur nunc ut
in futuro videndo premiemur. Si g° videremus
nunc in sacramento hoc dominū ihesum xp̄m
sicut ibi ē. meritū fidei perderemus. quia
si videremus eū ibi oculo corporeo nichil
ul̄ mereremur in credendo. Fides enim
nō est de hiis q̄ videntur. ſ; de hiis q̄
nō videntur. Et gregorius dicit q̄ fides
nō hēt meritū cui humana racio p̄bz
experimentū. Nunc autem qn̄ credimus
q̄ xp̄us quē nō videmus ibi veraciter
sit ibi mirabiliter meremur. Tamen qui
credit in eū veraciter dum ē in vita
ista. videbit eū manifeste in futura.
Et si tn̄ queris racionē quō hoc pos
sit ee. Dico q̄ hec sola racio sufficit
nobis scilz q̄ xp̄us ē verax et omni
potens. q̄z ergo xp̄us verax ē et
mentiri nō potest. credimus q̄ qn̄ xp̄us
in cena panē accepit et fregit et

dedit discipulis suis dicens Accipite
et comedite hoc est enim corpus meum.
aut ipse mentiebatur aut corpus suum
ibi erat. Sed ipse mentiri non poterat
quia deus erat. Ergo illud quod ipse tunc
suis apostolis et discipulis sub specie panis
tradebat corpus suum erat. Hec
enim racio fidei coniuncta que sumitur ex
hoc quod christus est verax. Alia racio sumitur
ex hoc quod christus est omnipotens. Sicut ergo
potuit de nichilo creare totum mun
dum. ita potuit et potest panem et vinum
transsubstanciare in corpus et sanguinem su
um. Et aliam racionem non ponit apostolus
ad corinth. ad inducendum nos ad
credendum istud sacramentum quod est insi
veracissimum et infallibile dei verbum
cuius auctoritas superat omnem intellectum
et humanum et angelicum. immo quod
plus est superat totum mundum. Dicit
enim sic apostolus in epistola ad corinth.
prima. Ego enim accepi a domino quod et
tradidi vobis. quoniam dominus ihesus in qua
nocte tradebatur accepit panem et gracias
agens fregit et dixit Accipite et
comedite hoc est corpus meum quod
pro vobis tradetur hoc facite in meam co
memoracionem. Similiter et calicem postquam
cenavit dicens. Hic est calix no
vum testamentum in meo sanguine. hoc
facite quocienscumque biberitis in meam
commemoracionem. Hec sunt argume
nta fidei que sufficiunt nobis ad proba
cionem huius sacramenti videlicet quod
christus erat omnipotens qui poterat
omnia facere et ideo potuit panem et vi
num in corpus et sanguinem suum convertere.

Item quod ipse deus verax erat et men
dacium dicere non poterat. Ergo verum di
cebat quando dicebat. hoc est corpus meum.
Item aliud ipse verax est in se se. ita est
verax in aliis. ergo sicut non potest
mentiri. ita non potest per se alios mentiri.
Sed ipse apostolis quorum locum tenent
episcopi. et discipulis. quorum locum
tenent presbiteri hoc facere in commemora
cione sui iussit. Ergo oportet quod eandem
virtutem dedit verbis illis in ore omnium
sacerdotum quam dedit illis in ore suo.
Aliter precepisset eis mentiri quod non
potest esse. quia ipse tamquam deus non potest
falli nec fallere. Nullo ergo modo debemus
de hoc sacramento dubitare. Sed debemus
ad hunc panem cum fide accedere. ne simus
sicut iudei increduli quibus cum dominus
dixisset eis Panis quod ego dabo caro
mea est pro mundi vita ipsi litigabant
ad invicem dicentes Quomodo potest hic nobis
carnem suam dare ad manducandum.
Et dicitur ibidem quod multi discipulorum
dixerunt durus est hic sermo quis
potest eum audire. et abierunt retrorsum
et nolebant cum ipso ire. Tunc dominus
dixit duodecim apostolis Numquid et vos
vultis abire. Et petrus qui semper
erat ferventior in fide pro omnibus respondit
Magister ad quem ibimus. Verba
vite eterne habes. et nos credimus et
cognovimus quod tu es christus filius dei.
Nota quod illi qui dubitant de hoc sac
ramento sunt peiores quam demones.
quia sicut dicit beatus iacobus apostolus.
demones credunt et contremiscunt.

Exm

Exemplu quodda narrat de q̄da incantatore qui cu ad petic cuiusda clici fecisset dyabolu venire in spe cuiusda iuuenis · contigit sacerdote transire cora domo in qua ipe erat cu clico et dyabolo · qui sacerdos cu cimbalo pcedente ibat cu corpe xpi ad comunicandu vnu infirmu · et statī au dito cimbalo dyabolus p gradus des cendit et flexis genibus pronus in tra corpus xpi adorauit · Et cu re disset et dixit clericus dyabolo · Quare adorasti illu que odisti ? Respondit demon · q̄uis no diliga eu · tamē velim nolim oportet me adorare eu · qr tu scis q paulus aplus in epla ad philippenses dicit · In noie dni ihu xpi omne genu flec tatur celestiu terrestriu et infernoꝝ id est angelorū hominu et demonu · Bene ḡo debemus crede xpm sub illa spe panis ee sub qua etia de mones coguntur eu adorare · Et q̄d angli adorent eu ibi · patet p q̄dda exemplu q̄d inueni scriptum sic · Monachus q̄da clareuallis in anglia pficiscens diuertit ab iti nere ad q̄nda ecclia ut ibi celebra ret · Completa vero missa q̄da re ligiosa mulier iuxta illa ecclia ha bebat cella sua ita q p fenestra sua vide poterat ad altare · Hec igitur vocauit ad se q̄nda de seruis p̄dci monachi inq̄rebat vnde eet monachus qui celebrauerat et dixit · Ex quo hic habitare cepi nlls

accessit ad hoc altare celebraturus cuius actiones circa scā no viderim manifeste · pterq̄ hodie qr tanta fuit hodie circa istu celebrante mul titudo cuiu signorū q no potui vide que fiebat sup altare pre multi tudine corpm · Bene ḡo debemus crede xpm ee in altari sub spe panis et vini · que credunt et adorant ibi etiā demones et angli · Dic ḡo patrem duo prima q debet fcere ille qui vo lunt gloriosu pane eucharistie digne recipe · qr debet primo se dili gent̄ pparare · Scdo cu fide acce dat q̄d nobis concedat · qui sine fine viuit et regnat deus p oīa secu la seculorū Amen · ꝯ ꝯ

Pane nostru cotidianu da nobis hodie · Tercio dico q ille qui prius dili gent̄ se pparauit ad pa ne eucharistie debet ipm cu timore suscipe · debet em semp time ne ali quid in ipo lateat q̄d oculis diuine maiestati displiceat · et ne sit aliq̄d pctm in confessione oblitus · ppt q̄d ipo pane celesti sit indignus · Si em beatus iohes baptista scificatus ab vtero sicut legitur in elḃ · timebat qn time bat ipm baptizare et no audiebat sanctu dei caput tangere · q̄nto magis debet treme homo qui no e sancti ficatus ab vtero · sed est totus in pctis conceptus et natus et nutritus et cotidianis pctis et negligēciis totus q̄si hereticus inuolutus et onera tus qui debet eu no solu manu

tangit. sed intra se recipe. Debet enim
timere illud verbum terribile quod dicit apostolus
in epistola ad corinthios prima. Quicumque man-
ducaverit panem vel biberit calicem domini
indigne reus erit corporis et sanguinis
domini idest ita peccabit sicut illi qui
corpus christi occiderunt et eius sangui-
nem effuderunt. quia dum recipit eum
in mortali peccato proicit eum in vas quod
est coram deo vilius omni luto. propter quod
contra sacerdotes luxuriosos dicit
beatus bernardus. Quid tu sacerdos lux-
uriose cum corpore christi qui per carnis
tue illecebrose luxuria factus es
membrum antichristi. Si enim in nudis vo-
lebat tangi manibus etsi in presepio
positus. quanto magis corpori suo vult
adesse mundicia iam in plenitudine
maiestatis et gloria sublimatus. ¶ Sa-
cerdos luxuria inquinatus iuxta filium
virginis ponit statuam veneris. et
dum ore execratissimo benedicit quasi
in faciem salvatoris spuit. cum vero
recipit quasi in lutum platearum eum proi-
cit. Cum timore ergo debet suscipi quia
secundum verbum apostoli qui indigne mandu-
cat et bibit iudicium sibi manducat
et bibit. non diiudicans corpus domini
idest non discernens ab aliis cibis.
Debet etiam timere non solum penam eter-
nam sed temporalem etiam quam carnales
homines plus formidant. quia fuerunt
frequenter puniti iusto iudicio dei illi
qui indigne accedebant ad corpus
domini vel receptum indigne custodiebant
post receptionem redeuntes ad peccatum.

Unde sequitur ibidem. Ideo inter vos multi
imbecilles et dormiunt multi. glosa
etiam morte corporali. ¶ Exemplum ha-
bemus super hoc in maioribus et minoribus
letaniis a beato gregorio papa romano
et a beato mammerto episcopo vie-
nensi statutis propter magnas morta-
litates hominum et mulierum que acciderunt
rome et vienne temporibus ipsorum propter
illos qui post pascha redierunt iterum
ad peccata sua. Non ergo recipiamus hunc
panem sicut fecit thobias de quo
legitur quod manducavit panem cum luctu
et timore memor illius sermonis
quem dixit dominus per amos prophetam. dies
festi vestri convertentur in lamentationem
et luctum. Certe istud verbum est illis
maxime qui diebus festivis recipiunt
indigne panem eucharistie. propter
quod notandum quod sicut eusebius refert
historia tripartita pontificum patrum illis im-
gebat sacrificandi officium quod naturali
simplicitate fulgebat iuxta illud
Cum simplicibus sermocinatio eius.
Ad misterium quod preparare debebat
discalciatis pedibus accedebat propter
illud quod moysi et iosue dictum est
Solve calciamenta de pedibus tuis.
locus enim in quo stas terra sancta est. Ex-
positionem huius auctoritatis require
supra in secundo sermone de sancti-
ficetur. Hic ergo patet qualiter debemus
panem hunc cum timore suscipere. quod
nobis concedat ihesus christus Amen

Panem nostrum cotidianum da
nobis hodie. Certo dico

q debem⁹ pane eucharistie cū de
uocōe masticare. Huius aūt panis
spūalis masticatio nō ē aliud quā
dnīce passionis q ibi repsentatur de
uota recogitatio. Sicut eni masti
cando cibū corpale nos voluim⁹
et reuoluim⁹ cibū int faucēs cor
pis. sic masticando istū cibū spūale
nos debem⁹ dnīca passione qm
istud sacramentū est memoriale memo
riarum volue et reuolue more
cordis. recogitando scz qualiter dns
ihc xpus qui veraciter in hoc sacro
continetur et eius passio veraciter
ibi repntatur. fuit p nob a discipulo
venditus et a iudeis emptus. Qua
liter ante passione cū discipulis
cenauit et pedes eorum lauit et in
illa dulcissima cena istud glorio
sū sacramentū instituit in quo usq
ad cosummacōem sctī reliquit se
ipm nobis sub spē panis et vini
ut eet nobis ipius rememoratiuū
et ad consolacōem fideliū suorum et
in ablucione pcōrū nrōrum et in ac
quisitōem pfectuum cotidianorum.
Item debem⁹ masticare id est int
faucēs cordis reuolue qualiter ipe
p⁹ cena in monte oliueti orauit.
et qualiter in agonia posit⁹ pter
ymaginacōem instantis passiōis
et mortis p omēs ptēs corpis sui
sudore pprij sanguinis fuit respers⁹
Qualiter iudas pditor cū manu
armatorū venit et ipm in osculo pa
cis tradidit. Item qualiter ab aplis

derelictus a satellitib⁹ ligatus et
cathenat⁹. Qualiter coram anna et
caypha pontificib⁹ et cora pylato
et herode pncipib⁹ fuit illus⁹ con
sput⁹ colaphis et alapis cesus ves
tibus spoliat⁹. ad stipite ligatus.
et usq ad effusione sanguinis fla
gellat⁹. et tande morti adiudicat⁹.
et postea educt⁹ de atrio pylati.
veste purpurea indut⁹. et p⁹ iterū
a tota cohorte illusus. facie velat⁹.
spinis coronat⁹. et sup corona spi
nea arūdine in capite baculat⁹ et
consput⁹. Item qualiter spinis et
punctis sanguis cū liuore faciei
pmixtus apparuit q lepsus. Postea
debem⁹ recogitare qualiter p⁹ sub omīa op
pbria et supplicia baiulans cruce
sua quod nō ē auditū de aliis latrōe
ad suspendiū est duct⁹. Item qualiter
p viros ciuitatis ihrlm fuit irris⁹
et a potatorib⁹ qui erāt in tabnis
et ab illis q erāt in plateis et ci
uiquis pclamat⁹ sic ipe dicit in
psalmo. Aduersum me insq loqbantur
qui sedebat in porta. et in me psal
lebant qui bibebat vinū. Postea
debem⁹ corde prosequi et conduce
ex ciuitate cogitando qualiter de ciuitate
ihrlm in qua sexta die ante id est
in ramis palmarū recept⁹ fuit
cū honore et gaudio fuit eiect⁹
cū magna vilitate et opprobrio.
Postea qualiter in monte caluarie
ubi decapitabantur latrones et
homicide et malefici fuit nud⁹

spoliatus et in cruce totus nudus levatus
et suspensus et toto corpore distentus
pedibus et manibus cum clavis ferreis
perforatus et cruci affixus. Item qualiter
a principibus sacerdotum et senioribus et
a multis per viam transeuntibus quia prope
viam erat locus ille et etiam a latronibus
iuxta ipsum ad dextram et sinistram
pendentibus fuit subsannatus et blas
phematus. Item debemus cogitare qualiter
inter suas blasphemias et inter illas pe
nales et extremas angustias que omnium
martirum supplicia superaverunt oravit
deum patrem pro suis crucifixoribus. et
qualiter dedit paradisum latroni penitenti
et confitenti. et qualiter ex pietate di
lectissime matris sue coram se languentis
et tabescentis ex compassione unigeniti
filii et talis filii quem videbat oculis
propriis coram se mori pro diris vulneribus
et amarius commendavit eam virgine
discipulo virgini id est beato Johanni quia
videbat super dolorem omnium parturien
tium cruciari coram se. Debemus preterea
cogitare qualiter ex creaturis sui compas
sione celi luminaribus eclipsatis et
tenebris de summis per universum orbe
diffusis inter angustias mortis ipse
clamavit hely hely lamazabatani
id est deus meus deus meus ut quid
dereliquisti me. hoc dicebat ipse
non ideo quod crederet se derelictum a divi
nitate a qua numquam post sui incarna
tionem fuit separatus. Sed ut ostenderet
quod acerba erat pena quam ipse secundum
humanitatem suam sustinebat a qua pena
divinitas humanitatem non defendebat

sed quasi derelictam pro nobis pati et
mori permittebat. Debemus cogitare
post hoc qualiter morti iam propinquus cla
mavit sitio et qualiter potatus fuit felle
et aceto. vel sicut dicit marcus evan
gelista vino mirrato id est cum mirra
que est res amarissima confecto et dis
temperato. Item qualiter post hec clama
vit consummatum est. et postea clamavit
iterum. Pater in manus tuas commendo spiritum
meum. et cum clamore valido et lacri
mis inclinato capite emisit spiritum.
Quo moriente tota terra contremuit.
velum templi scissum fuit. lapides scissi
sunt. sepulchra aperta sunt. et mortui
surrexerunt. Centurione etiam cla
mante vere filius dei erat iste. Item
post hoc cogitandum est qualiter iam mor
tuus fuit per latus translanceatus.
et exivit inde sanguis et aqua in
quibus virtute accipiunt sacramenta quibus
purificatur et salvatur christianorum ecclesia.
Item qualiter coram oculis matris sue depo
situs est de cruce. et involutus sudario
et sub lapide verus lapis inclusus
in sepulchro. et in fine cogitandum
est quales dolores et eiulatus susti
nuit beata virgo donec ipse fuit a mor
tuis suscitatus. Hec quanto brevius
potui perstrinxi de passione christi ut
sacerdotes simplices et ydiote sciret
qualiter panem eucharistie debent
spiritualiter masticare. passionis enim christi
recogitatio non est aliud quam huius sacra
menti spiritualis masticatio. Que passio
representatur in ipso. Unde quotiens passio
nem devote recogitare est panem huius

digne et spualit masticare et hoc
tangit aplus in epla sua pma ad
corinth ubi dicit. quocienscumque enim
manducatis panem hunc et calice
bibitis morte dni annunciabitis donec
veniat. Comestio hoc autem est ad
salute spualit hunc panem masticare
et devote recogitare xpi passione
Patet p quoddam exemplu quod invenitur
scriptu sic. Quidam laboris in extremis
in extasi ductus ad iudiciu vidit
cora iudice vitam sua et demerita
id est bona et mala sua ponderari
et demeritis ponderantibus exclamavit.
Heu miser quid facia et
reductus ad memoria qd sepe cogitaverat
passione et morte xpi, cum
magna devotione iterum clamavit. Dn
ad salute mea non mitto operu que
feci sed pono fide et devotionem
qua ad xpm crucifixum p nobis ad
eius passione et morte habui. et post
pauxillu clamavit iterum modo bn est
et sic emisit spm. Item debemus hunc
panem ut si alias tempe debemus a vanis
cogitationibus cavere. et vilia cogitare
spualit debemus ad hoc laborare tempe
misse. ubi p nobis cotidie offertur hostia
illa in qua consistit tota salus
nra et quod ita sit patet p illud quod
scriptu legitur in vitis patru. Daniel
p inthonius precepit pistoribus ut cu
oblaciones coquerent salutaria me
ditarent ut nichil vane loquerentur. Cu
hoc in monasterio tabennensi quidam viri
vu(l)tierunt factu bto pachomio divinitus
revelatu est. Cui protinus theodoru
mittens negligencia hanc velud

diuinu preceptu transgressione emendari
fecit. Ex quo patet qu(ant)u ideo
quod debemus panem eucharistie spualiter
manducare quod nobis concedat qui cu
patre et spu sco vivit et regnat. Amen.

Dixi tercio condicionem
debet nobis habere. Cuius
dico que debet se hoc sine
semper pam p veram dilectionem incorporare
quod nichil aliud est quam xpo vero
capiti et eius corpori mistico quod est ecclesia
se p inseparabile caritate unire. In hoc
enim differt cibus iste spualis a cibis
corporalibus. quia in comestione corporali
comedens incorporat sibi cibu vel
transubstanciat in corporis proprium. et
racio est quia maior est virtus cibantis quam cibi
In comestione vero hac spuali est econtrario
quia cibus iste id est xpus incorporat
sibi cibatu id est illu qui digne recipit
ipm. facit transire in seipm et
corporis sui mistici quod est ecclesia membrum.
et racio huius est quia in hac comestione
spuali maior est virtus cibi quam cibati
Et notandu quod sicut in comestione
corporali incorporacio fit virtute caloris
naturalis ita in hac comestione spuali
fit ~~corporalis~~ spualis et incorporacio
virtute veri amoris. qui est quidam calor
spualis. spualiter transformans et
transubstancians et convertens et uniens
amante in amatu scdm illud quod
dicitur in ewangelio. Qui adheret deo
scilicet p amore unus spc est cu ipso
Et hugo de sco victore in libro de
arra sponse. Scio aia mea si quid
diligis ipa vi dilectionis in eius similitudine
transformaris. Unus est enim homo

si veraciter recogitat excessivum amo
rem domini ihesu christi quem ad nos habuit
qui pro nobis tam acerba et opprobriosa
morte mori voluit. et amorem quem
nobis cotidie ostendit. dum sub tam
paruo pallio inter nos usque ad finem
mundi habitare dignatur. qui non debet
igniri totus et liquefieri et totus in
ipsum per amorem extatice transformari
etenim christo capiti et membris eius id est
omnibus christianis qui tenent fidem eius
per veram caritatem inseparabiliter uniri.
Propter hoc enim fuit illud sacramentum in
specie panis et vini institutum ad sig
nificandum quod sicut ex multis granis fit
unus panis. et vinum unum ex multis
acinis. sic eciam quod est unum corpus spiritua
le compactum et connexum glutino cari
tatis. et hoc est quod dicit apostolus in epistola
ad corinthios. Quoniam unus panis et unum
corpus multi sumus. omnes qui de uno
pane et uno calice participamus. De
nota quod inter participantes hunc panem
quidam incorporantur christo id est digne re
cipientes. quidam vero non incorporantur. sed
a christo magis elongantur quod dominus voluit
demonstrari in ipsa prima institutione huius sa
cramenti. quia apostoli qui digne rece
perunt christo per amorem magis incorporati
sunt. Iudas vero qui indigne recepit
ex ipsa receptione christi magis a christo elon
gatus fuit. quia ante receptionem huius
panis erat adhuc cum apostolis in christi
consortio. et adhuc monebatur ab ipso
post receptionem vero statim traditus
sathane foras exivit. et a christo penitus
recessit. Hoc idem patet in quodam ex

emplo quod inveni scriptum sic. Cum
quidam sacerdos missam celebraret. scolaris
quidam sibi assistens vidit in patena
tempore fractionis non panis speciem sed infan
tis. cuius vultus satis turbatus et indig
nabundus apparuit. quem cum sacerdos se
naret ut sumeret cepit ille infantulus
fugere mire et ne posset a ~~fer~~ sacerdote
sumi manibus et pedibus reluctari quod
videns dixit presbytero. Ate sum refu
gio. quia inde video quod abhorresco. qui
tunc infans qui vim passus visus est
ori eius potius imprimi quam inferri.
Cum autem ille scolaris vidisset sepius
idem sacerdos inter cetera dixit ei. Quomodo
eius sumis corpus christi cum tanta diffi
cultate recipio ipsum quod non sufficio ad
inviam. Cum scolaris pandens quod vi
derat. Consulo inquit tibi ut te cor
rigas et emendes. qui cum se corrigens
et emendans postea celebraret vidit
scolaris iunctis manibus et pedibus
cum magna velocitate illabi in os pres
biteri. Ecce qualiter ille sacerdos qui ad
panem eucharistie indigne accede
bat non incorporabatur ei spiritualiter et
tamen corporaliter et sacramentaliter ipsum
recipiebat. Cum vero digne accessit
spiritualiter incorporari meruit. Dicitur
hunc contigit in regno Francie. Cum
enim sacerdos in nocte natalis domini
de una villa ad aliam transiit ut more
consuetudinis ecclesie celebraret in media
nocte. qui in itinere obvians meretrici
cum ea iacuit et sic pollutus ad celebra
ndum missam accessit. Facta vero eleva
tione columba nivea ipso vidente de

Ex̄m

Ex̄m

celo descendens totum bibens quod erat in calice rostro suo et tulit hostiam usque deportavit eam. ille vero attonitus quid fieret nescivit. sed tamen propter vitandum populi scandalum missam complevit. sed hostia qua se communicaret non habuit. hoc idem sibi accidit in tribus missis dierum illius. Tandem compunctus ad quendam abbatem cisterciensis ordinis venit et ei confessus est. Ille nec volens provide virtute contritionis penitentiam sibi iniungere eam suspendit ad tempus et destitit iniungens ei ut missam iterum celebraret. Quo celebrante columba rediens tres hostias in rostro detulit et trium missarum sanguinem de rostro suo calici immisit et evolavit. Et cum sacerdos abbati retulisset et monachus vellet fieri monachus abbas primus iniunxit ei peregrinationem iherosolimitanam. et ut illic infirmis hospitalis triennio deserviret. quo facto rediit. et ab abbate monachalem habitum suscepit. in quo vitam sanctissime consummavit. Ecce qualiter ille sacerdos quamdiu fuit in peccato mortali vero pani incorporari non potuit. Cum autem factus est immunis a peccato statim incorporatus fuit. Hic nota quod quando dicitur missa quandoque plus incorporatur ille qui astat quam ille qui celebrat. et ille qui devote audit quam ille qui indigne conficit.

Ex. Exemplum inveni scriptum sic. Fuit virgo quedam sanctitate perspicua et bene litterata. que cum sacerdote suo populo in ecclesia audisset quod dicebat ubi communi fide catholica pignoracia protulisse

illa bene intelligens valde super hoc scandalizata fuit. sed propter populum tacuit. Sacerdote nec ad altare reverso cum diceret Orate fratres etc. illa in corde suo dixit. O mitissime deus in quam polluto vase recipiet hodie hic blasphemus corpus tuum. Et cum post agnus dei sacerdos vellet corpus christi recipere subito angelus domini accipiens corpus christi cum sanguine virgini deportavit. et dedit illi recipiendum reverenter. Sacerdos non turbatus et confessus accipiens calicem vacuum ablutis digitis propter scandalum populi. completa missa solo prostratus est coram altari. et cum super hoc quod sibi contigerat doleret et gemeret. virgo dulciter accedens ad eum de errore prolato suo blande corripuit. et de corpore christi ablato ab angelo et a se recepto seriatim reddidit ~~aperte~~ aperte cum. Hic igitur patet quod ille qui misse astat quandoque se christo plus incorporat quam ille qui celebrat. et quod sepe in missa plus proficit ille qui eam devote audit quam ille qui indigne conficit. E contrario non quandoque plus se incorporat ille qui celebrat quam ille qui astat quod patet per quoddam exemplum quod inveni scriptum sic. Cum sacramenta offerret beatus Malachias et appropinquasset et diaconus minister cum sacerdos ingemuit quod sentiret latere aliquid incommodum penes illum. et peracto sacrificio cum beatus Malachias percunctatus esset illum de conscientia sua confessus est ei diaconus se passum fuisse illusionem que solet dor-

mentibus accidit illa nocte. Cum beatus
malachias iungens preciosum non debue-
ras inquit ministrare hodie ad altare.
sed te sacris subtrahere videndo et
deferre tantis misteriis ut hac hu-
militate purgatus condigne dignius mini-
strares. et sic patet quod plus proficie-
bat in illa missa ille qui celebrabat
quam ille qui ministrabat quia melius dis-
positus erat. Dic ergo patet de tercio
id est de pane eucharistie qualiter debemus
nos ad illum diligenter preparare. cum fide
accedere. cum timore suscipere. cum devocione
masticare. et per veram dilectionem se eidem
incorporare. ¶ Et de hoc pane sicut
de aliis panibus precedentibus possumus
sic exponere illud quod nos petimus in
dominica oratione panem nostrum cotidianum
da nobis hodie. quasi diceret. Domine da
nobis hodie id est in hac vita que non
est nisi via qua ad patriam tendimus.
panem nostrum spiritualem viaticum quo in
itinere huius vite sustentati indigemus
ne deficiamus. Panem dico cotidianum
id est cotidie nobis necessarium. quia iste
panis est mente bene disposite id est
mente devote et existentis in statu
gracie et sine mortali labe cotidiana
esca. et est anime infirme id est
ad peccandum prone si digne reci-
piat cotidiana medicina. Est enim
anime digne suscipienti validissima
medicina contra peccata venialia que
quasi cotidie incurrimus quasi ex quadam necessi-
tate secundum illud psalmi. De necessitatibus
meis eripe me domine id est a peccatis
venialibus a quibus vix potest precaveri

cum homo fragilis et senis. Ideo contra
ad hunc panem medicinalem recurrere ha-
bemus. alioquin poterimus congregare tot
venialia in unum quod ita opprimunt nos
et submerget in barathrum sicut unum
mortale peccatum. non enim differt sicut
dicit augustinus utrum navis submergatur
per unum magnum saxum vel per harene mi-
nute acervum. ¶ Rogemus ergo dominum ut
det nobis ita hunc recipere ut ipse sit
nobis medicina corporis et anime. Amen.

Panem nostrum cotidianum da nobis hodie.

Panem nostrum cotidianum
da nobis hodie. Diximus
in precedentibus sermonibus
de tribus panibus principalibus quos petimus
in dominica oratione cum dicimus. panem nostrum
cotidianum da nobis hodie id est de pa-
ne nature. doctrine et eucharistie. Restat
panis de quo loquitur scriptura et quem nos
in eadem oratione intendimus petere est
panis glorie. Et sciendum quod ille idem
id est dominus ihesus christus qui est nobis in
presenti vita panis eucharistie id est gracie
in celesti patria erit nobis panis glorie.
Ille idem qui est hic panis hominum in futuro
erit et panis hominum et angelorum in quantum
sicut dicitur in psalmo. Panem angelorum
manducavit homo. ¶ Sed hic est
differentia eius panis ad se ipsum secundum
presentem et futurum statum. quia hic reci-
pitur sub velamine id est velatus
fidei enigmate et panis et vini
specie. illic recipietur sub manifesta visi-
one. hic recipitur quia a bene dispo-
sitis et male dispositis. illic a solis
bene dispositis. Hic recipitur aliquando

sumit pane ad salutem. aliqui ad dampna-
cione. illic nullus poterit ipsum recipe-
re ad dampnacionem. sed omnes ad eternam salutem
Hic recipitur temporaliter illic eternaliter.
Hic eciam ipso pane indigemus pane cor-
poreo. illic contenti solo ipso nullo alio
indigebimus nutrimento. Et sciendum quod
iste panis glorie in illa celesti patria
habebit ~~re~~ tres condiciones valde desi-
derabiles. erit enim ille panis sine de-
fectu saturans sine fastidio delectans
sine fine vel sine corrupcione vivificans.
Primo dico quod in illa celesti patria iste
panis erit sine defectu saturans quia
qui hunc panem in celo comedet nichil
ulterius sibi deficiet. nam in degusta-
cione huius panis per manifestum intui-
tum complebit omne desiderium et sanctorum
et angelorum. et ideo dicit ihesus christus
in evangelio beati luce. Beatus qui mandu-
cabit panem in regno dei. Ille beatus est
quia omnia desiderabilia simul habebit
et ideo sine defectu saciabitur quia
nichil ulterius sibi deficiet. sed totum
desiderium suum implebitur. habebit
enim unum bonum quod merito vocatur omne
bonum quia in respectu eius unius summi
boni quasi nichil est omne aliud bonum.
et ideo dicit salomon. desiderium iustis
et omne bonum aliud non esset beatus nec
in statu beatitudinis positus nisi bonis
omnibus esset plenus quia sicut dicit boecius
Beatitudo est status omnium bonorum ag-
gregacione perfectus. quia quamdiu enim aliquis de-
siderat aliquid quod habere non potest non
beata sed misera est. et ideo necesse est ut
beatitudo que ponitur in deliciis divi-
ciis et honoribus huius mundi sit fla-

et deceptoria secundum illud quod dicit
dominus per ysaiam prophetam. popule meus qui
beatum te dicunt ipsi te decipiunt. beatitudo
vero que est de deo et in deo est permanens
et vera secundum illud ubi psalmista Beatus
cuius deus adiutor eius. spes eius in domino
deo ipsius. et inter utramque beatitudinem
distinxit david propheta qui cum narrasset
ea in quibus putant beatitudinem iacere
amatores huius mundi idest filiorum
et filiarum pulchritudinem promptua-
riorum plenitudinem ovium et boum
fecunditatem et pinguedinem edificiorum
soliditatem. temporis tranquillitatem. Cum
hec omnia numerasset que vocavit beatitudinem
hanc falsam subiungit beatitudinem veram
dicens. Beatum dixerunt populum cui hec
sunt. beatus populus cuius dominus deus eius.
idest qui possidet deum ita quod ulterius
non timet amittere ipsum. et sic possident
eum illi qui in paradiso regno fruuntur
pane celesti. Beatus ergo qui manducabit
panem in regno dei. Qualiter in dul-
cedine panis celestis monstret per
quoddam simile. In quadam enim abbacia
que erat in medio cuiusdam nemoris fuit
quidam monachus qui multo tempore rogavit
deum ut daret sibi sentire aliquid de
dulcedine patrie celestis. et cum semel
post matutinum diceret oraciones suas in
claustro. audivit super quandam arborem
aviculam quandam cantantem dulcissime
et paulatim se elongantem et ad nemus
tendentem quam secutus per posticum quod-
dam quod erat in muro abbacie donec
avicula stetit super quandam arborem et
ipse stetit iuxta ipsam quousque avi-

cula tantum sibi duravit et recessit. tunc ipse audivit primam pulsari et rediit ad abbatiam. Sed cum vellet ingredi per posticum per quod exierat invenit ipsum muratum et circuiens muros abbatie venit ad primam portam et non cognovit ianitorem nec aliquem in abbatia nec cognitus est ab aliquo. et cum quereretur ab eo quis esset dixit se monachum illius abbatie esse et propter maturitatem exivisse et audito cimbalo pro prima statim redisse sed posticum per quod exierat muratum invenisse et quod videbatur sibi tota abbatia mutata fuisse. et cum quereretur ab eo quis esset abbas illo tempore quo exierat ipse nominavit eum. at illi scrutantes cronicam et epytaphium abbatum invenerunt quod centum anni essent elapsi dum ille monachus in cantu illius avicule fuerat occupatus. Hec autem avicula non est dubium fuisse unum angelum in tali specie missum ad implendum huius monachi desiderium. Si igitur auditus unius vocis angelice tantum pavit illum monachum reficiendo quod per centum annos non indiguit alia refectione. est ne mirum si intuitus et gustus manifestus illius panis celestis id est christi veri hominis et veri dei qui hac gemina natura id est humanitate et divinitate sua construxit nobis in se ipso quasi duo fercula in uno distribuit ex uno id est contuitu sue deitatis reficiamur interius et ex alio id est ex intuitu sue humanitatis reficiamur exterius. Est ne inquam mirum si ipse implebit et saciabit totum nostrum desiderium. Visio enim dei sicut dicitur quedam scena est ita delectabilis quod qui posset eum videre in inferno statim ~~infernum~~ infernus ei verteretur in amenissimum gaudii paradysum. Deinde igitur sicut dicitur quod beatus qui manducabit panem in regno dei.

Secundo dico quod panis glorie erit sine fastidio delectans in aliis enim corporalibus in hac vita appetitus dum non habentur parit cruciatum. propterea quod vero habentur sacietas parit fastidium secundum illud. anima saciata calcabit favum. In illo pane vero celesti appetitus parit summum delectamentum. et sacietas numquam parit fastidium. sed amplius provocat appetitum propter quod ipse panis divine sapientie dicit in ecclesiastico Qui edunt me adhuc esurient. et qui bibunt me adhuc sicient. Qui edunt me qui sum panis animas devotas et animas gloriosas sacians. et qui bibunt me qui sum fons eterna dulcedine inebrians et eciam calore nocivo refrigerans. adhuc esurient et sicient non defectu sed affectu. et hoc est quod tangitur in prima canonica nec deficiunt in illum quem prospiciunt. fruuntur nec fastidiunt quo fruuntur magis siciunt. Et propter hoc panis iste sine fastidio delectans figuratus fuit in veteri lege per manna quod dominus dedit populo suo in deserto de quo dicitur in libro sapientie Angelorum inquit esca nutristi populum tuum et paratum de celo panem prestitisti eis sine labore omne delec

tamen in se habentem et omnis saporis suavitate. Substantia enim tua dulcedinem quam in filios habes ostendebat et deserviens uniuscuiusque voluntati ad quod quis volebat convertebatur.

¶ Et nota quod in illa figura tangitur tria specialiter. quod ille panis est delectabilis quia sunt fruens societas dantis liberalitas et etiam omnimoda in cibo reperta suavitas ¶ Primo fruens societas. quia delectabilior et graciosior et sapidior est refectio quam hic accipitur in bona et amabili societate quam in alia et nos accipiemus panem illum in societate angelorum et omnium sanctorum quorum quilibet diliget quemlibet alium sicut se ipsum. et hoc tangitur in predicta auctoritate cum dicitur Angelorum esca nutristi populum tuum id est omnes sanctos ¶ Secundum quod reddit panem celestem delectabilem est dantis liberalitas. quia graciosior est cibus qui gratis datur quam qui venditur vel cum labore acquiritur. et ille cibus omnibus electis dabitur gratis et hoc tangitur cum dicitur prestitisti eis sine labore. prestitisti dicit non vendidisti et sine labore id est non cum multa sed cum momentaneo cordis vel corporis sudore ~~id est non cum multa sed~~ Omnis enim labor quem pro habenda eterna refectione sustinet sanctus in hac vita momentaneus est si comparetur eternitati. immo quasi nullus quia finiti ad infinitum nulla est comparatio ¶ Tertium quod reddit panem celestem delectabilem est omnimoda in illo cibo reperta suavitas. si enim cibus delectabilis est qui habet in se unum bonum saporem. nonne delectabilissimus est ille qui habet in se omnes sapores. et certe talis est panis celestis. habet enim omnes sapores non per essentiam. absit enim quod in cibo celesti requiratur vel inveniatur sapor carnalis qui ad nutriendam solam carnem corruptibilem et mortalem est utilis. sed habet omnem saporem per equivalentiam et per superexcellentiam. quia habet in se saporem qui perfecte satiat et replet et delectat animam et omnem spiritum rationalem. ita quod ipso gustato non egebit sapore alio. et hoc notatur cum dicitur habentem in se omne delectamentum ~~etc.~~ In manna enim quam quis in ore comedebat inveniebat quilibet saporem cibi quem volebat invenire. ubi Similiter in pane celesti inveniet quilibet talem saporem quod nunquam ulterius desiderabit nec poterit desiderare alium quam certus est quod nullo posset cogitare pane ut meliore.

¶ Exemplum quoddam possumus adducere ad hoc quod inveni scriptum in hunc modum In civitate que dicitur Suessionis gallice Seissons est ecclesia beate virginis in qua deus fecit multa miracula ad honorem sue matris et maxime curando illos qui cruciabantur igne sacro ad quam cum quidam puer ardens pedibus a matre sua fuisset adductus et ab ea liberatus. ipse puer postea volens iterum dictam ecclesiam visitare a matre non est permissus. et cum nullo modo a matre impetrare posset ut dictam ecclesiam visitaret. dixit precor deum et beatam virginem ut appellat [illegible]

infirmitas quod desiderium negatur
ad hanc vocem cepit igne tabefieri
concremari. tunc mater territa ad ecclesiam
beate virginis properavit cum infante. Sanitate
oratione facta coram altari beate virginis ob-
dormivit. et post spacium cum evigilasset se
invenit. et narravit se raptum fuisse
et vidisse beatam virginem supplicantem
pro ipso quem circumquaque ignis ille vas-
tabat. et optinuisse eundem a filio suo
sanitatem. qui etiam multa futura predixit
se in brevi moriturum. sed statim et pre-
cognovit. mirabile vero in illo claruit
quod cum litteras non didicisset, etiam ab in-
icio mundi hystoriam narravit et quasi
pigmatice dirigebat. Novum etiam
testamentum quod in libro legis per ordinem
recensebat. unde clausis oculis tem-
poralem lucem exosus dedignabatur cor-
porales cibos sumere. et vix dignabatur
aliquem videre. Tantam non gratiam de futuri
panis fame perfudit ut in candore et
claritate vultus eius quasi angelus appareret.

Hinc ergo patet quomodo delectat panis
glorie quod puer ille qui videndo subito
et quasi in transitu semel eum degustaverat
corporales cibos postea fastidiebat. Hec
est ergo secunda conditio panis glorie. quia
ipse est sine fastidio delectans quam
delectacionem det nobis experiri dominus ihesus
cristus Amen.

Panem nostrum cotidianum
da nobis hodie. Tercio
dico quod panis glorie est
sine morte vivificans quod non invenitur
in aliis alio cibo. Omnes enim alii cibi
quantumque saciant quantumque delectent tamen
immortalitatem dare non possunt. Sed iste
panis in patria omni fruenti eo dat vi-
tam eternam et immortalem. propter quod dicebat
dominus iudeis in ewangelio beati iohannis. Patres
vestri manducaverunt manna in deserto
et mortui sunt. Ego sum panis vivus
qui de celo descendi si quis manducave-
rit ex hoc pane vivet in eternum. Hoc de-
bemus intelligere de illo qui manducaverit
hunc panem in regno glorie. nam in hoc
mundo eo modo quo manducatur in altari
non potest tantum manducari quod oporteat
postea mori. Sed qui manducabunt eum
in regno celesti vivificabuntur per ipsum
ita quod ultra non poterunt mori. et propter
hoc panis iste significatus fuit ~~in me-
dio terrestris paradisi~~ per lignum vite quod
sicut legitur in genesi positum fuit in medio
terrestris paradisi quod habet hanc vir-
tutem quod omni comedenti ex eo prolongat
et perpetuat vitam corporalem. sicut patet
in enoch et helya qui creduntur in illum
in illum paradisum esse rapti et ibi reser-
vari usque ad adventum antichristi. etiam
per gustum illius arboris vivificari. De-
pore enim antichristi creditur quod sint ve-
turi de paradiso terrestri et contra antichristum
pugnaturi. Sicut ergo illud lignum perpe-
tuat id est prolongat vitam corporalem
in paradiso terrestri. sic panis glorie
id est dominus ihesus cristus et animas et cor-
pora vivificabit in paradiso celesti.
et ideo dicit salomon in proverbiis.
Fructus iusti lignum vite. Sensus est
Omnis iustus qui in hoc mundo bene
operando laborat non aliud fructum
de operibus suis expectat nisi ut

lignum vite id est dominum ihesum christum qui
vocatur lignum vite et panis vite in
celesti patria facie ad faciem videndo co-
medent. ita comedendo ipsum vivificabun-
tur in eternum. sicut enim dictum est supra. si quis
manducaverit ex hoc pane vivet in eter-
num. ¶ Sed nota quod non omnes erunt digni
hoc pane. quia illi qui hanc vitam mundi di-
ligunt. sicut sunt homines maliciosi et car-
nales vitam mundi toto amplectentes.
illi nunquam gustabunt hunc panem qui
dat vitam eternam. sed simplices et inno-
centes qui propter ipsum moriuntur mundo
illi vivificabuntur hoc pane in celesti
regno. De quibus dicit apostolus mortui
enim estis et vita vestra abscondita est
cum christo in deo. cum autem christus apparue-
rit vita vestra. tunc et vos apparebitis
cum ipso in gloria. ¶ Libet michi super hoc
Ex^m ponere duo exempla. que inveni scripta
sic. Quidam superior cisterciensis or-
dinis amans tenerrime infanciam sal-
vatoris recolebat frequencius qualiter
idem salvator pro nobis a beata virgine
conceptus et enixus et lactatus fuit
et nutritus. Cum propter hoc in gratiam sancte
simplicitatis et innocentie perfectam mi-
rabilis et amicus effectus beate virginis
hausit devocionis graciam habundanter.
Die igitur quadam dum in refectorio cum
conventu comederet raptus in extasi vi-
dit beatam virginem formam pulcherri-
mam et in manibus brachiis pulcherrimum pue-
rum portantem per refectorium intrantem
et ex simplicitate sua nondum intelli-
gens visione mirabatur qualiter mu-
lier contra institucionem et consuetudinem
illius ordinis refectorium ingredi

prospexisset. et credebat quod omnes vi-
derent quod ipse videbat. et cum ipsa coram
singulis portaret puerum venit ante ipsum
et ita prope quod puer suis pedibus fere
tangebat capucium eius nichil dicens. sed
in eum respiciens. Tunc superior porrigens
ei panem dixit. papa mi puer papa
id est comede. cui respondit puer. non pa-
pabo modo sed tu post tres dies papabis
mecum panem vite et hoc in regno meo
Quo facto disparuit visio et statim
infirmitas arripuit superiorem. qui post
tres dies iuxta condictum pueri ad dominum
migravit. paraturus cum ipso pane vivi-
ficante in eternum id est christum dominum deum ihesum
christum qui comeditur ab angelis et a sanctis
non gustu corporei dentis. sed intuitu
mundi cordis. ¶ Aliud exemplum inveni
scriptum sic. In abbacia quadam fuit
quidam parvus monachus qui coram ymagine
pueri quam tenebat ymago beate virginis
in quadam capella in manibus. diligens
tenerrime ex puerili simplicitate
et innocencia panem et alia cibaria
que habere poterat ei sepius ministrabat
et rediens postea in scutella nichil
inveniebat. Tunc flens rogavit pue-
rum ut sibi loqueretur et cum se comederet.
et ille nichil sibi responderet. Et abbas
monasterii qui latens in capella sepe
quietus oracioni insistebat hoc sepius
perspexisset. vocatum ad se puerum cum blan-
diciis cepit allicere et ab eo exquire-
re ut quid puer sibi diceret. et revelaret
quod puer se futurum promisit. Quadam
vero die cum predictus monachus staret coram
ymagine vox ad eum facta est dicens.

mandat tibi puer quem tantum diligis.
ut venire ad eius nuptias non mo-
reris. Cum puer videret se non posse ire
sine abbatis licencia. hoc abbati quid
tacius indicavit. qui consuetus tempus
mercedis recipiende pro laboribus ex
providencia quasi filius ad dominum in oratione manus
expandit. et pandens domino cordis
sui desiderium quod habebat eundi ad
suum consortium. interdixit parvulo ma-
gistro ne aliquo modo consentiret ire ad
nuptias dicti pueri sine ipso. Cumque
puer vocatus iterum se venire non posse
sine abbate diceret. responsum est ei
quod in die penthecostes cum inciperetur
hora tercia ympnus ille. Veni creator spiritus
ipse et abbas simul ad nuptias perve-
nirent. Cum igitur dicta dies advenis-
set abbas nichil dubitans de divino
oraculo ad puerum fratrem posuit et re-
invenit puerum iuxta se in choro. et quam
cito monachi dictum ympnum inciperent
ambo spiritum emiserunt. Et sic factum
est quod puer qui virgis puerorum volunt
pane corporis pasci. modo pascitur ab
ipso pane eterne vite cum suo abbate.
Dic ergo pater qualiter quotidianus panis
idest panis glorie sufficienter saciat.
infastidibiliter delectat. eternaliter bea-
tificat. Et hoc de pane sic potest
intelligi peticio illa quam nos facimus
in oratione dominica dicentes. Panem
nostrum cotidianum da nobis hodie.

Versus e. O domine pater celestis da
nobis filiis tuis a te per graciam adop-
tatis vel ad gloriam tuam predestinatis
hodie idest in tua eternitate in qua
non est nisi hodie idest dies eternitatis
et lux continua sine noctis et tene-
brarum interpolatione in qua non est heri
nec cras sed semper hodie. quia in eter-
nitate nichil est preteritum nichil fu-
turum sed omnia sunt ibi presencia. et sic
accipitur hoc adverbium hodie in psalmo
quo deus pater dicit ad deum filium.
ego hodie genui te idest ab eterno.
Hodie enim dicitur ut illa generatio credatur
semper esse presens et nunquam preterita vel fu-
tura. sed genui dicit et non gigno
ne credatur imperfecta. Da nobis inquam hodie
idest in eternitate panem nostrum idest
terrenum cotidianum idest quem cotidie
desideramus et ad quem cotidie bonorum
operum gressibus pervenire nitimur. Vnde
ergo patet de quo compleri pane quem pe-
timus in dominica oratione cum dicimus. panem
nostrum cotidianum da nobis hodie idest
de pane naturali. doctrine gracie. et glorie.
Quorum primus est bonus. secundus melior.
tercius optimus. quartus superoptimus.
et ideo unus evangelista dicit panem
nostrum cotidianum. Alius evangelista
ponit panem nostrum supersubstancialem.
idest super omnem substanciam excellen-
tem quod non potest ~~in~~ intelligi de primo
pane idest de pane naturali qui est
putribilis et corruptibilis. sed de aliis
panibus qui sunt spirituales et incorrup-
tibiles Et tamen timeo ne plures
sint qui plus intendunt petere primum
panem qui est cibus mortalis quam alios
panes qui sunt cibus mentis et anime
immortalis Et tales sunt similes illis
qui viso miraculo quod dominus fecit

qui de quinque panibus et duobus piscibus
quinque milia hominum saciavit. querebant
eum et volebant eum rapere et facere
regem ut sine labore suo daret eis
corporis pane. et de pane aie nulla
haberent sollicitudine. sed dominus abscondit
in monte et abscondit se non faceret
regem cum quia venerit propter hoc
in mundum ut vita et exemplo doceret
nos fugere et contempnere honorem
mundanum et appetere sempiternum. et
propterea dixit eis Queritis me non quia
vidistis signa. sed quia manducastis
de panibus meis. Rogemus dominum ut
det nobis panem nature et doctrine
et eucharistie dum vivimus ut post
mortem ad panem glorie pervenire possimus

Et dimitte ~~Amen~~
nobis debita nostra
sicut et nos dimit-
timus debitoribus nostris

Hec est quinta peticio orationis dominice in qua
nos petimus a patre omnipotenti ut amo-
veat a nobis vicium ire et det nobis
virtutem pacie. Nos enim petimus ut
dominus dimittat nobis debita nostra id est
peccata nostra sicut nos dimittimus debito-
ribus nostris id est illis qui peccave-
runt in nos id est contra nos. sed peccan-
tibus in nos nos possumus dimittere
nisi auferatur a nobis vicium ire et
detur nobis virtus pacie. Qui enim in
contumeliis vel iniuriis illatis sibi non
habet pacienciam sed portat in corde
suo rancorem et iram et desiderium de-
turbantibus accipere vindictam. non
dimittit suo debitori et ita dominus
nullum debitum id est nullum peccatum di-
mittet sibi. Quia in hac oratione homo stringit
se quadam caucione ad indulgendum
proximo ad hoc ut possit indulgenciam
mereri a deo frustra quoque dicit hanc
orationem qui habet in corde suo iram vel
rancorem contra aliquem. Sed forte tu
dicis quod dicendo dominicam orationem tu
interpones et omittes istam peticionem
orationis dominice scilicet et dimitte nobis
etc. et dices alias sed ego ad hoc
dico tibi quod tunc nichil tibi prodesset dominica
oratio quia non dices eam illo modo quo fuit
tradita a Christo. Sed forte ad hunc
dices quod propter istam peticionem tu dimittis
totam orationem dominicam quia non vis per ipsam ob-
ligare te ad dimittendum proximo et
alias orationes Ave maria Credo in deum
et septem psalmos vel psalterium. Tunc di-
co quod orando nichil proficies. quia contempta
ista oratione omnes alie non possunt tibi prodesse.
quia illa omnitur propter qua omnis alie con-
firmatur. Sed forte tu dices quod tu non
habes debita que tibi dimittantur a deo
vel que dimittas proximo. Contra dicit
augustinus quod non est homo qui non sit debitor
apud deum nisi qui numquam peccavit. et
quidem qui non sit debitor proximum nisi
in quo nemo peccavit etc. Iob dicit.
Nemo mundus a sorde. nec etiam infans
cuius vita unius diei est super terram. Beatus
iohannes evangelista dicit Si dixeri-
mus quia peccatum non habemus nos ipsos se-
ducimus et veritas in nobis non est
Augustinus dicit. audeo dicere si omnes
sancti essent in vita congregati possent
veraciter dicere domino. Dimitte nobis
debita nostra sicut et nos dimittimus

debitoribus nostris excepta sola beata virgine de qua cum de peccatis agitur nullam prorsus volo fieri mentionem. Nemo ergo credat se immunem a debito. Et quamvis iustus appareat iustus in conspectu hominum timeat super oculum dei iudicium et clamet cum timore ad dominum. Dimitte nobis debita nostra etc. Et ut hoc melius appareat sciendum quod quinque sunt que facere debemus et quibus si aliquid omittimus debitores idest transgressores et peccatores apud deum sumus. Debemus enim primo spem nostram in deo ponere. secundo prelatis obedire. tertio unicuique ius suum reddere. quarto iniurias ex corde dimittere. quinto a carnalibus illecebris abstinere. Primum sumus ex debito ad deum. secundum ad prelatum qui tenet super nos dei locum. tertium ad proximum. quartum ad inimicum. quintum ordinat homo ad seipsum. Dico quod primum debitum quod nos debemus est spem nostram in deo ponere secundum illud quod scribitur in libro paralipomenon. Cum ignoremus inquit quid agere debeamus hoc solum residuum habemus ut oculos nostros dirigamus ad te domine. bene dicit cum ignoremus quod enim homo peccando a luce iustitie superne recessit intro in tenebras ignorantie decidit quid agere debeamus. Ignoramus enim qualiter satisfaciamus de peccatis preteritis qualiter inter tot temptationum laqueos caveamus a futuris qualiter inter tot mundi fluctus et pericula perveniamus ad portum salutis. et ideo hoc solum residuum habemus ut oculos nostros dirigamus ad te domine. quia tu es qui potes dare de peccatis preteritis veniam. et propterea hoc David qui per adulterium et homicidium gravissime peccaverat oculos ad te levabat dicens. Ad te levavi oculos meos qui habitas in celis. Deinde. miserere mei domine miserere mei quia multum repleti sumus despectione. Item dirigimus oculos ad te domine quia tu potes dare temptationum victoriam et ideo levabat propheta oculos ad te qui dicebat Oculi mei semper ad dominum quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos idest cogitationem meam et desiderium meum qui sunt pedes anime per quos ipsa tendit sursum vel deorsum liberabit a laqueo temptationum. et in psalmo. In te eripiar a temptatione et in deo meo transgrediar murum idest temptationem peccati quia peccatum est murus dividens inter nos et deum secundum illud Iniquitates vestre murus dividens inter nos et deum. Item dirigimus oculos ad te domine quia tu potes perducere nos ad portum salutis idest ad celestem patriam quam tu ostendisti apostolis. qui in monte thabor transfiguratus coram eis ostendisti eis spem future resurrectionis qui postea levantes oculos neminem viderunt nisi solum ihesum idest salvatorem nostrum. Dicit ergo cum ignoremus etc. Sic ergo patet primum quod debemus idest spem nostram in deum ponere et non in homine quia tota scriptura clamat quod maledictus homo qui spem suam ponit in homine. et benedictus homo qui spem suam ponit in domino. Exemplum habemus de duobus

Exemplum

cecus qui fuerunt rome quorum unus
clamabat per civitatem. bene est adiutus
quem deus vult adiuvare. Alius clama
bat bene est adiutus quem imperator
vult adiuvare. Quod cum intonuisset
imperatori fecit fieri unum pastillum
fortiter coctum talentis aureis plenum
et ceco suo ad ianuam suam vociferanti
fecit illud dari. Qui recedens accep
to pastillo talentis aureis pleno.
obviavit alii ceco. a quo requisitus
si datum esset sibi aliquid ad ianuam impe
ratoris. respondit datum sibi esse panem
durissimum et ponderosissimum. quod
pastillum alius tractans inter manus
suas emit illud ab alio tribus dena
riis. et veniens ad uxorem suam fecit
illud aperiri et invenerunt talenta
auri ex quibus permutatis ditati sunt
et mendicare cessaverunt. Alius vero
cecus clamans per vicos sicut consue
verat ad ianuam imperatoris in crasti
no rediit et requisitus ab imperatore
quid fecisset de dato sibi pastillo respon
dit se illud alii ceco pro tribus denariis
vendidisse. Quod audiens imperator
repulit eum quasi male fortunatum. et
confirmavit sententiam alterius ceci quia
videbat melius est adiutus quem vult
adiuvare deus quam quem adiuvat quem ad
iuvat imperator terrenus. ¶ Secundum de
bitum quod debemus est prelatis obedientia.
quia sicut per inobedientiam paradysum
amisimus sic per obedientiam ad ipsum re
dire debemus. Et ideo habemus mandata pre
cepta prelatorum servare. quia ipsi tenent
super nos locum dei. et de hoc debito
dicit dominus in ewangelio beati luce.

Cum feceritis omnia que precepta sunt vob(is).
dicite servi inutiles sumus quod debui
mus facere fecimus. Quod vero prelati curati
vel corporis curatis preceperint specialiter virginibus
ieiunare. festa colere. ad ecclesiam veni
re certis temporibus. in cimiterio vel alibi
non corizare. choreas ducere. sortilegos
et divinos non consulere et sic de aliis.
obedire debemus humiliter. quia ad paradysum
recipiendum pervenire non possumus aliter.
Quam fructuosa sit obedientia patet
per hoc quod beatus anthonius totum plenum la
queis vidit. et clamans ad dominum ait
Domine quis poterit omnes ista laqueos
evadere et dominus respondit ei quod solus
ille evadere poterit qui verus humilis et
verus obediens fuerit. Quis autem de
beat reputari verus obediens osten
dit beatus bernardus qui dicit. Verus
obediens mandatum non procrastinat non
querit moras nec cunctatur de aliquo sed
parat aures auditui linguam voci
manus operi. pedes itineri. et sic totum
se recolligit ut mandatum perficiat
imperantis. E contrario quam periculosa sit
inobedientia patet in malis angelis.
etiam in parentibus primis qui propter sua ino
bedientia fuerunt de paradyso eiecti
et dampnati mali et maledicti quia ceciderunt
solo sua voluntate nullo alio sug
gerente. parentes non primi dampnati
fuerunt temporaliter. id est usque ad adven
tum christi. et hoc quia peccaverunt ad
suggestionem alterius id est dyaboli.
Hoc idem patet in chore et abiron.
quia qui noluerunt venire ad man
datum prelati sui id est moysi cum taber
naculis suis et cum tota sua suppel

lecti sui iuvenes a terra sunt absorpti et
in infernum demersi. Non est ergo
securum inobedientem esse preceptis prelatorum.
Hic igitur patet de duobus primis debitis
que nos debemus que sunt in deo spem
ponendo et preceptis prelatorum obedire
per hanc duplicem virtutem id est per spei
et per obediencie dignetur nos deus ad
consorcium suum perducere. Amen.

Et dimitte nobis debita
nostra etc. Tercium debitum
quod nos debemus est unicuique
ius suum reddere. et de hoc debito dicit
apostolus. Reddite omnibus debita. cui honorem
honorem. cui tributum tributum. cui vecti-
gal vectigal. Et nota quod dicit omnibus
id est superioribus paribus et inferioribus.
Superiores sunt domini temporales cui de-
bemus reddere suos census sicut dictum
est supra. cui tributum tributum. cui vectigal
vectigal. Item domini spirituales id est
prelati ecclesiastici cui debemus reddere
decimas primicias et oblaciones consue-
tas et consuetudines approbatas et
legitime introductas et prescriptas.
Item superiores sunt parentes carnales quos
debemus honorare et si indigent eis
necessaria ministrare et imbecillitatem
eorum multis obsequiis supportare.
Hoc est unum debitum quod qui non reddit
Ex^m multum offendit deum. Exemplum
est de quodam iuvene qui tantum diligebat
uxorem suam quod quociens volebat comedere
aliquem bonum cibum ad suggestionem ux-
oris sue faciebat foras egredi pa-
trem vetulum et cum semel pressisset unum
bonum caponem in veru et assatum et

in archa abscondissent eum. post quam
comederunt potagium et cocum cibum
emisissent foras patrem iuvenis archam ape-
ruerunt et loco caponis bufonem magnum
invenerunt qui statim ad guttur eius prosi-
liit quem ipse a gutture suo nullo modo
avellere potuit. et cum venisset fa-
ber ut eum amoveret cum forcipibus
non potuit. et sic iuvenis patri magnus
a bufone est suffocatus. Reddite igitur
debita omnibus superioribus. Item reddi-
te debita omnibus paribus id est vicinis
pacem et amorem et obsequium vicissitu-
dinem ex officiis curialitatem et affabili-
tatem. et hospitalitatem omnibus hominibus
fidelitatem et legis naturalis recti-
tudinem. que est non facias alii quod tibi
non vis fieri. et facias alii quod tibi
vis fieri. et hoc debitum reddimus nos.
si nullum opprimimus per potenciam. nullum
seducimus per astuciam et mentitionem
falsam. nullius rem retinemus per usu-
ram vel avariciam. sed omnibus prodesse stu-
demus per caritatem sinceram. Quantum enim
deo displiceat ille qui per potenciam suam
vel astuciam vel avariciam alienum retinet
patet per quoddam exemplum quod inveni scrip-
tum in hunc modum. Fuit in alver- Ex^m
nia quidam ditissimus et pessimus usu-
rarius qui fere totam terram illam per usu-
rarum voraginem absorbebat. Quidam
autem frater qui vocabatur frater hugo de
chastri prelatus terre et amicus illius com-
paciens illi usurario benigne mo-
nebat ut ab ista malicia contine-
ret. Quo in nullo se corrigente.
sed semper deterius operante frater ille

dum eius spiritum et episcopum primo adu-
ladiret sed nichil proficeret quia usurarius
muneribus suis illos corrumperet. et cum
illum per aliquid revocare non posset et
usurarius ei insidians mortem sibi in-
tentaret. convocato in generali sermone
populo frater fecit ipsum vocari sub hoc
pacto quod numquam dum viveret contra eum ul-
terius predicaret. Cum coram omnibus dix-
isset ante tunc comparebat et populo
stetit que absorbebis tua cupidine mi-
nus sicut te ab hac malicia vel moni-
tione caritativa vel seculari potestate
vel censura ecclesiastica revocare. sed quia
in hac terra non est iudicium neque iusti-
cia coram summo iudice te appello qui men-
daciis non fallitur nec muneribus cor-
rumpitur et salutato populo. scitote mi-
chi pro certo quod in terra ista numquam de cetero
predicabo et venietis ad domum fratrum.
lectum primus intravit. Cumque crescente
infirmitate morti iam proximus loquelam
per viduum perdidisset. fratribus similiter et
quibusdam secularibus exitum eius ex-
spectantibus. expergefactus et rediens
ab extasi. subito cum grandi leticia
exclamavit. Modo nunc pessime usu-
rarie velis nolis coram iusto iudice
respondebis. Et mirantibus cunctis et
quid vidisset querentibus ille inquit
usurarius quem in sermone publico co-
ram populo appellaveram coram deo meo
modo licet invitus ad diem comparuit coram
eo in peremptorie responsurus. quem
oportet me cito subsequi ut accu-
sem eum ibi de quibus fuit accusandus.
staticque emisit spiritum in hec verba. Tunc
illi qui aderant miserunt festine
nuncium ad domum usurarii qui per
leucam distabat ab illo loco. et in-
venerunt ipsum virum istum subita morte
in illa hora qua frater dixerat expi-
rasse. et quia non persolverat in vita
ista iusticie debitum. modo exigitur ab
eo usque ad quadrantem novissimum
Reddite ergo omnibus debita et superio-
ribus et paribus. ¶ Item debemus red-
dere debitum inferioribus qui sunt mul-
tiplici differentia. quia aut sunt merce-
narii aut filii aut pauperes mendi-
cantes. Mercenariis debemus reddere integre
vel perfecte et sine dilatione mercedem suam.
Filiis vel famulis debemus instructionem
et disciplinam. Pauperibus mendicantibus
debemus manum operosam. Et inter pau-
peres illi quibus plus debemus compati
sunt defuncti qui sunt in igne purga-
torii quibus debemus compati multis de
causis idest propter pene quam sustinent
acerbitatem et diuturnitatem et propter
iuvandi se impossibilitatem. ¶ Et ideo
istud debitum solliciter reddebat quedam
bona matrona que quotiens transibat
per cimiterium orabat devoto corde
pro animabus defunctorum. et cum contigit
semel in hunc modum videt subito in-
finitam multitudinem manuum de sepulchris
egredientium et ad se directorum quod
videret eam retinere et cum sequenti die vi-
disset similiter territa fugit ad cellulam
rogavit dominum ut sibi ostenderet quid
hoc esset et responsum est ei quod hoc
erat anime in purgatorio existentes

ab ea orationum suarum suffragia peteret. Dicit ergo pater quasi dicemus omnibus reddere debita idest superioribus paribus et inferioribus ita ut in nobis compleatur illud quod dicit apostolus Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Ex predictis patet de tertio debito quod nos debemus quod est vicinis nostris suum reddere ut per viam iustitie perveniamus ad regnum glorie.

Et dimitte nobis debita nostra etc. Amen. Quartum debitum quod nos debemus est iniurias ex corde dimittere et de hoc visum est iam in parte in principio istius petitionis qua dicitur dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Probatum enim fuit quod nisi indulgeamus aliis deus non indulgebit nobis. et si nos volumus vindicari de aliis deus exigit vindictam de nobis et hoc est quod dicitur in ecclesiastico. Qui vindicari vult a deo inveniet vindictam idest deus accipiet vindictam de illo qui vult accipere vindictam de alio quod iste sit sensus patet quia statim sequitur et peccata illius servans servabit et sequitur. Relinque proximo nocenti te et tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo homini servat iram et a deo querit medelam. in hominem similem sibi non habet misericordiam et de peccatis deprecatur altissimum. ipse cum caro sit servat iram et propitiationem querit a deo. Quis orabit pro peccatis eius? Memento novissimorum et desine inimicari. Novissimorum idest diei mortis et diei iudicii in quibus nisi dimiseris proximo offensam omnem deus exiget a te offensas omnes quas fecisti ex quo natus es aut per cogitationem vel per locutionem aut per operationem et pro omnibus detrudet et includet in carcere infernali et hoc debitum satis dimittendi si volumus nobis dimitti optime nobis expressit deus in evangelio beati mathei in illa parabola quam ipse ponit de servo qui debebat domino suo decem milia talenta. qui cum deus dimisisset sibi veniam petenti quia conservo suo debenti sibi centum denarios dimittere noluit traditus fuit manibus tortorum quousque redderet universum debitum. et postea subiungit deus concludens dicens. Sic et pater meus celestis faciet vobis si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. In hac parabola debemus diligenter notare quod peccata que homo committit in deum significantur in nomine decem milium talentorum ratione numerositatis et ponderositatis. Numerositatis quia in multis offendimus omnes. Septies enim in die cadit iustus. ratione ponderositatis quia plerumque contingit quod peccata que nos reputamus levia sunt coram deo valde ponderosa. Tanta enim est offensa quantus est ille qui offenditur scilicet deus infinitus et immensus et propter hoc peccata mea comparantur arene maris que est ponderosa et numerosa. Unde manasses in libro regum dicit multiplicata sunt peccata mea super numerum arene maris. Peccata vero que homo committit in proximum significantur per centum denarios et propter paucitatem numeri et propter levitatem denarii. Dicit ergo quod decem milia talenta superant centum denarios et numero et pondere. sic peccata que homo committit in deum sunt multa plura et maiora quam

pcca que alius homo committit in ipm. Qui
s no vult dimitte primo qr deu pau
ciora et leuiora quo offendit ipe dimitti
sibi a deo plura et grauiora. Ite nota
q dicit in eade pabola de cordib vris
ut tollat a nobis omne viciu simula
cionis idest paciencie simulate et fi
cte que e qn homo dimittit ore et
no corde. Vera em paciencia ut dic
in gsto finalu est aliena mala equa
nimit pati cont em quoq q mala
irrogat nullo dolore mordeti. Ita
qui sic aliena mala tolerat ut tunc
tacitus doleat et tempus digne ret
bucois querat paciencia no exhibet
s ostentat idest no sit intus s extus
simulat. Dimittimus g ex corde fratrib
nris ut possimus secure dice dno
Dimitte nobis debita nra sicut et
nos dimittimus debitoribus nris. qd
qntu placeat deo patri p qddam ex
emplu qd inueni scriptu sic. Fuerunt
duo milites quoru vnus aliu interfecit.
Cu vero filii militis occisi diu insi
diati fuissent interfectori. tande in
die parasceues ipm solu in nemore
euntem ad quda ecclam repperunt
prosequentes eu. et evaginato gla
dio secutus est. Miles aut ille de
equo descendens ait ei. cu possem
me defendere tamen a ob amore illius
qui hodie p nobis morte in cruce
sustinuit. et noluit se defendere. nec
comminari nec repente malo ho
die interfici qua pugnare. Quo audito
ille iuuenis compunctus et ad miseri
cordiam flexus de equo descendit.
et osculans eu ait. Et ego amore
illius qui hodie morte sua indulsit

Exm

et pro interfectoribus suis in cruce ora
uit. morte mei patris tibi indulgeo.
et venientes fratres et socios suos a psa
cruce illius compescuit. Cumq illa
die. ad orandum stam crucem introisset
in ecclam et vellet osculari pedes
crucifixi sicut faciebat alii. crucifixus
deponens brachia sua inclinauit se ad
eu amplexans et osculatus est eu.
et eu ceteri sup hoc mirarent. ait
eis. qr hodie amore xpi indulsi morte
patris mei. ideo xpus hodie pcca mea
indulsit mi et in federis signum se
mi tradidit osculandu. Ex predcis
patet de qrto debito qd est inimi
cis ex corde dimittere. Dns g det
nobis gram ita dimittendi aliis ut
ipe omnia pcca nra dimittat nobis

Et dimitte nobis ~~Ame~~
debita nra &c. Quintu
debitu p qd ordinat homo
ad seipm est carnis illecebras ide
delectaciones illicitas fuge et de ho
debito dic apls. Fratres debitores
sumus no carni s spui. ut scdm car
ne viuamus. si em scdm carne vixe
ritis moriemini. si aut spu facta carnis
mortificaueritis viuetis. Si g volu
mus spiualit et eternalit viuere. spiualit
in pnti vita gre et eternalit in futura
vita glie. debemus carne nram mor
tificare in cruce penitencie ieiuniis
vigiliis aliciis et peregrinacionib
amore illius qui p nobis fuit i cruce
mortuus ut possit qualibz dice cu
aplo. Stigmata dni mei ihu xpi in
corpe meo porto qr si nos ad ymi
tacione sue mortis mortificam viuere

sic ergo sua corpora nostra per veram penitentiam hic et
corpora et animas pervenient scilicet ad vivifi-
cientem vitam et hoc est quod monet apostolus
mortificationem nostri Christi Ihesu in corpore
nostra circumferentes ut et vita quoque eius
in corpore nostro manifestetur scilicet in
ultima resurrectione quia illi qui hic
fuerint propter deum mortificati in anima et
in corpore sociabuntur ei in eterna beatitudine.
Si non volumus corpora nostra in presenti mor-
tificare sed carnis implere desideria mo-
riemur et spiritualiter et eternaliter. spiritualiter
in presenti morte culpe sicut dicit apostolus
quod vidua vivens in deliciis mortua est
et in futuro moriemur eternaliter morte ge-
henne. propter quod dicit apostolus quod pruden-
cia carnis mors est. ¶ Debemus ergo si-
militer pugnare contra temptationes carnis
si volumus evadere periculum spiritualis et
eterne mortis. ¶ Sicut pugnavit
quidam iuvenis qui temptatus validissime
de peccato carnis cum non posset ultra
resistere temptationi et iam disponeret in
corde suo exponere se carnis pollucio-
ni. ingressus quandam ecclesiam solitariam.
et a villa remotam. effundens cor suum
coram deo in oratione rogavit Christum et
beatam virginem ut auferretur ab eo illa
temptatio vel saltem sibi in quamlibet aliam
mutaretur. Et cum surrexisset ab oratione
sensit se aliquantulum alleviatum et re-
frigeratum. et cum vellet egredi et
etiam vidit iacere pre foribus caput
quoddam incredibilis magnitudinis. quod
habebat dentes permaximos et tam
magnum os. quod videbatur quod posset in
una vice unum camelum integrum deglu-
tire et aperiebat illud sepissime et
claudebat. Unde perterritus iuvenis
non est ausus ecclesiam egredi timens vivus
deglutiri. Tandem fame compulsus signo
crucis se muniens. et divine miseri-
cordie se committens egressus est procedente
super ipsum caput et reversa sepe ad
eum facie. os ad eum devorandum aperi-
ente. et hoc sustinuit per triennium come-
dendo. iacendo. eundo vel quodcumque
aliud faciendo. ita quod ex continuatione
illius monstruose visionis oblitus est
omnino carnalis temptationis. Expleto
autem triennio cum in eadem ecclesia pro ama-
tione illius monstri Christum et beatam virginem
precaretur. surgens inde vidit illius caput
iam non precedere ipsum sed sequi. Ad hunc ta-
men ut consueverat os prius ipsum aperiebat. Et
cum die quadam esset in quadam pla-
nicie in cuius medio erat quidam puteus
valde profundus. Vidit ipse illum puteum
corpus mire magnitudinis sine capite
iacere. ad quod corpus caput illud accessit
et illud circumiens se illi coniunxit. et
sic de summo surgens in puteum se precipitavit.
Iuvenis autem accedens ad puteum intro-
spexit et nichil intus vidit sed quandam
pessima voce audivit dicentem. Sic pu-
niebatur qui carnis desideria faciens sim-
me secutus. Tunc ille ad propria remeans
et deo regracians a temptatione carnalis
libidinis et a timore illius monstruose
visionis se sensit penitus liberatum.
et quod contra temptationem carnis orando
pugnavit periculum eterne mortis eva-
sit. Ex predictis ergo patet quod sunt debita
que debemus et que nobis a deo dimitti

petimus in oratione dominica cum dicimus Et dimitte nobis debita nostra etc. Secundum speramus in deo ponere. Preceptis prelatorum obedire. Veniamque nos similiter reddere. iniurias ex corde dimittere. carnis illecebras fugere. ¶ Rogemus dominum ut det nobis dum vivimus sic debita nostra persolvere ut post mortem immunes ab omni debito possimus paradisum intrare.

Et ne nos inducas in temptationem. Amen

Hec est septima peticio orationis dominice in qua nos petimus vicium superbie amoveri a nobis et dari nobis virtutem scilicet humilitatis. Superbus enim confidens de propriis viribus non timet temptationem quia cogitat quod superabit eam virtute propria. et ideo dedignatur auxilium petere a virtute divina. Verus vero humilis semper timet propriam infirmitatem et non estimat quod possit superare temptationem aliquam quantumcumque parvam per virtutem propriam et ideo recurrit ad virtutem divinam de qua scit et credit quod potest ei auferre vel alleviare vel aggravare temptationem quantum et quomodo sibi placuerit. et ideo clamat ad dominum per dominicam orationem dicendo Et ne nos inducas in temptationem idest non permittas induci idest introduci et a temptatione penitus includi. Unde Haymo super hunc locum dicit quod deus in temptationem neminem inducit. Sed tunc quis inducit quando quemcumque mala voluntate sua impleri permittit. ¶ Unde sciendum est quod non petimus a domino quod non patiatur nos temptari. sed petimus ne patiatur nos in temptationem induci. Temptari enim est utile. sed in temptationem induci est dampnabile. Tunc enim temptamur sed in temptationem non inducimur quando mundus vel caro vel dyabolus aliquid illicitum nobis suggerit. sed nostra racio et voluntas resistitur et non consentit ad hoc ut rem illicitam et a deo prohibitam facere velit et hoc modo temptari est utile. quia nisi esset temptatio non esset pugna. qui non habet pugnam non posset consequi victoriam. qui non consequeretur victoriam non mereretur coronam secundum quod apostolus dicit Eterna coronabitur nisi qui legitime certaverit. Tunc autem in temptationem inducimur et intramus quando temptationi consentimus. et quando racio et voluntas hominis vincuntur a temptatione superantur et ligantur ut malum quod dyabolus vel caro vel mundus suadet et quod deus prohibet opere complere desiderent. Hoc est in temptationem induci vel intrare. Unde super illud quod dixit dominus apostolis imminente passione sua in ewangelio beati mathei. Vigilate et orate ut non intretis in temptationem. dicit glosa haymonis. Hoc est ut temptatio nos superet et intra laqueos suos teneat. ¶ Exemplum ponitur in vitis martirum de utrisque scilicet de illis qui temptantur sed non inducuntur in temptationem et de illis qui temptantur et inducuntur. Aliqui enim corporaliter temptati sunt per supplicia. sed in temptationem non intraverunt. nec inducti sunt quia timore supplicii nichil contra voluntatem dei facere voluerunt. Alii vero non solum sunt temptati. sed eciam in temptationem induci

et a temptatore superari et vinci. qui scilicet
timore supplicii deum negaverint et
ydola coluerint. ¶ Exemplum habemus
de utroque in beato petro. ipse namque aliquando
fuit non solum temptatus sed etiam in tempta
cionem inductus qui solis morte tantum
timuit. quod timore eius ter auctorem vite
negavit. Temptatus non. sed non in temp
tacionem inductus fuit quando sprecta mor
te amore auctoris vite gaudens cru
cis patibulum sustinuit. ¶ Item nota
quod super illud mathei Ductus est ihesus in deser
tum ut temptaretur dicit beatus gregorius et
haymo illud recitat super matheum. Sciendum
namque quod tribus modis temptatio agitur sug
gestione. delectatione. consensu. Sug
gerit enim dyabolus. delectatur caro. con
sentit spiritus. et nos plerumque cum temp
tamur in delectacione vel in consensu
devenimus. quia de carne peccatrice propaga
ti in nobismetipsis gerimus unde temp
tamenta toleremus. christus non quia deus
erat et carne immunis ab omni peccato
supersenit per suggestionem temptari po
tuit. sed in delectationem vel consensu
induci non potuit. et ideo omnis illa
temptatio quam sibi dyabolus fecit ex
trinsecus non intrinsecus fuit. Nobis
vero consensus animi facit hominem in temp
tacionem induci. ¶ Est tamen duplex con
sensus. est enim consensus in delectatio
ne et consensus in opus. Consensus
in delectacionem est quando homo delectationem
percipit et non expellit. sed placet
ei in illa delectatione immorari et vo
lutari in corde suo licet non consenciat
in hoc quod vellet delectacionem opere
exsequi. Et iste vocatur consensus mor

talis et est ut dicunt magistri morte
peccatum quod est morosus. sed non est ita grave
sicut si consentiret in opus. Consensus
vero in opus est quando homo fit voluntate
implendi opere sua temptaciones et sua
voluntate si haberet locum et tempus et
corporis desiderat opportunitatem. Hic ergo
patet quod nos petimus per dominicam oracionem
quando dicimus Et ne nos inducas in temp
tacionem. Hec dicta sunt de hac peti
cione per modum exposicionis. ∾

Et ne nos inducas in temptatione. Ut pre
diximus per medium predicationis
secundus quod quatuor sunt species
temptationum quarum tres prime sunt ti
mende quia incitant ad peccatum. quarta est
patienter sustinenda quia promovet ad
meritum. Est enim temptatio ambitiose sub
limitatis. et vene cupiditatis. corporee
voluptatis et fortune calamitatis.
¶ Dico primo quod est temptatio ambitiose
sublimitatis hac temptatione decipit
dyabolus superbos principes et elatos
qui divinis collatis sibi a deo prelatis
et honoris numquam contenti sunt. sed
semper altioris gradus fastigium vel per
fas vel per nefas ascendere contendunt.
et propterea contingit eis iusto dei iudi
cio illud quod scriptum est in psalmo Ascen
dunt usque ad celos et descendunt
usque ad abissos. Tales manifeste
ostendunt quod non imitatores christi sed
dyaboli sunt. quia in mundo in quo christus
fuit inhonoratus ipsi volunt honorari.
et non curant de honore celesti. Proprium
enim superbie est velle dominari. sicut patet

per eius dissimilitudinem que talis est. Superbia est viciosa mentis elacio qua inferiores dedignatur paribus et imparibus se tingit dominari. Christus vero in hoc mundo etiam inferioribus voluit famulari. Quia de maria et ioseph suis nutricibus scriptum est quod erat subditus illis et humiliavit semetipsum ad lavandum pedes discipulorum et usque ad vilissimum crucis supplicium. Hec ergo temptacio facit hominem dissimilem christo. Facit etiam eum similem dyabolo qui in celo idest ad equalitatem creatoris voluit ascendere et esse similis altissimo. Et ideo de hac temptacione potest exponi illud quod dicit apostolus Temptacio vos non apprehendat nisi humana. Quasi diceret Cavete a temptacione superbie que non est humana sed dyabolica. Dyabolica enim dicitur quia hac temptacione dyabolus in celo non ab alio sed a seipso temptatus fuit et per hanc dyabolus primos parentes in paradiso deiecit qui divinam similitudinem eos appetere fecit dicens eis. Eritis sicut dii. Hac etiam temptacione christum temptandum appetiit qui dixit ei Si filius dei es mitte te deorsum idest de pinnaculo templi. Scriptum est enim quia angelis suis deus mandavit de te et in manibus tollent te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Et dominus respondit ei Vade retro sathana scriptum est enim non temptabis dominum deum tuum. In qua responsione datur intelligi quod aliqui volunt quod deus faciat per eis miracula. Temptat deum qui presumentes de sanctitate sua non

credunt se esse in dei amicicia nisi deus ostendat eis signum amoris specialia sicut sunt miracula. Et ipsi falluntur quia per nichil tantum acquirit homo dei amorem ~~dei~~ sicut si considerando propria fragilitate et suos proprios defectus ipse per veram humilitate reputet et iudicet se coram dei oculis indignum et miserum peccatorem. Confidere enim in sua sanctitate et temptare deum in faciendis miraculis est quedam species infidelitatis quia hoc est parvus de deo diffidere quam confidere. Hoc est enim nolle deo credere sine pignore. Miracula enim sunt quasi quedam pignora divine potencie et sapiencie et amicicie. Et sunt quedam signa non effectiva sed ostensiva sanctitatis humane. Et plerumque sunt signa fallibilia quia miracula facere datum est etiam multis hominibus malis et dabitur in fine mundi antichristo et suis pseudoprophetis. Et hoc testatur dominus ihesus christus in ewangelio qui dicit Multi dicent michi in illa die idest in die iudicii. Domine domine nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et reddebo eis. Discedite a me operarii iniquitatis. Non ergo debet homo deum per desiderium faciendi miracula temptare sicut temptaverunt eum iudei in deserto. De quibus dicit apostolus. Neque temptemus deum sicut quidam eorum temptaverunt et a serpentibus perierunt. Et in psalmo secundum diem temptacionis in deserto ubi temptaverunt me patres vestri etc. Sed debet homo tantum de

eius bonitate confide et crede certissime quod deus numquam deficiet amicis suis in articulo necessitatis. et hoc est quod dicitur in libro sapientie. Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum quoniam invenitur ab hiis qui non temptant eum. apparet autem hiis qui fidem habent in illum. Apparet scilicet per effectum in necessitate prebendo adiutorium. sic apparuit beate susanne iniuste accusate de adulterio et adiudicate incendio. que ad vocem danielis pueri senes impudici qui accusaverant eam loco eius fuerunt neci dati. Sic etiam apparuit dominus tribus pueris in caminum ignis proiectis qui temperavit et refrigeravit eos fornace quasi ventum roris flante. Sic etiam apparuit beato anthonio cum dyabolus in specie ferarum ipsum cornibus et unguibus et dentibus dilaniaverunt. et christus in specie lucis apparuit ei. demonibus fugatis et vulneribus eius curatis. Sic etiam apparuit beato stephano prothomartiri cum iudei ipsum lapidaverunt qui dixit Ecce video celos apertos et ihesum stantem a dextris virtutis dei. Non ergo temptes deum in miraculis. sed solummodo puro corde et cum magna fiducia invocemus eum in necessitatibus et periculis. Sic igitur de prima temptatione que est temptacio ambitus sublimitatis que merito potest dici prima quia ipsa fuit initium omnis peccati et quia per ipsam primo peccaverunt angeli primi et homines primi. Dicitur et dyabolica non humana. quia per ipsam lucifer qui erat angelus pulcherrimus factus est dyabolus horribilissimus et per ipsam dyabolus omnes

superbos sibi subiciat servos et dyabolos fiunt iob dicente. De hac temptatione ambitus sublimitatis qualiter ipsa facit hominem de alto ruere in ymum invenimus quoddam exemplum scriptum sic. Fuit quidam archydyaconus qui ut episcopus fieret intersecit episcopum. Cum vero post adeptum episcopatum ad ecclesiam in magna gloria duceretur. obviavit in itinere ribaldo cuidam dormienti qui iussu eius clanculo occiderat episcopum supradictum. et videns episcopus ribaldum ex stupore factum et quasi mente alienatum. intelligens eum vidisse aliquid. dic inquit michi quid videris et cave ne abscondas aliquid a me. Cui ille. non curetis inquit scire. Et episcopus. oportet inquit ut sciam michi dicas. Tunc ille. Vidi inquit thronum terribilem et regem cui angeli serviunt super sedentem. ad quem veniens predecessor vester episcopus sanguinolento capite vos coram eo de morte sua appellavit. qui me misit ad vos ex parte sua vobis precipere ut eatis ad curiam suam festine accepturus sententiam homicide. et quia cito ribaldus sermonem finivit episcopus coram omnibus exspiravit. et sublimitate ad quam indebite conscenderat dereliquit. Et notandum quod temptatio illa que venit de presumptione sanctitatis non est minus periculosa quam illa que venit de ambitione sublimitatis honoris. Exemplum. Fuit quidam heremita mire abstinentie et orationis continue qui cepit de sanctitate sua gloriari et dicere intra se quod nesciebat aliquam virtutem que deficeret sibi. nec sciebat aliquem qui in sanctitate compararetur sibi. et ecce dum delectaretur in ista vanitate dyabolus

in specie mulieris pulcherrime ingressa
est cellam eius et inter colloquia cepit
sibi nunc scurrilia et risus inserere in
prudenter. Tandem propius accedens cum
barbam eius et caput palparet ille ac
census libidine et preteritorum laborum
suorum immemor. et religionis sue ad
nefariam commixtionem se primus inclina
uit. tunc illa deridens insiliit cum ca
chinno et ululatu magno. et cum ca
demonum maxima multitudo dixerunt
O qui te extollebas usque ad celum.
demersus es usque infernum. Quomodo
cecidisti lucifer qui mane oriebaris.
Tunc ille desperans. reliquit heremum
et rediit ad seculum. Ecce qui se exaltat
humiliabitur etc. Ysaias. Alta ruunt in
flamma crepant tumefacta premuntur. Omnia
dura. Omnia sunt hominum tenui penden
tia filo. et subito casu que valuere ruunt.
Rogemus dominum ut auferat a nobis
temptacionem ambicionis et presumpcionis.
et det nobis graciam ita nos in mundo
humiliandi et parum nos reputandi.
ut per humilitatis portam que Christus est pos
simus paradisum ingredi Amen.

Et ne nos inducas in
temptacionem. Secunda
temptacio est avaricie cupi
ditatis. Hac temptacione superantur omnes
illi qui plus debito amant divicias huius
mundi qualescunque sint predones. raptores.
id est principes terre cum suis ministris
id est ballivis castellanis satellitibus
et prepositis. qui exactiones iniustas
et per consuetudines novas devorant
plebem sicut escam panis. Timere de
berent multum timere sententiam prophete

prophete dicentis. Ve qui predaris nonne
et ipse predaberis? Hac eciam tempta
cio decipit et inter laqueos suos includit
et constringit omnes feneratores. omnes
falsos mercatores. omnes prelatos symo
niales. omnes iniquos iudices. omnes
advocatos venales. omnes proprietarios
claustrales. Ecce recte ubi propheta omnes
diligunt munera sequuntur retribuciones. A
a propheta usque ad sacerdotem omnes avaricie
student. Hac temptacione fuerunt decepti
et morte subita perempti sicut dicitur
in actibus apostolorum. Ananias vir et saphira
uxor sua qui mentiti sunt beato petro de
precio agri venditi. quibus dixit beatus
petrus Anania cur temptavit sathanas
cor tuum mentiri te spiritui sancto et fraudare
de precio agri? Quare posuisti in corde
tuo hanc rem? Non es hominibus mentitus
sed deo. Certe istud idem posset dici
claustralibus proprietariis qui in religione
habent aliquid temporale sine licencia et vo
luntate sui pastoris. et omnibus illis qui
de decimis et primiciis et oblacionibus
et legatis mentiuntur et defraudant mi
nistros ecclesie et pauperes Christi. et ideo
debent timere ne contingat illis eternaliter
et corporaliter quod ananie et uxori sue
sceleris consorti. de quibus scriptura dicit
ibidem. Audiens autem ananias hec ubi
cecidit et expiravit. Et sic factum
est de saphira uxore sua. periculosa
ergo est ista temptacio. Hac enim dyabolus
temptavit primos parentes et decepit. quia
fecit eos desiderare scienciam boni et
mali. Avaricia enim non solum est pecunie
sed eciam sciencie. Hac eciam temptacione ausus
est dyabolus temptare Christum qui statuit
eum super montem excelsum et ostendit

ei omnia regna mundi et dixit ei hec
omnia tibi dabo. si cadens adoraveris me
Cui dominus respondit Scriptum est Dominum deum
tuum adorabis et illi soli servies Contra
istud preceptum et contra istud mandatum domini
faciunt cupidi qui non adorant solum deum
nec serviunt illi soli ymmo denarium con-
stituunt deum suum. Unusquisque enim illud
quod super omnia diligit deum suum constituit
Et ideo dicit apostolus Avaricia est ydo-
lorum servitus. Similiter temptationis laqueum
docet idem apostolus in epistola prima ad thi-
motheum ita dicens. Nichil intulimus
in hunc mundum haut dubium quia nec
auferre quid possimus habentes autem ali-
menta et quibus tegamur hiis contenti
simus. nam qui volunt divites fieri incidunt
in temptationem et in laqueum dyaboli.
et in desideria multa et inutilia et no-
civa que mergunt homines in interitum et per-
dicionem. Radix enim omnium malorum est
cupiditas. quam quidam appetentes er-
raverunt a fide. et inseruerunt se do-
loribus multis. Certe apostolus verum dixit
sicut exempla manifestissime declarant
Nonne enim iudas proditor domini a fide
erravit et magno dolore se inseruit
qui propter cupiditatem deum vendidit et
postea desperavit. et suspensus propriis
manibus crepuit medius. et effusa
sunt in terra viscera eius. et anima eius
rapta est a demonibus et perducta ad
eternos cruciatus. Sic hodie errant
a fide illi qui propter cupiditatem non servant
fidem nec vivis nec mortuis. De
quibus dicit poeta. Vivitur ex rapto non
hospes ab hospite tutus. non socer a
genero fratrum quoque gratia rara est.

Lurida terribiles miscent aconita no-
verce. Tercio cupiditas est illa que
facit imposicionare magnates et que
movet inter vicinos bella et lites.
Hec est illa que facit fidem frangere etiam
ad parentes. quia propter habendam hereditatem
desiderant hodie filii parentum mortem.
nec compaciuntur ipsis declinantibus ad
paupertatem. Quarto quod cupiditas faciat
violare fidem ad mortuos patet quia filii
hodie pro animabus parentum defunctorum vix
facere volunt de ipsa hereditate quam ipsi
parentes acquisierunt et eis reliquerunt et
illi qui executores testamentorum non
sunt reddere legata corporis nec pacificare
clamores. peiores sunt quam latrones vel
predones qui non spoliant nisi vivos. Sed
isti et vivos et mortuos. Quod quam sit
periculosum patet per tale exemplum. Qui-
dam dives infirmus cum moreretur convo-
cavit fratrem suum et compatrem suum et
sacerdotem curatum suum qui erant tres
homines quos ipse plus amaverat. et
in quibus plus confisus fuit in vita sua.
et dixit fratri suo. Frater mi rogo te
ut sis executor meus. et iures mihi quod
infra annum omnes clamores meos de
diviciis multis quas tibi relinquo
pacifices et legata mea persolves.
Quod cum ille iurasset ait ei infirmus.
Rogo deum quod nisi infra annum compleve-
ris quod promittis ignis qui dicitur sancti an-
thonii te comburat. Postea dixit
compatri suo. Mi compater rogo te ut
iures mihi quod si frater meus infra annum post
mortem meam non attenderit quod promit-
tit. tu attendas in anno sequenti. Quod
cum ille iurasset ait infirmus. Rogo

Rogo dominum quod si hoc feceritis malum in-
fortunium eveniat tibi de rebus tuis.
Deinde dixit sacerdoti suo: Capellane sa-
cerdos, rogo vos ut iniunctis quod si isti
non compleverint quod promiserunt anno
primo vel secundo vos compleatis in tertio.
Et ego ipsis deficientibus de promisso
omnes res meas in potestate vestra et ma-
nibus vestris pono. Qui cum iuravissent sicut
alii, moriens ait: Et rogo deum si vos
non compleatis promissum quod ipsa lepra
feriat corpus vestrum. Uno mortuo cum
tres anni elapsi essent et de promisso
nullus eorum curasset, ignis sancti Anthonii
invenit in perpetratione defuncti fratrem unum
invasit. Qui deportatus ad sanctum Antho-
nium ibi mortuus fuit. Et fovea eius
per dies quatuor fumavit donec totum cor-
pus defuncti illo igne consumptum fuit.
Filius non compatris mei fecit in tabula
filium cuiusdam burgensis propter quod sem-
per spoliatus fuit omnibus bonis suis.
Sacerdos non lepra percussus erectus
est de consortio sanorum et ductus ad ha-
bitaculum leprosorum. Cum defunctus appa-
ruit et infelicitate sua ei impropera-
vit dicens quod propter defectum impletum fuisset
meruerat per tres annos igne purgatorium.
Hic igitur patet quod periculosa est temptatio
cupiditatis que facit hominem non servare
fidem nec vivis nec mortuis. Quam igitur
temptationem auferat a nobis Christus. ~~Amen~~.

Et ne nos inducas in temptationem. Tertia
temptatio est corporee vo-
luptatis et hec temptatio nos decipit
per omne illud quod sensus corporis de-
lectat consistit. Propter quod dicit quidam
sensus quicquid intelligimus quicquid bibimus
quicquid videmus quicquid audimus quicquid
odoramus quicquid tangimus temptatio est.
Et ideo secundum unam translationem dicitur
in Iob quod temptatio est vita hominis super
terram. Et in libro Sapientie dicitur: Creature enim
in odium facte sunt et in temptationem
anime hominum et in muscipulam pedibus insi-
pientium. Per hanc igitur temptationem dyabolus
multipliciter decipit servos suos et
maxime gulosos ebriosos et luxurio-
sos. Hec enim temptatio sicut dicit In-
nocentius in libro de miseria humane condi-
cionis a gulosis tantum tributum exigit
sed vilissimum reddit, quia quanto sunt delica-
tiora cibaria tanto fetidiora sunt ster-
cora. Turpiter ingeritur quod turpius egeritur
superius et inferius horribile flatum
exprimens et abhominabile sonum emittens.
Liber Ecclesiasticus dicit quod initium
vite hominis sunt panis et aqua et domus
protegens turpitudinem. Nunc autem gu-
losis non sufficiunt fructus arborum
non genera leguminum, non radices her-
barum, non pisces maris, non bestie ter-
re, non volucres aeris, sed queruntur pigmenta
conficiuntur aromata et nutriuntur
altilia, capiuntur obesa que studiose co-
quantur arte coquorum, que laute parantur
officio ministrorum. Alius conterit et
colat, alius confundit et conficit,
substantiam vertit in accidens, naturam
mutat in arte ut saturitas transeat
in esuriem, ut fastidium revocet appe-
titum ad irritandam gulam non ad sus-
tentandam naturam non ad necessitatem

supplenda. sed ad aviditatem explendam. et tunc tam brevis est gule voluptas ut spacio loci vix sit quatuor digitorum. spacio temporis vix sit totidem momentorum. Contempnitur mediocritas et superfluitas affectatur et diversitate ciborum et varietate saporum aviditas nescit modum. et voracitas excedit mensuram. ita quod eciam mens gravatur et stomachus turbatur. sensus opprimitur. morbique mors mouentur. Unde sapiens. Noli avidus esse in omni epulacione et non te effundas super omnem escam. in multis enim escis erit infirmitas. et propter crapulam multi obierunt. Et apostolus dicit. Esca ventri et venter escis. deus autem hunc et hanc destruet. Et nota quod gula turpis mater et immunda duas filias generat turpiores. id est ebrietatem et libidinem. Quid enim turpius ebrioso cui fetor in ore. tremor in corpore. qui promit stulta. prodit occulta. cui mens alienatur. facies transformatur. Unde salomon. Nullum enim secretum ubi regnat ebrietas. et tamen non sufficit vinum non sicera. sed studiose conficitur mulsum. pigmentum. claretum. ferretum. labore multo. sollicitudine multa. sumptu non modico. et inde contentiones et pugne. et vulnera et homicidia et omnis inhonestas et insania. Hec est enim que patriarche noe verenda nudavit. que loth qui fuerat in sodomitis iustus filiabus suis commiscuit. que per manum mulieris holofernem principem exercitus regis nabugodonosor iugulavit. Hec illos qui deberent esse honestissimi inhonestos reddit. Audi quid dicit propheta. Sacerdos inquit et propheta nescierunt pre ebrietate absorti sunt a vino. videntem ignoraverunt deum. [illegible] tunc ad pronunciandum evangelium lectione a quodam presbitero benedictio petitur. Hesterna crapula et nocturna ebrietate eructans fertur alta voce dixisse. Donum ~~[illegible]~~ sacrorum sacre benedicat rex angelorum. Ecce qualiter temptatio matris id est temptacio gule generat turpiorem filiam unam id est temptacionem ebrietatis. generat eciam aliam turpissimam filiam id est temptacionem libidinis. In hac enim temptacione diabolus accipit servos suos per gulam ut eos deiciat in lutum. id est in luxuria que coram deo vilior est omni luto. Venter enim oppletus satur libenter venere amplexatur. Jheronimus. Venter mero estuans de facili spumat in libidine. O extrema veneris turpitudo que non solum mentem effeminat. sed corpus enervat. non solum maculat animam sed fedat personam. Unde apostolus. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus suum est. qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Semper illa precedit ardor et petulancia. semper comitatur fetor et immundicia. semper sequitur dolor et pena. Unde salomon. Favus distillans labia meretricis et nitidius oleo guttur eius. novissima autem illius amara sicut absinthium et acuta quasi gladius biceps. Hic est

familiaris inimicus habitamus non procul
sed prope. non exterius sed interius. Unde dominus
ad de Iob de dyabolo ait. Virtus eius in
lumbis eius et fortitudo eius in umbilico
ventris eius. hoc dicit quod dyabolus per
temptacionem luxurie multos deicit.
Luxuria autem sicut beatus Gregorius dicit
viris est in lumbis et feminis in umbilico.
et propter hoc in scriptura dicitur esse virtus
dyaboli et fortitudo. Hic est inimicus
qui numquam fugatur nisi cum fugitur. numquam
mactatur nisi cum maceratur. Ecce qualis
est temptacio corporis voluptatis que sicut
dictum est maxime dominatur in gulosis et luxuriosis
et ebriosis. ¶ De hac temptacione
dicit beatus Jacobus in sua epistola. Nemo
cum temptatur dicat quod a deo temptetur. deus
enim intemptator malorum est. ipse enim neminem
temptat. Unusquisque enim temptatur
a concupiscentia sua abstractus et illectus.
Concupiscentia ideo cum conceperit parit
peccatum. peccatum vero cum consummatum fuerit
generat mortem. Ad explanacionem istorum
verborum. nota quod sicut homo qui consentit
carnis concupiscentie fit quodammodo mater mo-
nstri spiritualis in quo ex mala matre idest
ex carnis concupiscentia nascitur mala
proles idest peccatum que ad modum basilisci
vel vipere idest vipere peccatum suum ipsum
idest spiritum interficit. propter quod dicit apostolus
ad Romanos. stipendia peccati mors. Item
si secundum carnem vixeritis moriemini. si
autem spiritu facta carnis mortificaveritis
vivetis. De hac temptacione non oportet
exempla ponere. Novi enim homines et
mulieres. viduas. coniugatas et vir-
gines. nobiles et ignobiles. religiosos

et seculares. laycos et clericos. et sa-
cerdotes dyabolus deicit per hanc tempta-
cionem. Nonne deus et videt totius mundi
huiusmodi temptacionis laqueis vix possint
evadere eciam illi qui semper sunt sine re-
medio idest coniugati. ita ut apostolus
coactus dicat coniugatis. Nolite fraudare
invicem nisi forte ex consensu ad tempus
ut vacetis oracioni. et iterum revertimini
in idipsum ne temptet vos sathanas
propter incontinenciam vestram. Hoc autem dico
secundum indulgenciam non secundum imperium.
Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. sed
unusquisque proprium habet donum a deo. alius
quidem sic. alius autem sic. ¶ De generalitate
huius temptacionis dicit Innocencius in libro
de miseria humane condicionis. hec inquit
et loquitur de luxuria omnem etatem cor-
rumpit. omnem sexum confundit. omnem ordinem
solvit. omnem gradum pervertit. inducit enim
senes iuvenes. virgines. matres. fatuas.
prudentes. et simpliciores sapientes.
et inferiores. ad extremum eciam sacerdotes.
que nocte venere amplexantur. mane
virgine venerantur. turpe dictu sed tur-
pissimum actu dici licebat. ne agi liceat.
nocte filium veneris agitant in cubili.
mane filium virginis offerunt in altari.
¶ Item patet omnibus quod periculosissima et
gravissima et difficillima est ista temptacio.
sed deus qui nullam nostrum tolleravit sine re-
medio dedit nobis contra ipsam instare
remedia. que sunt continua occupacio. car-
nis maceracio. frequens confessio. de-
vota oracio. mutacio loci. resolucio cor-
poris humani. trepidacio et nimia supplicacio.
hec omnia possent per auctoritates et

exempla probari. De primo enim id est
de continua occupatione dicit beatus Jheronimus
Semper aliquid boni facito ut te dyabolus
semper inveniat occupatum. Sed illa occupa-
cio que plus valet contra hanc temptacionem
est occupacio in scripturarum studiis et in
sermonibus audiendis. ¶ Primum patet
per hoc quod beatus Jheronimus: Ama scripturarum
studia et carnis vicia non amabis. Ps.
Parasti in conspectu meo mensam id est
sacram scripturam adversus eos qui tribulant
me. ¶ Secundum patet per hoc quod dyabolus
temptavit Christum de peccato gule. cum esu-
riret et dicens ei: Si filius dei es
dic ut lapides isti panes fiant. Dominus
respondit: Non in solo pane vivit homo
sed in omni verbo quod procedit de ore dei.
¶ De secundo principali quod valet contra
temptacionem luxurie id est de carnis
maceratione patet exemplum in beata
peccatrice id est in beata Magdalena
que dum in deliciis vixit, huic vicio sub-
iacuit. Sed quando ad Christum se convertit et
vite apostolorum qui erant in fame et siti
et frigore et nuditate se conformavit
ab hac temptacione immunis fuit. Versus:
Luxuriat raro non bene pasta caro.
¶ De tercio id est de frequenti confessione
patet exemplum in quodam mercatore
qui tam fortiter illaqueatus erat cum quadam
muliere quam diligebat fedo amore
quod ab ea per unicam noctem non poterat se
continere. tamen confitebatur sepe et con-
fitendo non erubescebat peccatum et in-
firmitatem suam nude et pure confesso-
ribus suis detegendo. et orationes eorum suffra-
gia humiliter flagitare. Tandem ad

pedes sui confessoris dedit illi pro
amore Christi treugas unius noctis. et
postea treugas alterius noctis amore
beate virginis. et postea treugas alterius
noctis amore sanctorum angelorum. et quarte
noctis amore omnium sanctorum. Et tandem in-
fusa sibi continue divina gratia data est ab eo
illi perpetua treuga. et sic per fre-
quentem confessionem evasit luxurie tempta-
cionem. et recuperavit anime pulchritudinem.
Et hoc est quod dicitur in psalmo: Confes-
sio et pulchritudo in conspectu eius id est
dei. Igitur si diligis cordis pulchritudinem
frequenta confessionem. ¶ De quarto id est
de devota oratione quod liberet a temptacione
carnis patet per hoc exemplum. Quidam
miles pauper oculorum suorum intuitu
cum in concupiscentiam cuiusdam regine
filie unius magni principis et poten-
tissimi deveniret. consuluit super hoc
quendam abbatem cisterciensem qui erat
amicus suus. et qui erat homo valde
devotus. Cui ille: Si vis inquit dabo
tibi contra telum hoc letale salubris
antidotum medicine. Si enim dixeris
qualibet die usque ad unum annum psalterium
beate virginis id est centum quinquaginta Ave
Maria secundum numerum psalmorum qui sunt
in psalterio. infra dictum annum voluntas
tua de ea complebitur ad perfectum. Miles
autem eius consilio acquiescens et absque
ullo defectu tributum illud centum quin-
quaginta psalmorum cotidie beate virgini
devotissime solvit. et cum cepisset
solvere cepit cor eius ab amore supradicte
domicelle cotidie paulatim refrigescere
ita quod ante finem anni ardor ille sic

nico penitus est destructus . ita ut nulla
eius memoria habebatur . et tamen sa
lutacionum numerus completo solue no
omittebat . Circa finem uero vite cum
die quadam equitans festinaret . et
ante capellam bte virginis transiens de
equo descendisset et in ea consuetu
dinem deesset servicium bte virginis devo
te salutet . Vidit beatam virginem in
ornatu pulcherrimo et inestimabili
decore sibi apparentem et dicentem .
Tu servisti in pro illa puella dixit deo
ipsa per annum centum quinquaginta Ave
maria cotidie . si velles per tantum
tempus corde meo nuncio serviendo habes
amorem meum et consorcium perpetuum
absque ulla dubitacione . Quo audiente
illa disparuit et ipse abbati hec omnia
retulit et de consilio eius factus est
monachus . et salutans illa salute ante
cuius die spiritum omnis sine penitencia a
bta virgine vocatus devicta temptacione
carnis . et superato mundo et mundi
principe de corpore est egressus . Ecce
qualiter oracio bte virginis liberavit eum
a peccato et temptacione carnis . et etiam a
periculo temporalis et corporalis et spiritualis
et eterne mortis . De quinta

¶ De sexto idest de replicatione corporis humani quod eius cogitatio valeat contra temptationem carnis patet exemplo quod legitur in vitis patrum sic.

Exemplum ¶ Cum quidam heremita temptaretur de quadam muliere quam aliquando viderat audito quod mortua esset nocte accedens ad tumulum et cadaver effodiens super mamillas eius et faciem vidit vermes horribiles et bufones et sentiens fetorem miserabilem abscindens frustum illud carnis putride secum tulit. et quotienscumque aliquam titillationem carnis sentiebat frustum illud ad nares applicans et fetorem non sustinens inquiebat. O amor quam dulcissime quam pessime fetes et sic liberatus est ab omni carnis temptatione.

¶ De septimo idest de cogitatione extremi iudicii quod valeat contra carnis temptationem. patet per exemplum quod legitur in vitis patrum.

Exemplum Quedam meretrix iactitavit se coram aliquibus iuvenibus quod quendam sanctum heremitam faceret consentire ad concumbendum secum. et illi promiserunt se daturos ei si hoc faceret quoddam premium. Que nocte superveniente intrans veniens ad cellam sancti viri cum fletu et eiulatu magno rogavit se intra cellam eius recipi dicens quod nisi ab eo intus reciperetur illa nocte a feris devoraretur et mors eius a deo sibi imputaretur. Qui pietate motus cum eam intus recepisset cepit carnis motibus fortiter stimulari ad se autem postea reversus ait. Qui talia agunt ad tormenta ignis eterni vadunt. probabo ergo si ignem eternum qui multo acrior est quam iste poteris sustinere et inmittens unum de digitis suis in igne cum pre nimio ardore libidinis quem sentiebat in corde et in carne quasi nichil sentiret statim posuit et postea successive omnes alios. et sic fere omnes digitos suos combussit. Quod illa videns quasi lapidea facta est. Et mane venientes iuvenes ad eam cuius suggestione secum virum precipitare voluerant in peccatum invenerunt eam mortuam. et mirantibus illis dixit abbas. Videte quid hec maledicta michi fecit et eis digitos suos combustos ostendit. qui tamen nolens ei reddere malum pro malo. suis eam precibus suscitavit et exhortatam ad bonum vere penitere et penitentie et confessionem remisit. que postmodum vitam suam in bonis actibus consummavit. Ecce qualiter timor divinorum iudiciorum et timor gehenne liberavit hominem a carnis temptatione.

¶ Ex predictis patet de ista temptatione corporee voluptatis quam periculosa sit et quam generalis. et tamen ad superandum facilis si homo velit uti septem remediis supradictis. ita quod nemo qui premitur se superari potest excusabilis. Et de hac temptatione sicut de aliis possumus intelligere illam temptationem quam clamamus ad deum per dominicam orationem. et ne nos inducas in temptationem.

Rogemus deum ut det nobis gratiam quod non simus negligentes salutis nostre. sed sic adhereamus supradictis remediis ut non inducamur in laqueum carnalis temptationis. ita ut non mereamur cruciari

eternalis ignis gehenne. et cum mundo
corde possimus deum eternaliter videre prestante hoc domino nostro iesu christo qui vivit et
regnat in secula seculorum. Amen.

Et ne nos inducas in temptationem. Contra
petitio temptationem contra fortune
calamitates sine tristicia adversitatis et
hec est paciens sustinenda. que promovet
ad meritum. quia sicut dicit quidam sanctus
mala que nos hic premunt ad futurum gloriam
nos ire compellunt. Sciendum autem quod
hec temptacio est paciens sustinenda
secundum triplex propter comparationem pulchritudinis
et multitudinis. secundo propter adiutorii fortitudinem
et promptitudinem. tercio propter premii
magnitudinem et longitudinem. et quarto propter
eterni supplicii formidinem. Primo dico
quod temptatio tribulacionis et adversitatis
est paciens sustinenda propter comparationem
pulchritudinis et multitudinis. omnes enim
sancti fuerunt hac temptatione temptati
et probati. et dei amici nunquam habuerunt
qui hac temptatione non probarentur sicut
dicebat sancta iudith consolans populum suum
qui erat in civitate bethulie obsessus
ab holoferne principe exercitus regis
nabugodonosor. Cum enim deficeret
eis aqua et victualia ipsi statuerunt
et liberaverunt ex communi consilio
ut si nisi infra quinque dies dominus mitteret
eis adiutorium ipsi redderent
civitatem voluntati obsidencium. ipsa non
increpavit eos multum super hoc dicens
quod hoc non erat verba que deberent movere
dominum ad iram. sed magis ad indignationem
et ad iracundiam. quia ipsi non debebant

ponere terminum dei sine si ipsum humiliter
peterent et fiducialiter expectarent et dixit
sacerdotibus sic. Vos qui estis presbiteri in
populo dei et ex vobis pendet anima illorum
eloquio vestro corda eorum erigite
ut memores sint quod temptati sunt patres
nostri ut probarentur si vere colerent deum
suum. Memores esse debent quomodo abraham
pater noster temptatus est et per multas tribulationes
probatus amicus dei effectus
est. sic ysaac. sic iacob. sic moyses.
et omnes qui placuerunt deo per multas
tribulationes transierunt fideles. Et
nota quod valens ponere exemplum de
temptatione tribulacionis et tristicie bene
ponit abraham. quia sue temptaciones fuerunt
quoddam speculum et quedam prefigurationem
illarum temptationum quas modo sustinet
plebs fidelium et maxime religiosorum.
Magna enim temptatio fuit quando dominus ei
precepit ut exiret de terra sua et de
cognatione sua et iret in terram alienam.
Et in hoc prefiguravit dominus temptationem
illam qua ipse modo temptat bonos religiosos
qui relinquunt propter deum parentes et cognatos et possessiones
suas et intrant religionem in
corpore quasi terram alienam. et sic quasi boni
pugiles per voluntariam paupertatem superant
unum de hostibus suis scilicet concupiscenciam
mundialem. Alia magna
temptatio fuit quando dominus ei precepit ut
immolaret ei filium unicum quem habebat.
In quo prefiguravit dominus aliam temptationem
qua ipse temptat religiosos. qui
volunt quod per bonum obediencie relinquant
voluntatem propriam et voluntati prelatorum

subiciamus carnem per humum scilicet per
significationem cordis spiritum et corpus spiritum
quae nos deo ymolamus quia ipsa conter-
gen voluntati alterius subicimus. Sic
magna temptatio fuit qua dominus ei precepit
carne sua circumcidere in quo prefigura-
tur dominus tertia temptationem qua ipse
temptat religiosos qui per votum castita-
tis vult quod ipsi abstineant a carnis
illecebris. Et sic per tres temptationes
quibus dominus temptavit abraham qui le-
gitur fuisse amicus specialis dei signantur
tres temptationes quibus ipse temptat
religiosos bonos in tribus votis in
quibus consistit summa et perfectio ordinis
religionis id est in voto obedientie
paupertatis et castitatis. Et per hoc po-
tes probari quod ipsi religiosi sunt boni amici
dei. Probat quod dominus amicos suos
in mundo in temptatione tribulationis et
adversitatis sicut figulus probat vasa in
fornace quia vasa si sunt solida et bene
decocta patiuntur se agitari inter manus
figuli et reddunt clarum sonum alio-
quin si non sunt bene decocta crepant et
reddunt turpem sonum. Similiter in tri-
bulatione et adversitate temptatione boni
xpiani qui bona vasa dei reddunt
clarum sonum per gratiarum actionem. Sciunt
enim quod tribulatio et adversitas sunt
quasi quidam tactus manus figuli sui id est
dei cui nullo modo debent esse rebelles.
nec contrarii quae tactum sentiebat
iob qui dicebat. miseremini mei mise-
remini mei saltem vos amici mei. quia
manus domini tetigit me. mali vero qui

quasi vasa crepant per impatientiam
et iram et reddunt turpem sonum per
murmurationem et blasphemiam. et hoc
est quod dicit salomo in proverbiis. Vasa
figuli probat fornax et homines
iustos temptatio tribulationis. Exemplum
de bono vase habemus in iob qui cum
amisisset filios et filias et omnem sub-
stantiam suam dicebat. dominus dedit. dominus
abstulit sicut domino placuit ita factum est.
sit nomen domini benedictum. Exemplum vero
de pravo vase habemus in eius uxore
quae videns calamitatem viri sui dicebat
ei benedic deo et morere. glosa. benedic
id est maledic vel suadebat ei facere quod
ipsa non audebat nominare id est blasphe-
miam quam forte non audebat nominare. non
timore dei. sed timore supplicii quod blas-
phemus secundum legem et forte secundum ritum
gentilium. et propter hoc subiungit et
morere id est mori et occide te propter in-
tollerabilis enim videbatur ei et amarum
quod virum miserum diu pati. Sic probat
deus amicos suos in temptatione tribu-
lationis sicut probatur aurum in igne for-
nacis. Unde in libro sapientie dicitur de
beatis martiribus deus temptavit illos
et invenit illos dignos se tamquam aurum
in fornace probavit illos. Nota quod
dicit tamquam aurum. quia aurum in fornace
probatur et purgatur. et postmodum pro-
batum et purgatum in thesauro ponitur.
Similiter sancti ponuntur in camino tribula-
tionis ut purgentur a culpa et probentur
in patientia et ponantur in thesauro regni
celestis gazophilatia. hoc enim modo

idest in tempestate tribulationis probauit
deus omnes illos quos in celesti gazo
filacio posuit / de quibus dicit apostolus ad
hebreos. alii vero ludibria et uerbera
experti insuper et vincula et carceres. la
pidati sunt. secti sunt. temptati sunt. in
occisione gladii mortui sunt etc. Etiam
ipse dei filius fuit / hac temptatione exa
minatus / sicut dicit apostolus ad hebreos
Non enim habemus pontificem qui non
possit compati infirmitatibus nostris. temp
tatum autem per omnia secundum similitudinem
absque peccato. Quod fuit temptatus per omnia
ostendit beatus bernardus qui dicit quod ipse
sustinuit dura uerba. et duriora uer
bera et durissima crucis supplicia.
Iste temptatus fuit per omne corpus me
bra. quia a planta pedis usque ad uer
ticem non erat in eo sanitas. Iste temp
tatus fuit per omnia homini genera quia
venditus fuit ab apostolo suo. negatus a
vicario suo idest a beato petro. derelictus
a discipulis suis. accusatus a iudeis.
crucifixus a paganis. Iste tempta
tus fuit per omnia elementa. quia aqua
fuit conspuitus. in aere suspensus.
ignis et solis et stellarum claritate
priuatus. in terra sepultus. bene ergo dicit
temptatum per omnia. Sequitur secundum simi
litudinem absque peccato idest quia habebat
similitudinem carnis peccatricis / qui tamen
erat ab omni peccato immunis. Si ergo
caro sua innocentissima et mundissima
subiacuit / flagellis. caro nostra in peccatis
concepta et nata et nutrita non debet

esse immunis. Quam ergo uelit per ipsum
ingredi in suam beatitudinem preparet se
ad sufferendam temptationem sicut dicit spiritus
sanctus in ecclesiastico. Fili ingrediens / accedens
ad seruitutem dei sta in iusticia et timore
et prepara animam tuam ad temptationem.
Sta in iusticia scilicet bonorum operum
et in timore scilicet cadendi in peccatum ne ca
das a numero electorum. et ideo prepara ani
mam tuam ad temptationem per quam transierunt
omnes electi. et iuxta quod dicit apostolus
de moyse. melius est affligi cum populo
dei quam temporalis peccati habere iocunditatem.
Hoc est ergo primum propter quod temptatio for
tune calamitatis vel transitorie aduer
sitatis est patienter sustinenda scilicet propter
consortii bonitatem et pulchritudinem
et multitudinem. Magnum enim solacium est
homini esse in bona et pulchra et magna
societate. Hec est societas sanctorum. ad
quam nos perducat ihesus christus Amen.

Et ne nos inducas in temptationem.

Secundum propter quod temptatio fortune
calamitatis vel transitorie aduersitatis
est patienter sustinenda propter adiutorii
fortitudinem et promptitudinem. Deus
enim qui est adiutor fidelium suorum est
fortis et fidelis. Quam est fortis per
amicos suos in temptatione positos in
nuit in qua fortitudine confidebat da
uid qui dicebat ad dominum. In te eri
piar a temptatione et in deo meo trans
grediar murum. In te id est in uir
tute tua non in mea. quia de illis qui
in uirtute sua confidunt dicitur in ecclesiastico

gelia quod ad tempus credunt. et in tempore temptacionis recedunt. Cum enim homo sit de nullo. virtus eius que ex parte sua est. est deficere et ad nichilum tendere. Sed si homo vera fide et spe et caritate in tantum virtutum domine cum virtus divina sit omnipotens. illa in omni temptacione potest hominem sustentare ne cadat. vel post casum erigere ut resurgat. Hic ergo patet qualiter adiutor meus est fortis sicut dicitur in psalmo. Dominus fortis et potens in prelio id est in bello temptacionum. et dicitur dominus fortis et potens non solum quia ipse sed. sed quia facit nos fortes et potentes. et locustas id est nos qui sumus ad modum locustarum debiles facit superare gigantes fortissimos id est hostes malignos. ¶ Secundo dico quod adiutor meus non solum est fortis. sed etiam fidelis. psalmus. Deus fidelis et absque ulla iniquitate iustus et rectus. et quia fidelis est non potest in ulla necessitate confidentibus in se deficere. nec intuentibus sibi se subtrahere. sed omni amico et suo suo in temptacione posito si recurrit ad ipsum toto corde. aut temptacionem fugat. aut eam ita sibi alleviat ut eam faciliter sustinere valeat. Et hoc est quod dicit apostolus in epistola prima ad corinthios. Fidelis enim deus qui non patietur vos temptari supra id quod potestis. sed faciet cum temptacione etiam proventum ut possitis sustinere. proventum id est quod lucrum. Quia per temptacionem cui viriliter resistimus lucramur peccatorum veniam et augmentum gracie et glorie. Quod ostensum est et figuratum fuit in Iob. Cum temptacione mirabilis tribulacionis superata restituit deus prisca omnia

que perdiderat duplicata. et sic verificatur illud verbum apostoli quo dicitur quod diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Glossa dicit etiam peccatum. Quod exponens Hugo de sancto victore dicit sic. Talis qui facit bene utitur quia inde est humilior in consciencia. fervencior in penitencia. sollicitior redditur in cautela. Si ergo sumus in temptacione tribulacionis confidamus in deo. quia sicut dictum est ipse adiutor fortis et fidelis et numquam deficit amicis suis in articulo necessitatis. et hoc est quod ipse dicit in ecclesiastico. Respicite filii naciones hominum. et scitote quia nullus speravit in domino et confusus est. permansit in mandatis eius et derelictus est. aut quis invocavit eum et despexit eum. Quia pius et misericors est deus et remittet in tempore tribulacionis peccata. et protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Qui vult ergo superare omnem temptacionem fiducialiter ad deum adiutorem suum per devotam oracionem et clamet. Domine ne nos inducas in temptacionem. Similis oracio et devota est quasi quidam bonus et fidelis nuncius quem nos pro nobis ad celestem curiam mittimus ut impetret nobis auxilium a deo adiutore meo in omnibus temptacionibus et necessitatibus. Unde per illud psalmi. Intret oracio mea in conspectu tuo domine. Dicit glossa sic. Magna via virtus oracionis ostenditur que quasi quidam nuncius ad deum intrat et illuc mandatum peragit quo caro pervenire nequit. Tercium armorum dedit nobis dominus scutum contra omnes temptacionis ictus. hoc est enim scutum cum quo pugnavit moyses contra pharaonem

amalechitarum. Sic enim legitur quod
cum populus dei pugnasset contra amale-
chitas incredulos qui occurrebant de
egypto exeuntibus in terram promissionis per
terram suam nolebant prebere transitum. Moyses
erat in monte et aaron et hur cum ipso
moyse. videns orante et tendente manus
ad celum vincebat populus dei. ipso vero
manus deponente et cessante ab oratione
vincebat amalech. Fatigato vero moyse
aaron et hur sustentaverunt manus eius
ita quod per orationem eius populus dei obtinuit per-
fectam victoriam de suis hostibus. et hoc
est quod dicitur in libro sapientie. Properavit
enim homo sine querela deprecari pro populis pro-
ferens servitutis sue scutum orationem. Sequitur:
Vicit autem turbas non virtute corporis
non armature potencia. sed verbo vexan-
te subiecit. verbo scilicet orationis quo
impetravit divinum auxilium quod nobis
concedat dominus ihesus christus qui vivit et
regnat deus in secula seculorum. ~~Amen~~

Et ne nos inducas in
temptacionem. Tercia
peticio que temptationis tribula-
tionis pacienter sustinenda est. est propter
premium magnitudinem et longitudinem.
cuius magnitudo est tanta quod excedit
sensum et intellectum humanum. Apostolus
ad corinthios. Oculus non vidit nec
auris audivit nec in cor hominis ascen-
dit que preparavit deus hiis qui diligunt
illum. nobis autem revelavit per spiritum suum.
Magnitudo igitur huius premii est perfecta feli-
citas. Longitudo vero huius est infini-
tiva eternitas. et hoc premium tam magn-
um et tam eternum quod deus preparavit illis

qui pacienter sustinent temptaciones tri-
bulationum describit beatus iacobus in sua
epistola cum dicit. Beatus vir qui suffert
temptacionem quoniam cum probatus fuerit accipiet
coronam vite quam repromisit deus dili-
gentibus se. hic nomine corona ostenditur
magnitudo et longitudo mercedis eterne.
Corona enim maius premium quam inter anglos
et scotos habet dyadema regum regni.
et quia est in circuitu longitudo eius videtur si-
ne fine et sine termino. hac longitudine
ostenditur rotunditas quam videmus in qua
principium neque finis. sicut magnitudine
mercedis pretenditur dignitas regalis culminis.
Et propter hanc premii magnitudinem et longitudinem
non debet homo in temptacionibus tristari.
sed magis gratulari. quia secundum apostolum non sunt
condigne passiones huius temporis ad fu-
turam gloriam que revelabitur in nobis. et ideo
dicit idem beatus iacobus. Omne gaudium
existimate fratres mei cum in varias
temptaciones incideritis. et super locum istum
dicit glosa optime ubi. Ne indig-
nemini inquit fratres si mali in mundo
florent. vos vero patimini. quia non est
christiane religionis in temporalibus exaltari.
sed potius deprimi. mali nichil habent in
celo. vos nichil in mundo. sed spe illius
boni ad quod tenditis. quotiens in via con-
tingat gaudere debetis. Exemplum
pro quo in beato alexio qui temptacionem
tribulationis non solum pacienter susti-
nuit sed etiam voluntarie elegit. Fuit
enim filius cuiusdam senatoris romani quem
cum pater coegisset uxorem ducere prima
nocte nupciarum clam recessit ab ux-
ore. et ignorantibus parentibus ad remo

tas terris abiit et in paupertate et mendicitate deo servivit. et a servis patris sui ipsum quaerentibus frequenter elemosinam accepit. et cum iam fractus labore et senectute in finibus remotis navigare disponeret ne sanctitas sua aliis innotesceret deo volente romam applicuit. et a patre proprio quasi extraneus hospicium pro deo petiit et recepit et per biennium ante mortem suam vilis et despectus et a nullo cognitus in domo patris languens iacuit ab omnibus incognitus et a servis propriis multas contumelias et opprobria et verbera est perpessus communicabat autem et confitebatur qualibet septimana. Tandem imminente die obitus sui scripsit vitam suam propriam in quadam cedula et inclusit illam in manu sua. Die vero transitus sui ceperunt in urbe roma omnia cimbala per se ipsa pulsari et orante papa et omni populo ut eis huius pulsacionis causa revelaretur a deo. audivit papa celitus huius responsum. Querite hominem dei alexium ut oret pro civitate ista et cum proclamatum fuisset per urbem ut qui sciret hunc virum eum manifestarent. aliqui de famulis patris sui qui fuit senatoris mens erat et sanctitatem et pacienciam eius advertentes cogitaverunt quod iste esset quem divinum oraculum queri precepit. et venientes ad eum repperierunt eum mortuum. Quod cum intimatum fuisset summo pontifici et imperatori. accesserunt illuc. et cum imperator orare fecit et adiunxit manum eius aperire vellet non potuit. sed papa aperuit et in cedula quam tenebat vitam eius et statum scriptam invenit. Uxor autem sua lucius in domo senatoris patre et matre recognoscentibus filium servis et ancillis recognoscentibus dominum suum. Uxore etiam adhuc virgine recognoscente virum suum virum post illius corpus. Fabricata vero fuit in honore eius ecclesia et in corpus eius multa miracula a deo sunt perfecta. Et quia temptationem tribulacionum paciencius et fortiter sustinuit primus voluntarie elegit ideo modo glorificatur in celo et honoratur in terra. ad cuius consorcium nos perducat ihesus christus Amen.

Et ne nos inducas in temptationem. Temptacionis quae temptacio fortune calamitatis vel transitorie adversitatis cum paciencia sustinere debemus. est enim eterni supplicii formidine. Illi enim qui temptacione patiuntur calamitatis nolunt pacienter sustinere sed portant eam moleste et cum impaciencia vel blasphemia et murmure incipiunt hic suum infernum sustinere. et per impacienciam suam temporale supplicium et momentaneum mutant in eternum et quod est eis purgatorium culpe et acquisitorium venie et in augmentum gratie et in elongacionem venie et demeritum gratie et glorie et in initium gehenne. Et ideo sanctus iudith loquens de illis qui in deserto murmuraverunt contra dominum dicit sic Illi autem qui temptaciones non susceperunt cum timore domini et impaciencia sua improperium murmuracionis sue contra dominum protulerunt exterminati sunt ab exterminatore. et a serpentibus perierunt. Et nos ergo non ulciscamur nos pro hiis que patimur. sed reputantes percussiones hec ipsa ex minora supplicia

flagella dei quasi servi qui corripiuntur
ad emendacionem non ad perdicionem iniuriam
euenisse credamus. Hec est ergo differencia
servorum dei et dyaboli. servi enim dei
in temptacionibus firmantur positi ad modum
boni auri foris rutilant idest illumi-
nando alios per exemplum sue paciencie deum
benedicunt et laudant. mali vero ad mo-
dum palee tabescunt et fumant idest des-
perant et deum blasphemant. et hoc est
quod dicit quidam sanctus sicut sub eodem
igne aurum rutilat et palea fumat
et aurum purgatur et palea consumitur.
ita una eademque vis tribulacionis irrue-
rens. bonos purgat et examinat.
malos vero cruciat et dampnat. Item
boni in temptacione et tribulacione sunt sicut
bonum vnguentum. quod fortius exagita-
tum delectabilius odorat. mali autem sunt
sicut cenum putridum quod fortius exa-
gitatum horribilius fetet. et hoc est
quod gregorius dicit in moralibus. sicut
aromata odorem suum non nisi cum incen-
duntur expandunt. ita viri sancti quicquid in-
se virtutis retinent in tribulacionibus
innotescunt et pari motu exagitatum
horribilius exalat cenum. et suauius
fragrat vnguentum. Bonis igitur vero tamquam
temptacionem tribulacionis pacienter susti-
nentibus sicut bonis discipulis et
filiis bene obedientibus dat deus
tribulacionem patre tamquam disciplinam
levem. malis vero de tribulacione mur-
murantibus et blasphemantibus tamquam
servis rebellibus dat infernalem
carcerem et eternam dampnacionem. Tor-
menta enim que boni sustinent in hoc

mundo non sunt nisi quedam umbre tor-
mentorum que mali sustinent in inferno.
et boni si quas habent dulcedines
non sunt nisi quedam pregustacio eterne dul-
cedinis. et mali si quas habent ama-
ritudines non sunt nisi quedam pregustacio
eterne amaritudinis. Et hoc est quod
tangitur in libro sapiencie. ubi dicit. Cum
enim temptati sunt et quidem cum misericordia dis-
ciplinam accipientes scierunt quomodo cum ira iudi-
cati impii tormenta paterentur. hos
quidem tamquam pater monens probasti. illos
autem tamquam durus rex interrogans condemp-
nasti. et loquitur de temptacionibus et tri-
bulacionibus quas sustinuerunt filii
israel in deserto. que pacienter sustinen-
tibus cesserunt ad meritum. sed impacien-
tibus fuerunt ad dampnamentum. quia sicut
dicit gregorius in quadam omelia Reg-
num celorum nullus murmurans accipit.
nullus qui accipit murmurare potest.
Exemplum habemus in duobus latronibus
qui fuerunt ad dextram et ad sinistram
christi. et in eodem suspendio unus periit
et alius paradysum meruit. Judas
et christus fuerunt suspensi. unus des-
perans meruit suspendium dampna-
cionis. alius pacienter sustinens meruit
gaudium resurreccionis. Sic ergo
patet de quarta peticione que est fortune
calamitatis vel transitorie adver-
sitatis quod est pacienter sustinenda qua-
tuor supradictis de causis. et quod illud
non potest facere homo sine divino adiu-
torio ideo necesse habet clamare ad deum
per dominicam oracionem. et ne nos inducas
in temptacionem idest ne permittas

quia per temptacionem tribulacionis ex defectu
virtutis et paciencie inducuntur in laqueum
murmuracionis vel desperacionis vel impa-
ciencie. Sed per veram pacienciam merentur
post hanc vitam ingredi celestem gloriam. Amen.

Sed libera nos a malo. Hec est septima
et ultima peticio dominice
oracionis. Et quamvis possemus
dicere quod hic petimus liberari ab omni ma-
lo et culpe et pene et presentis et futu-
ri, tamen comparative loquendo possumus dicere
quod in hac peticione petimus a celesti pa-
tre vicium invidie a nobis amoveri et
virtutem vero caritatis et amicicie nobis
dari. Quia sicut malum et bonum op-
ponuntur, sic caritas et invidia opponun-
tur. Dicitur enim caritas super omnes virtutes
facit hominem bonum, ita quod nichil sine
caritate est bonum vel meritorium, ita
invidia super omnia vicia facit hominem
malum, ita quod nullum bonum opus cum in-
vidia fit vel cum invidia est homini
fructuosum vel meritorium. Vocatur
autem invidia malum per quandam an-
tonomasiam vel excellenciam qua-
tuor de causis. Prima est quia invidia
bonum in malum convertit. Secunda quia
a dyabolo qui est auctor et principium
omnis malicie quasi eius spiritualis filia
procedit. Tercia racio est quia per ipsam
omne malum et culpe et pene in mundum
intravit. Quarta racio est quia sancti
bonitatis id est spiritui sancto contraria
existit. Est enim unum de peccatis in
spiritum sanctum quod vocatur invidencia superne
gracie de quibus dicit dominus in ewangelio

quod non remittitur nec in hoc seculo nec
in futuro, id est vix remittitur. Primo
dico quod invidia recte malum dicitur quia
bonum in malum convertit. Illud enim opus
quod ex caritate factum esset bonum et me-
ritorium, ex invidia factum fit malum et
demeritorium, ita quod super invidos recte
cadit illa prophetica maledictio: Ve
qui convertunt bonum in malum, ponentes
lucem tenebras et tenebras lucem. Ex-
emplum ponit beatus Gregorius in libro
dyalogorum de quodam episcopo sancto quendam
obsessum a dyabolo suis precibus curavit.
Dyabolus ex hoc dolens in specie hominis
per vicos civitatis quasi peregrinus clama-
bat se ab ipso episcopo de hospicio suo
eiectum, quem quidam civis invidens episco-
po hospitavit. Dyabolus autem
illa nocte filium eius occidit. Unde
beatus Gregorius interrogatus a petro sub-
tore et dyacono suo quare hoc permi-
sit deus, respondit quia non hospi-
taverit eum ex caritate nec ex bona
intencione, sed ideo quia invidebat episco-
po ut ex hoc haberet occasionem episcopo de-
trahendi, et sic ei in operibus mine pfe
rendi. Ecce qualiter bonum hospitali-
tatis, ad quod tantum suadet scriptura,
quia ex invidia processit, in malum et pec-
catum conversum fuit. Secundo dico
quod invidia malum dicitur quia a dyabolo
qui est primus auctor mali procedit. Hoc
testatur beatus Gregorius in libro mo-
ralium qui dicit quod cum in quolibet peccato
antiquus serpens partem veneni sui et
malicie diffundat, in peccato tamen invidie
serpens totum viscera sua commovit

Ex.

fructus enim ex mala radice mala arbor.
et ex mala arbore malus fructus procedit.
sic et diabolo qui est prima radix mali
procedit mala arbor invidie. et ex ista
mala arbore procedunt cogitaciones et
locuciones et operaciones male. non enim po-
test arbor mala fructus bonos facere sicut
dicit dominus in ewangelio. ¶ Tercio dicitur
invidia malum quia per ipsam omne malum
et culpe et pene in mundum intravit. Fa-
mes enim et sitis et morbus et mors
et omnia mala penalia que inflicta sunt
humano generi non sunt inflicta nisi propter
malum culpe. Omnis autem culpa huma-
ni generis ortum habuit ex dyaboli in-
vidia qui ideo primos parentes ad pec-
candum impulit quia eis invidit eo quod
celum ascensuri fuerant humiliando se sub pre-
cepto creatoris sui ad illam beatitudinem
unde ipse ceciderat per suam elacionem et
hoc est quod dicitur in libro sapiencie. Invidia
dyaboli mors intravit in mundum. Imitan-
tur illum qui sunt ex parte eius id est
invidi. ¶ Quarto dicitur invidia malum quia
contrariatur bono id est spiritui sancto. Est
enim peccatum in spiritum sanctum cui appropriatur
bonitas id est a quo omne bonum proce-
dit. In personis enim divinis cum sit eadem
potencia et sapiencia et bonitas patris et
filii et spiritus sancti sicut eadem divinitas.
tamen patri appropriatur potencia ne videa-
tur filio antiquior et ex hoc minus po-
tens. Filio appropriatur sapiencia ne videatur
patre iunior et ex hoc minus sapiens.
Spiritui sancto appropriatur bonitas ne vi-
deatur esse spiritus malus sive pestilens.
Hoc enim nomine spiritus per se sumptum sic

quandoque male sonat in scriptura. ut cum
dicitur spiritus ire superbie spiritus fornicacionis.
Cum ergo patri appropriatur potencia. ideo
illi dicuntur peccare in patrem qui peccant
ex infirmitate que est contraria potencie. et
quia filio appropriatur sapiencia ideo illi di-
cuntur peccare in filium qui peccant ex
ignorancia que est contraria sapiencie. Et quia spiritui
sancto appropriatur bonitas. ideo illi dicuntur
peccare in spiritum sanctum qui peccant ex pro-
pria malicia que est contraria bonitati. et
tales sunt invidi. Quod autem invidia sit
recte contraria fonti bonitatis id est spiritui
sancto patet sic. Spiritus enim sanctus est
amor patris et filii et per spiritum sanctum dif-
funditur in cordibus nostris amor dei et
proximi. secundum illud apostoli ad romanos. Ca-
ritas dei diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est nobis. Cari-
tas autem sive amor dei numquam permittit
hominem a bono ociosum esse. sed facit eum
in quo est semper bonum cogitare. bene dicere.
et bene facere. et de bonis gaudere.
Invidia non tantum contraria caritati et spi-
ritui sancto facit totum contrarium. Facit
enim hominem semper mala cogitare. mala
dicere. et mala facere et de malis gaudere.
¶ Primo dico quod invidia recte malum di-
citur quia semper facit malum cogitare. Nam
invidis convenit proprie illud quod david
dicit. Qui loquuntur pacem cum proximo
suo ~~multi~~ mala autem in cordibus eorum.
Invidus enim sicut dicit glosa pacem cum
amico suo loquitur. et occulte ponit ei
insidias. ¶ Exemplum habemus de hoc
in secundo libro regum de ioab principe
milicie david regis qui invidens

alii militi idest amasse eo quod rex recepe
rat eam in amicicia sua. et timens ne rex
auferret sibi dignitatem suam id est prin
cipatum milicie sue et poneret eum loco eius
cum obviasset ei in itinere dixit ei. Salve
mi frater. Et tenens mentum eius quasi volens
osculari eum eduxit gladium occulte et
percussit eum in latere et occidit. Ecce quomodo
ille invidus signa amoris pretendebat
osculando. et per invidiam malum cogitabat
in corde suo. quia cogitabat eum occidere in
pacis osculo. ¶ Exemplum eciam habemus in
scribis et phariseis. qui loquebantur cum ipso
verbis pacificis vocantes eum magistrum. Ma
gister inquiunt scimus quia verax es et viam
dei in veritate doces et non cogitant nisi
ut quomodo possent de verbis eius capere unde pos
sent eum accusare et morti tradere. Et
ut de multis exemplis sumamus unum.
adduxerunt ei mulierem deprehensam in
adulterio petentes ab eo utrum deberet
lapidari. cogitantes quod si diceret quod lapi
danda non esset. accusarent eum tamquam pre
varicatorem legis. et iudicantem contra
legem moysi que iubet adulteros lapida
ri. Si vero diceret quod lapidanda esset. vo
carent eum vocarent eum predicatorem falsi
tatis eo quod esset contrarius sibi ipsi qui
miam semper predicabat et sine misericordia eam
lapidari iubebat. Sed ipse videns malas
cogitaciones eorum ita respondit quod et mi
sericordiam tenuit et iusticiam non reliquit.
nec aliquid contra legem dixit. Qui sine
peccato inquit est vestrum primus in illam lapidem
mittat. Ecce iusticia. Iustus enim debet
esse immunis a peccato qui alium de peccato con
dempnat. Nemo enim debet alium condemp

nare de peccato quod habet in se. Cui autem
dixit mulieri. nemo te condempnavit.
vade et amplius noli peccare. Ecce
misericordia quia cum ipse esset sine peccato. et haberet
iudiciariam potestatem et auctoritatem po
tuisset condempnasse eam ad mortem si vo
luisset servando mosayce legis rigorem.
Sed ipse ostendit se velle tollere rigorem
legis veteris que erat lex timoris et ri
goris et statuere novam legem ewangelicam.
que est lex dulcedinis et amoris. et quod
ipse erat qui per ezechielem prophetam dixerat
Nolo mortem peccatoris. sed ut magis con
vertatur et vivat. Ecce qualiter illi scribe
et pharisei. invidie igne succensi. per
maliciam suam cogitabant superare et ex
tinguere dei sapienciam. sed non est sapiencia non
est consilium contra deum. Dic ergo pater
qualiter invidia facit semper malum cogi
tare. ¶ Verbo dico quod invidia semper facit
malum dicere. et hoc de necessitate sequitur.
ad primum idest mala locucio ad mala
cogitacionem. ex habundancia enim cordis
os loquitur. Et secundum ewangelium. malus
homo de malo thesauro cordis sui
profert mala. Proprium enim invidorum est
aliis detrahere. quia venenum aspidum sub
labiis eorum. et lingua eorum gladius
acutus. et sepulchrum patens est guttur
eorum. Sepulchrum enim patens in quo
est cadaver mortuorum. exalat conti
nuum fetorem. Similiter guttura invidorum
eructat continua detractiones et aliorum
diffamaciones. Hii sunt enim crudeles ho
micide animarum. qui comedunt carnes
crudas et absorbent sanguinem omnium

qua sicut dicitur in vita beati francisci · de
tractor animarum sanguine pascitur quas
gladio lingue necat ¶ Item proprium est
invidorum · dubia in parte deteriori
interpretari · Unde dicit magister galterus
in prologo libri allexandreidos · proprium
est inquit humani generis a prima sui natura
scilicet quia cuncta que fecerat deus bona
creata sunt · ita esse depravatum · ut pronius
sit ad eo depravandum quam indulgendum ·
et facilius sit ei ambigua depravare ·
quam in parte interpretari meliore · Has lin
guas venenatas timebat beatus Jero
nimus qui in omnibus prohemiis seu prefa
cionibus librorum suorum primo invidis res
pondebat · timens ne ipsi pervertere(n)t
ea que in libris suis obscura vel dubia
invenirent ¶ Item proprium est invidorum si au
diunt aliquem laudari aut laude premiis
suffocare · aut pro posse suo diminuere ·
habet enim sub lingua hastam cuspida co
tractionis · adversatiue quam vocatur nisi ·
quia nullus potest evadere · Si enim dicatur co
ram aliquo invido ille est bonus homo · invidus
statim negabit si potest vel si audet · Si
non potest vel non audet negare · dicet ve
rum est nisi hoc esset ~~[illegible]~~ · Omnes nisi
vulnerat hasta nisi ¶ Exemplum ha
bemus in scribis et phariseis et prin
cipibus sacerdotum qui dicebant Christum
demonia eicere in beelzebub principe
demoniorum · Item quod Christus comedebat
cum peccatoribus qui indigebant doctrina
et remedio eius sicut dulcis medicus
cum infirmis et dulcis magister cum disci
pulis · ideo ipsi dicebant quod ipse erat
homo vorax et potator vini publi

canorum et peccatorum amicus ¶ Dicit quod pars
qualiter invidia facit semper mala cogitare
et mala dicere ¶ Tercio dico quod invidia
malum dicitur quia invidi semper student aliis
mala facere de quibus dicit scriptura Sapi
entes sunt ut faciant mala · bene autem
facere nescierunt Item pedes eorum ad
malum currunt et festinant ut effundant
sanguinem · Exempla super hoc possent
poni non pauca · Si unquam malum non est
fratrem suum occidere · sicut cayn occidit
fratrem suum abel per invidiam · Item numquam
malum non est fratrem suum vendere sicut
vendiderunt filii iacob ioseph fratrem
suum propter invidiam · Item numquam non est
malum ymo malorum omnium pessimum deum
morti tradere · sicut Christus morti traditus
est a iudeis per invidiam ¶ Quarto dico
quod invidia dicitur malum quia semper facit de ma
lis gaudere · Ovidius in libro metha
morphoseos · describens invidiam dicit
Risus abest nisi quem visi fecere dolores.
quia sicut dicit scriptura Oculus invidi semper ad
mala · Ideo enim vocatur invidus quia non
videns quia bonum alterius non potest videre
sine tristicia et afflictione · Unde in
allexandreide Invidus alterius rebus
macrescit opimis Iste est gladius
golie qui primo interficit dominum suum quam
alium · Unde quidam poeta Justius invidia
nichil est quia protinus ipsum auctorem le
dit excruciatque suum ¶ Non enim invidus
alterius bonum conspicit in se ipso tabes
cit · Unde in libro sapiencie · neque cum invi
dia tabescente iter habebo quoniam ista
non est particeps sapiencie ¶ Quinto dicit

Beni enim sapientia gaudet de aliis bo-
nis et tristatur de malis. Invidia
vero gaudet de aliis malis et tris-
tatur de bonis. Propter quod dicebat Sene-
ca se desiderare quod invidi in cunctis
civitatibus oculos haberent ut quot
prosperitates singulorum intuerentur
tot cruciatibus torquerentur. Invidi sunt
noctue infernales que non possunt vide-
re solem et dracones gehennales qui
non possunt sustinere bonum odorem. Quoniam
invidi dolent de bono et gaudent
de malo. et quam sequitur eos ultio. ha-
Gr. bemus exemplum in libro dyalogorum
in Florencio presbitero qui invidens
fame beati Benedicti misit ei quasi pro
benedictione panem venenatum. quem
beatus Benedictus cognoscens per spiritum pre-
cepit corvo cotidie venienti ad ipsum
de nemore propinquo pro sua refectione
ut efferret eum ad locum remotum ubi
nulli noceret quod et fecit. Florencius
videns quod non poterat occidere magistrum co-
natus est necare animas discipulorum. et
fecit septem puellas nudas tripudi-
are in orto qui erat iuxta cellas mo-
nachorum. Quod beatus Benedictus non potuit
sustinere. sed posito vicario pro se re-
cessit inde et cepit ad desertum
unde venerat redire. Quo audi-
to Florencius presbiter consistens in quodam
solario vehementer exultavit et re-
pente solarium sub ipso cecidit. et
nullo alio interempto miserum invidum
trucidavit. et sic ille miser emulus
in se ipso ostendit qualiter malicios[us]

emulorum dolor insequitur et eter-
na gaudia eorum fructus perpetuus
occupabit. Hic igitur patet quod in-
vidia recte malum dicitur. tum quia bonum
in malum convertit. tum quia dyabolo qui
primus auctor est mali procedit. tum quia
per ipsam omne malum et culpe et pene
in mundum intravit. tum quia spiritui sancto
qui est fons tocius bonitatis recte
contraria existit. Patet enim quod
est contraria spiritui sancto videlicet quia sicut spi-
ritus sanctus facit eum in quo est semper bona
cogitare. bona dicere. bona facere. et
de bonis gaudere. sic invidia facit eum
in quo est semper mala cogitare. mala dicere.
mala facere. et de malis gaudere. Isto
modo grave ergo fit dici quod quando dicimus
deo in dominica oracione sed libera nos a
malo. petimus liberari a malo invidie
et dari nobis virtutem vere caritatis et
amicicie. que ab omni invidia et malicia
purgat animam in qua habitat secundum apostolum
quod dicit. quod caritas non emulatur.
non agit perperam. non inflatur. non est
ambiciosa. non querit que sua sunt. non
gaudet super iniquitate. congaudet autem
veritati. Rogemus dominum ut a malo
invidie nos liberet et virtutem vere ca-
ritatis nobis donet. quia hec est via regia
per quam pervenitur ad regnum celorum.
Ad quod nos perducat deus qui est
caritas. Amen.

Sed libera nos a malo

Quamvis satis appropriate
loquendo nos petimus hic liberari a
malo invidie. tamen generaliter loquendo nos

passimus dicere quod nos petimus hic liberari ab omni malo et culpe et pene et presentis et future. Caeter quod sciendum est quod duplex est malum culpe. per quod pervenitur ad malum pene et temporalis et eterne. Est enim malum cordis. oris. operis. et malum inhoneste conversacionis.
Primo dico quod est malum cordis. quod est triplex scilicet mala cogitacio de qua pervenitur ad malam delectacionem. quando mala cogitacio non expellitur. quando retinetur. et si homo non vult malam delectacionem removere si placet ei in ea diu manere fit esse peccatum mortale quia racio consentit in delectacionem quamvis non consenciat in opus et consensus delectacionis prohibite fit peccatum mortale. Et de mala delectacione pervenitur ad malum consensum idest ad consensum operis. et istud semper est peccatum mortale et reputatur pro facto. videlicet quando consentit interiore de suo quod libenter faceret rem illicitam et a deo prohibitam si locus et tempus se afferrent secundum quod dicit dominus in ewangelio Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est in corde suo. Hoc est ergo triplex malum cordis scilicet mala cogitacio, mala delectacio. et malus consensus. et ab hoc triplici malo petimus nos liberari a domino cum dicimus. Sed libera nos a malo. scilicet cordis. et nota quod malum cordis offendit deum. decipit proximum. dampnat ipsum subiectum. Primo dico quod malum cordis idest mala cogitacio vel delectacio vel de consensus offendit deum qui inspector est cordis. Homines enim vident ea que parent. deus autem intuetur cor. et ideo dicit dominus per ysaiam prophetam. Lavamini mundi estote multi enim lavant se qui non sunt mundi coram oculis dei. quia lavant se ore et opere. sed non corde. ore confitendo. opere a peccato exteriori abstinendo. sed non corde quia sunt peccatum in voluntate in proposito et desiderio. Et ideo licet sint mundi et loti coram mundo. tamen non sunt mundi nec loti coram deo. Unde dicitur alibi. mundi sunt oculi tui et ad iniquitatem respicere non vales. Exemplum habemus in lucifero quia sola voluntas equari deo quam in corde habuit ita deum offendit quod ipsum irrevocabiliter de paradyso expulit et eterne dampnacioni condempnavit. Secundo dico quod malum cordis decipit proximum. Exemplum in proditoribus de quibus dicit psalmista. Loquntur pacem cum proximo suo. mala autem in cordibus eorum. tales sunt sicut iudas qui osculabatur dominum ore et tradicionem eius cogitabat in corde. Immo tales sunt sicut dyabolus qui per simulatam sanctitatem multos decipit et ducit ad eternam mortem. Exemplum habemus in beato hylario pictavensi episcopo cum apparens dyabolus in specie iuvenis. eum sub pretextu necessitatis et utilitatis et honestatis ad hoc adduxit. quod cum ipse prius heremiticam vitam duceret et pedester incederet. per blandicias suas fecit eum cum magno comitatu equitare. carnes comedere. lineis vestibus. natare congregandis pecuniis. uti eciam balneis. et tandem ipsum

demersisset in fetore libidinis. ut
scribit martinus turonensis archiepiscopus
qui dum eius fuit socius et discipulus
spiritu sancto revelante ad ipsum veniens.
ipsi licet invito fraude dyaboli ipso con-
fitente dyabolo ostendisset. Ecce qualiter
dyabolus per signa pacis et amoris co-
niungebat ducem cum in fovea perdicionis.
et sic decepit ipse per sortilegos et
divinos et phitonicos omnes qui consulunt
eos et etiam per hereticos et iudeos.
Tercio dico quod malum cogitacionis
vel cordis dampnat peccatorem subiectum
quia dum homo sit cor pollutum prava
voluntate. impossibile est ipsum ad sa-
lutem pertingere. et propterea hoc dicit dominus
ad quamlibet racionalem creaturam quam videt
mala voluntate ac polluta. Lava a
malicia cor tuum iherusalem ut salva fias.
Iherusalem quod interpretatur visio pacis est anima
fidelis que debet super omnia curare
de servanda cordis pace cui dicitur.
Lava a malicia cor tuum ut salva fi-
as. quasi diceret. aliter non poteris salva
fieri nisi auferas maliciam id est
malam voluntatem cordis tui. Quomodo autem
malum cordis dampnet peccatorem subiectum
patet per exemplum quod invenitur scriptum sic.
Exm Miles quidam uxorem alterius amore
stupri diligebat. et ipsa etiam consen-
ciebat. sed quia non habebat locum nec
tempus ydoneum sola voluntate perpe-
trabant in cordibus suis suum peccatum.
Quibus defunctis in hac voluntate
absque penitencia pena dampnacionis
eorum taliter est ostensa. quia in medio

nudi existentes et magno impetu
collidentes ad invicem mutuis se com-
plexibus constringebant. et ex illa con-
strictione gehennali igne inflamati.
in favilla et cinerem redigebantur. et
statim restituti in forma pristina in-
cessanter ad tormenta renovabantur.
Hic ergo patet de primo malo id est
de malo cordis qualiter offendit deum.
decipit proximum. interimit peccatorem sub-
iectum. Secundum malum est malum oris
vel sermonis de quo dicit apostolus. Omne
malum de ore vestro non procedat. Primum
malum est per quod blasphematur et inho-
noratur deus. diffamatur vel vituperatur
proximus. palliatur et excusatur peccatorum
scelus. Dico quod malum primo est per quod
diffamatur vel inhonoratur deus. et
talis est omnis mendacio falsa vel inho-
nesta. et omnis heretica doctrina. Et
hoc malum suadebat uxor iob. quando
dicebat ei. benedic deo et morere
id est maledic. et in libro regum Be-
nedixit nabath deum et regem id est
maledixit. Quantum peccatum sit de
deo maledicere vel blasphemare patet
per hoc quod talis lapidabatur in lege.
Patet etiam per exemplum quod narrat Exm
beatus gregorius de quodam puero quinque
annorum qui cum blasphemare consuevis-
set. et pater eum non corriperet. semel
dum pater teneret eum inter brachia sua.
vidit ethiopes cum impetu venientes. et
vertens faciem ad pectus suum ne videret
eos. cepit blasphemare et demones
rapuerunt eum de manibus patris et de

inferunt in aia et corpe. Secundo
dico q malus lingua est p q diffamat
ul vim perdit ul dapnificat proximum
Contra quod dicit beatus iacobus q lingua
est inquietum malum plena veneno mor
tifero. in ipa benedicimus deum. et in
ipa maledicimus hoies. qui ad similitudinem
dei facti sunt. Hoc malum prohibet apls
cum dicit Non reddentes malum pro
malo. neque maledictum p maledicto.
sed econtrario benedicentes. Quam peri
culosum sit istud malum patet p hoc
Exm exemplum. Fuerunt duo clerici socii
quorum unus detractor pessimus de ne
mine poterat bn loqui. qui infirmita
te detentus cum ad penitencia a socio
moneretur parum pendens ipsius monitus
nullo penitus se correxit. Cumque
ad extrema appropinquaret admonitus a
socio promisit ei q infra xl. dies sibi
appareret si posset et sic mortuus
e. Post paucos g° dies deo conce
dente. non p salute eius. sed ut ceteri
tali erudirentur exemplo. apparuit
socio totus niger et totus accensus
intus ac foris incendio infernali. ad
cuius aspectum cum ille timore deficeret
dixit ei Ego sum infelix quondam so
cius tuus p quo oras inaniter quia
ppetuo sum dampnatus. Cum enim eem
in extremis ductus sum coram iudice.
Cum obmutescere p timore vidi in
tus quos sole lucidiores manus ad
iudicem contra me extendentes et cla
mantes. Vindica domine sanguinem nrm
de isto pessimo detractore q nos
apud hoies maliciose et mendaciter

diffamavit. Ad hanc vocem cum me
iudex respiceret indignanter. territus
et confusus et de pluris contra me
male iudicio conscius memetipm et ingra
na dei inanem penitus sum ablatus. et
sic desperans ppetuo sum dapnatus
Tercio dico q malus lingua e p que
palliatur et excusatur proprium scelus.
quod petebat amoveri a se psalmista
qui dicebat domino Non declines
cor meum in verba malicie ad excusan
das excusationes in peccatis. Exemplum
habemus in primis parentibus post precepti
dei prevaricacionem. quorum uterque excu
savit se p mulierem dicens. mulier quam
dedisti mihi sociam. dedit mihi de ligno
et comedi. Et sic peccatum suum innate
refundebat in mulierem et in auctorem idest
in deum. Similiter mulier excusavit se
p serpentem dicens. serpens decepit
me. et sic uterque eorum recognovit
peccatum suum. sed excusavit. Non enim de
buissent se excusare p aliena. sed
accusare propria voluntate. quia peccatum e
ita voluntarium quod nisi sit voluntarium
non e peccatum. Hic faciunt multi hodie
qui dicunt q non possunt se continere propter
fragilitatem nature retorquentes peccatum
suum in auctorem nature idest in deum quasi
deus eis tale naturam dederit q a pecco
abstinere non possit. quod non est verum.
quia si peccator p naturam peccaret et non
p voluntate. deus ipsum iniuste dampn
naret. quia ergo ad verba malicie declina
verunt et peccata sua excusaverunt.
maledictionem dei incurrerunt. et omnes

peccati sui excusantes et attenuantes
et condicentes que aggravant peccata ta-
centes. cuius maledictionem incurrunt
quia sicut dicit gracianus. Hoc est semper
laudare et ad proterviam tendere et
semper venia carere. Hic ergo patet de
duobus primis malis id est cordis et
oris. a quibus nos liberet ille cui nos
dicimus per dominicam oracionem Sed libera
nos a malo. ¶ Tercium malum est
malum manus sive operis. ad quod malum
reducitur corporis coinquinacio quam faci-
unt luxuriosi sicut dixit daniel se-
nibus impudicis Inveterati senes
dierum malorum Nunc apprehenderunt
vos mala que operabamini loquentes cum fi-
liabus israel. et ille timentes loquebantur
vobis. Item ad malum operis reducitur
innocentium persecucio quam faciunt super-
bi. Unde ananias dixit domino de saulo
Domine audivi de viro isto quanta mala
fecerit sanctis tuis in ierusalem. Item ad hoc
malum reducitur pauperum depredacio
quam faciunt avari id est predones falsi
mercatores et usurarii de quo malo
dicitur in ecclesiaste. Divicie congregate in
malum domini sui. Multe sunt alie dif-
ferencie huiusmodi mali. ¶ Et sciendum quod istud
malum multum nocet homini. quia aufert
ei lucem divine gracie et cognicionis recte.
secundum illud. Excecavit eos malicia
eorum. Et in ewangelio. Qui male
agit odit lucem. ¶ Item ponit hominem
in contaminacionem. secundum illud parantur
illis qui operantur malum. quia cum sectatus
est illis qui sentiunt se esse in sta-
tu dampnacionis. non est pax impiis
dicit dominus. Item ducit istud malum ad
tormenta gehenne quia qui bona fece-
runt ibunt in vitam eternam. qui vero
mala in ignem eternum. Ponamus ex-
empla si placet de hoc triplici malo
operis. ¶ De corporis coinquinacione legitur
in vita sancti gregorii. Cum serpens
magnus vastaret illam regionem devo-
rans tam homines quam iumenta nec latibu-
lum eius posset inveniri. rogaverunt domi-
num gregorium ut locum eius sibi os-
tenderet. Et ostendit ei angelus sepul-
chrum cuiusdam mulieris cuius corpus erat
divisum in duas partes. et inter eas cu-
babat draco. nec in alio loco nisi in
illo poterat permanere. quia illa mulier
carnem suam divisit quia adultera
fuit cum marito. ¶ Crimine quod est ad-
ulterium cum in mortuis adulteris fa-
ciat cubile suum speciale. draco ille
magnus scilicet dyabolus de quo malo
dicit ecclesiasticus loquens de muliere
impudica cum deprehensa fuit terget
os suum dicens. animo sum operata
malum etc. ¶ De aliis duobus malis cor-
poris id est de innocentium persecucione et
pauperum spoliacione que sunt communia ma-
la patet hoc exemplo. ¶ Fuit quidam
ballivus severus nimis in servanda
iusticia quam non zelo iusticie exer-
cebat. sed propter munera que diligebat
et libenter accipiebat propter quorum cu-
piditatem frequenter innocentes condemp-
nabat et reos absolvebat. hic igitur
accusatus fuit apud dominum suum quia cum

Ex.m

sint accepto munere spoliasset. Cuius
rei veritate comperta omni thesauro suo
a domino spoliatus pre dolore laqueo se sus-
pendit. et de mandato domini sui tractus
equis per villa in furcarum patibulo est
suspensus. Quidam vero religiosus ro-
gavit deum ut sibi revelaret qualiter est
de eius. et vidit eum in spiritu in quadam
camera valde obscura. et cum eo duos
demones prunas ardentes ad latera
eius sufflantes et liquantes aurum
et argentum quod pauperibus ante acceperant
et mittentes in os eius. et per inferiora
exeuncia in os iterum refundentes. Ecce
quantum malum est recepto munere oppres-
sio innocentum et spoliacio pauperum de
quo malo sepe impletur illud quod com-
muniter dicitur. male acquisita male dispergitur. Ab
istis tribus malis scilicet cordis oris et ope-
ris nos custodiat xpistus Amen......

Sed libera nos a malo
Tercium malum a quo petimus
liberari est malum inhoneste
conversacionis. de quo potest exponi illud quod dicit
apostolus. Ab omni specie mala abstinete vos.
mala species est que dat alteri occasione
scandali. Scandalum autem est dictum vel
factum vel signum minus rectum prebens alii
occasionem peccandi. Quantum istud peccatum
sit ostendit xpistus qui dixit. Ve illi per
quem scandalum venit. Tamen est istud
malum. quod opera de genere bonorum quamvis fi-
ant bona intencione concomitante
scandalo fiunt mala. Exemplum pono
Est unus clericus vel sacerdos sanctissime
vite in una villa et in eadem villa est

una mulier eque sancta. clericus vel sacerdos
frequenter vadit ad eius domum. non propter
aliquod malum sed ut suadeat ea ad
omne bonum. tunc vicini videntes eum do-
mum illius nimis frequenter ingredi et egre-
di sunt super hoc scandalizati mendican-
tes vel cognatos quod non frequentet do-
mum eius nisi amore peccandi. Certe ergo
ipse sunt scandalum aliorum. nisi ab illo fre-
quenti ingressu abstineant mortaliter pec-
cant. quia sicut dicit apostolus de illis qui ves-
cuntur ydolaticis cum scandalo aliorum
ipse occidit animas propter quas xpistus mor-
tuus est. Unde apostolus dicebat. Si esca
mea scandalizat fratrem meum. non man-
ducabo carnes in eternum. Non solum igitur
a malo opere. sed eciam ab omni mala specie
est abstinendum. quia sicut dicitur vulgariter. non
debet pelle lupina induere qui non
vult lupus fieri etc. Et hoc non bene
advertunt dyabolice mulieres que coreas
et tripudia libenter aggregantur et co-
nectunt. hoc enim non est opus matrona-
rum sed meretricum que quasi meretrices et ve-
nalia iocalia volunt ostentare corpora
sua. Iste sunt silices dyabolice que su-
munt et ut dicam contrafaciunt opera dei.
Sicut enim xpistus fuit extensus in cruce
in honore dei. sic corizantes exten-
dunt in cruce brachia sua in honore
dyaboli. Et sicut xpistus habet abbacias
suas in quibus qui sunt serviunt ei ca-
nonici et monachi et conversi. sic dya-
bolus habet coreas quasi abbacias suas.
in quibus illi qui sunt in chorea sunt quasi
canonici vel monachi cantantes in

chore. Illi vero qui assistunt eis et audiunt
et respiciunt eos contra choream sunt sicut
conversi qui non intrant chorum sed adiunt
de extrinseco tamquam amatores vel
monachorum. Et sicut clerici et religi
osi serviunt deo suo de cantu suo et
de musica sua. sic illi qui sunt in chorea
serviunt dyabolo de cantilena sua.
Sicut enim cantus clericorum inventus est a
beato gregorio excitante eum ad hoc spiritu
sancto ut excitaret homines ad devotionem.
sic cantus chorearum inventus est a dyabolo
ut excitaret corda ad lasciviam et ad
illecebrosam delectationem. Et propter
hoc dicit quidam sanctus quod minus est in die
bus festivis arare vel fodere quam choreis
intendere. Ibi enim fiunt inhonesta spec
tacula et audiuntur lenocinia et tan
guntur ad modum brachia muliebria. et
aspiciuntur ornamenta placentia que omnia
non sunt nisi libidinum incentiva. Ibi per
signa oculorum et gestuum percipit im
pudicus iuvenis consensum lascivientis
iuvencule. et prisca vetula mediatrix
interponitur. iocalia mittuntur. locus aptus
ad secretum colloquium inquiritur. et aptus
nephariis perpetratur. Et si puella non
consentit iuvenis qui est fortior per
violenciam eam rapit. Et plerumque quamvis
exterius simulet se dissentire. tamen
illata violencia vel raptus interius sibi
placet in corde. Exemplum habemus in
genesi de dina filia iacob patriarche
que patre suo et fratribus egressis et in
pastu pecorum occupatis tabernaculum

patris reliquit et ut videret mulieres
regionis illius coreizantes exivit quam
videns semor filius sichen principis terre
rapuit et oppressit. in cuius ultione
fratres eius in proditione totam civitatem
vastaverunt. et raptorem et patrem eius
et populum occiderunt. Et sic illa que ad
choreas virgo abiit. corrupta rediit
et multorum homicidiorum occasio fuit.
Cum igitur non velit occasionem scandali
dare vel accipere ab omni specie mala ab
stineat se et maxime a choreis que sunt
processiones dyaboli. quia processiones que
fiunt in honore dicuntur a parte dextera.
sic choree in honore dyaboli a parte
sinistra. Et ut melius appareat quam pe
riculosus et deo et sanctis odiosus sit
coreizarum ludus. ducantur in medium duo
exempla que inveni sic scripta. In episcopatu Exm
cameracensi puella quedam cantilenis
et coreis assidua cum quadam die duceret
choreas. illa cantante quedam repentinus
turbo rapuit et in altum detulit quam di
versis flagellis malignus spiritus crude
lissime verberabat. Ictus quidem audie
bat plurimi. sed videre non poterant fe
rientem. et mulierem audiebant in aere
eiulantem. et post modicum in vallem ce
cidit in terram mortua nimis terribilis
ad videndum. Item in saxonia quidam Exm
presbiter in ecclesia magni martiris con
celebrans cum audiret puellas quasdam
choreas ducentes per cimiterium. et ipsum
impedientes maledixit eis imprecatus
est ut cantantes usque permanerent et
sic per annum integrum permanserunt. non

comedentes nec bibentes. sed qui ceteri
res primum usque ad genua. deinde usque
ad femora terre demerse sunt. donec
eas sanctus hubertus coloniensis absolvit.
quidam autem ex illis cito obierunt. quidam
autem diu viventes penam sui tremore
membrorum continuo perdiderunt. Ecce quale
est malum quod tam dure a deo sunt puni
ti. ¶ Et nota quod si malum inhoneste con
versationis vitandum est a laycis magis
tamen a clericis et sacerdotibus et religiosis
et prelatis. qui debent non solum non dare
materiam scandali. sed debent esse lux
populi et exemplar et forma honeste
conversationis. propterea non solum debent a pec
care. sed etiam omnes exteriores motus et
gestus suos componere. ne in eorum orna
tu aspectu affatu incessu appareat
aliquid reprehensibile quod possit aliis ma
teriam scandali ministrare. Propter quod dicit
sanctus odo abbas cluniacensis in libro occu
pacionum suarum. Sicut os in vo
ce dum ex cordis habundancia loquitur. sic
exterioris hominis motus ex qualitate interio
ris formatur. hinc enim scriptum est. Amic
tus corporis et risus dencium. et incessus
sus hominis enunciant de eo. ¶ Sanctus
Ambrosius in libro officiorum dicit de
duobus clericis qui inordinate incede
bant. quod tempore processionis retro se fieri
bat eos incedere. quia videlicet malum insi
gne eorum interiorem in eis non poterat. inde
non pateretur quorum unus perfida sicut
ipse refert publice lapsus atque de gradu
suo deiectus est. ¶ Gregorius quoque na
zanzenus in sermone contra paganos libro
ma de iuliano apostata refert quod ipsi

usque adhuc eum iuliani mores compri
sunt. Dum hunc arbitris clarus cognovis
sem. considerans eum viri et non frustra
vates eram egregius est qui bene conside
rat. Erat igitur in eo inconstancia motus
incessus liberior. oculi inflexibiles.
humeri instabiles. oculi huc illucque
currentes. pedes instantes. nares
spirantes contemptum. risus ingentes
et qui sibilantes. Dedit per vinusta
discernere. Hunc autem opera vidi et dixi
O quale malum nutriret respublica ro
manorum. Ita quod si homo talis gestus
et talis incessus inveniretur in aliqua reli
gione. nonne statim posset dici. o quale
malum nutrit respublica monachorum
canonicorum. Dicit igitur apostolus hortatur nos
ab omni specie mala abstinere vos. ne
posset dici de nobis aliquid illud quod dictum
est de illo apostata iuliano. ¶ Hic igitur
patet de quadruplici malo id est cordis
oris et operis et exterioris conversationis
et de omnibus istis potest intelligi illud quod
nos in oracione dominica petimus a deo di
centes. Sed libera nos a malo. Ab istis
igitur malis per sua dulcedine nos libe
ret ihesus christus Amen.

SEd libera nos a malo

Videmus supra de malo quadruplici. id est oris cor
dis et operis et conversationis exterioris
Et sciendum quod nisi caveamus ista quatuor
mala de illis cadimus in alia quatuor
genera id est in malum inveterate con
suetudinis. in delmitie obstinationis.
finalis desperationis. et ne dampnationis

Primo dico quod a quadruplici supradicto malo idest cordis oris et operis et inhoneste conversationis cadunt isti in malum inveterate consuetudinis in quod ceciderunt illi impudici senes qui ad libidinem suam non potuerunt inclinare Susannam matronam quibus Daniel dixit inveterate senex dierum malorum etc. Et istud malum est mirabiliter formidandum quia consuetudo inveterata vertitur in naturam ut quasi. Dicuntur enim naturalia accidentalia sunt inseparabilia sicut patet in nigredine corvi et in albedine cygni et in simitate vel aquilitate nasi quae non possunt ab eis separari sine corruptione subiecti. Sic consuetudine mala et inveterata difficile et quasi impossibile est ab homine separari testante Ieremia propheta qui dicit Si potest ethiops mutare pellem suam et pardus varietates suas et vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Et propter hoc gravissime peccant parentes et magistri et domini qui filios et discipulos et servos suos a primis annis in bonis actibus non informant quia sicut dicit quidam versificator Quod nova testa capit inveterata sapit. Item poeta Quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu. Salomon Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Et ideo dicit Ieremias propheta in trenis Bonum est viro cum portaverit iugum domini ab adolescentia sua. Exemplum quoddam inveni scriptum super hoc in hunc modum. Fuit quidam iuvenis qui filium habuit quem nimis carnaliter dilexit et ipsum ambulare in desideria cordis sui a pueritia corrigere neglexit qui primo bona parentis sui furari et expendere in contuberniis et symbolis et lupanaribus consuevit et illis consumptis ad alia se convertit secundum illud Catonis Cum sua consumunt cum deest aliena sequuntur. Tandem captus et ad suspendium ductus flentem patrem ad se vocari faciens osculum ab eo similiter postulavit. Quo accedente ad eum nasum sibi cum dentibus amputavit. Requisitus cur hoc fecisset respondit Causa ait quia iste non me suspendit qui me ad hunc punctum cum potuisset corrigere non correxit. Salomon in proverbiis Qui parcit virge odit puerum. Item Stultitia colligata est in corde pueri et virga discipline effugabit illam. Seneca Quod non caste vixi patri et matri imputandum est non enim fui sub legibus bene castigate domus.

Secundum malum post malum inveterate consuetudinis est malum obstinate defensionis et male gloriationis quia qui non vult malam consuetudinem deserere magis putat ea defendere et cum corripitur iurgari et deridere secundum illud sapientis Qui corripit derisorem ipse sibi iniuriam generat. Immo quod peius est odio habet corripientem se. Salomon Argue sapientem et diliget te argue stultum et odiet te. Immo quod peius est incipit de malicia sua gloriari

et exultare secundum quod dicit sapiens de
talibus. Letantur cum malefecerint et ex-
ultant in rebus pessimis. Hanc gloriam
increpat spiritus sanctus per psalmistam dicens
Quid gloriaris in malicia qui potens
es iniquitate. tota die iniusticiam cogitavit
lingua tua etc. Poeta. Gloria peccati nulla
petenda tibi est. Certe illi qui sunt
hac gloria excecantur diabolus secundum illud
malicia eorum excecavit eos. Ipsi enim
gloriantur in clavo quo oculi eorum eru-
untur. et in laqueo quo ipsi suspenduntur.
Exm Legi enim quod duo fuerunt socii de
bono genere. sed malefactores quorum unus
fuit iudicatus ad erucionem oculorum.
alius ad suspendendum. Sed quia cum sua
malicia fuerunt amici et familiares
iudici. impetraverunt ab ipso ut unus
eligeret sibi clavum quem vellet cum quo
oculi sibi eruerentur. alius eligeret sibi
arborem in qua suspenderetur. Ad diversa
igitur loca ducti sunt. sed nec ille clavum
nec alius arborem ydoneam invenerunt.
Ita non faciunt isti qui volunt in peccato
et in malicia sua gloriari. Omne enim
prohibitum vel peccatum quod est aliud quam
clavus eruens oculos mentis et ar-
bor infernalis pro peccatoribus suspenden-
dis. et tamen hunc clavum vel hanc ar-
borem spontanei eligunt illi qui cognos-
centes peccata sua defendunt et contra
corripientes insurgunt et in ipsis glo-
riantes perseverare volunt. Sicut nota illud
exemplum quod narrat beatus gregorius
Exm in libro dyalogorum. Quidam enim senex
vidit in quodam flumine nigro et arden-
ti et fetenti. quendam oneratum ferro

ibi detineri. cum peteret ab eo cuius cau-
sa dixit se habuisse officium mutilandi
et interficiendi et suspendendi illos qui
erant ad mutilationem meliorum suorum
vel ad mortem propter sua maleficia male-
ficia iudicati. sed quia ipse non faciebat hoc
zelo iusticie. nec sicut debuisset cum
passione et tristicia et dolore. sed
de aliorum casu et morte gaudebat et
gloriabatur. et ad alios pendendos cum de-
siderio ferebatur. ideo in illo ardenti et
fetenti flumine ita afflictus detinebatur.
Non igitur glorietur aliquis in sua malicia
quia talis gloriatio non est bona sed est
execrabilis et dampnosa. Ceterum
malum in quod cadunt de malo obstinate
defensionis vel maligne gloriationis
est desperacio finalis. in quod cadunt illi
qui in malis suis perseverantes toto tempore
vite sue qui veniunt ad mortem conside-
rantes multitudinem et magnitudinem
peccatorum suorum et diffidentes de dei mi-
sericordia nolunt confiteri nec penitere. secundum quod
sapiens dicit. Impius cum in profundum ma-
lorum venerit contempnit. et illud quod
dicit psalmista. Repleta est malis anima mea
et vita mea inferno appropinquavit.
Bene dicit appropinquavit. quia quanto peccatum
est maius tanto subiectum eius est inferno
propinquius. Et hoc est maius inter omnia peccata
que possunt committi in vita ista scilicet
desperare de dei misericordia. et in hoc malum
cecidit cayn postquam fratrem suum abel occi-
dit. dixit enim maior est iniquitas mea
quam ut veniam merear. Est iniquitas
aliqua augustino testante qui dicit in libro

de conflictu viciorum et virtutum. q
cumque iniquitas cogitur peccatore ad penitentiam.
nec criminum quantitas. nec vite enor-
mitas. nec temporis brevitas. nec horoꝝ
extremitas excludit peccatore a venia.
si plena fuit voluntatis mutacio. sed mi-
serissimos sinus matris caritas filios p
digos suscipit reuertentes. ¶ Exemplum de
maria magdalena. et paulo et maria
egipciaca. plus quam peccauit. tamen
desperando quam fratrem occidendo. Peccauit
enim fratrem videtur peccasse in hominem
sed desperando directe in deum peccauit
cuius misericordiam que infinita est limitauit. In
hoc eciam malum cecidit iudas proditor
qui deum vendidit. quia qui christum deum et
dominum suum quem vendiderat morti adiu-
dicatum vidit penitencia ductus inde recepe-
rat iudeis retulit dicens. Peccaui tra-
dens sanguinem iustum et cognoscens peccatum
suum veniam non petiit. sed se ipsum indignum
iam iudicauit. et quod solius dei est
iudicium clarum sibi usurpauit. quod est
contra omnia iura. quia nemo debet esse iudex
in propria causa. et ideo usurpatoris et p-
suptoris fuit pena protulit. quia abiens
laqueo se suspendit et suspensus crepuit
medius. et effusa sunt in terra viscera
eius. Verum est quod illud quod abner dixit
in regum libro. an ignoras quod periculosa
res est desperacio. Vere periculosa quia
plus peccauit iudas desperando quam deum
vendendo. multi enim ex illis qui morti
christi consenserunt. penitentes se ad christi
misericordiam veniam consecuti sunt. Deus quod nos cus-
todiat nos a malo desperacionis et p-
ducat nos ad regnum suae beatitudinis. ~~Amen~~

Sed libera nos a malo.
Quartum malum in quod cadit
de malo desperacionis finale
est malum et sine disputacione. de quo potest
intelligi illud quod deus comminatur peccatoribus
in cantico moysi dicens. Congregabo super
eos mala et sagittas meas complebo
in eis. bene dicit mala in plurali. quia in inferno
non est unum solum malum sed plurima. Est
enim ibi ignis inextinguibilis. frigiditas
inestimabilis. et quia opposita iuxta se po-
sita virtute sua magis et acrius os-
tendunt. ideo a nimio calore transfe-
runtur ad nimium frigus ut acrius tor-
queantur. et hec duo mala tanguntur in
iob ubi dicitur. Ab aquis nivium transibunt
ad calorem nimium. dicitur quod aque nivium sunt
frigidissime. ¶. Iterum est ibi fetor intol-
lerabilis propter quod in apocalipsi vocatur
stagnum ignis et sulfuris. ignis propter
ardorem. sulfur propter fetorem. ¶ Item est
ibi visio demonum horribilis que significatur
in libro sapientie ubi dicitur quod forme tris-
tes apparebant eis. Dicitur quod si posset
videre diabolum unum in sua specie. citius
vellet intrare clibanum succensum quam
videre eum. Quid quod erunt qui in finem plures
quam terram incola videbuntur. ¶ Item erunt ibi
fames insaciabilis que tangitur in cantico
moysi cum dicit. Consumentur fame et de-
uorabunt eos aues morsu amarissimo.
Aues iste sunt demones qui volauerunt
de celo quod dicit non comedent quia nullus
erit ibi cibus sed comedentur a demonibus
et iterum renouabuntur ut iterum comedantur.
Et ideo notabiliter dicit morsu. morsus

eum dicunt afflictione non omnimoda con-
sumptione quod eum mordet non omnino
consumitur. ¶ Tercia erit ibi sitis irrefri-
gerabilis. quod ostendit ille dives qui
pauperi lazaro micas panis negavit.
et cum esset in tormentis ab abraham
guttam aque petiit et obtinere non potuit
dicite inquit pater abraham lazarum ut in-
tingat extremum digiti sui in aquam
ut refrigeret linguam meam quia crucior
in hac flamma. et responsum est ei.
Recordare fili quia recepisti bona in vita
tua. et lazarus similiter mala. Nunc vero
hic consolatur. tu vero cruciaris ~~er~~
~~habuit tu~~ habebit tu aliquid potum
non ad refrigerium sed magis ad infla-
macionem. de quo dicitur in cantico moysi.
Uva eorum uva fellis et botrus amaris-
simus. fel draconum vinum eorum et vene-
num aspidum insanabile. ¶ Plures alie
erunt ibi pene. sed una erit que omnes
alias superabit. idest amissio divine
visionis irrecuperabilis de qua dicit
augustinus in encheridion sic dampna-
ti in inferno magis de amissa dei con-
sorcio quam de illato sibi supplicio con-
dolebunt. Et in omnibus istis penis eter-
nitas interminabilis quia sicut dicitur
in apocalipsi. Fumus tormentorum eorum
ascendet in secula seculorum. Et in ysaya
Ignis eorum non extinguetur. et vermis
eorum non morietur. Ecce que dicit dominus.
congregabo super eos mala. Hec sunt
mala que david providebat qui dice-
bat Anima eorum in malis tabescebat.
tabescunt enim idest deficiunt anime dampna-
natorum usque in medium. sed anime et corpora
eorum penitus tabescerent prius in medium
deficiant numquam non quod desinat esse sed
quia numquam eis poterit bene esse. ita quod
mallent numquam fuisse nec esse. Desidera-
bunt enim mortem et fugiet mors ab
eis. Ubi enim sicut dicit beatus gregorius
erit mors immortalis. defectus indefi-
ciens et finis infinitus. ¶ Et sciendum
quod non est credendum illis qui dicunt
quod quando suffragia pro eis fiunt pena eorum
ad tempus suspenditur vel alleviatur et
hoc est falsum. quia ipsi numquam habent requiem
nec pene interrupcionem nec alleviacio-
nem propter aliqua suffragia pro eis facta.
Immo quando sepulti sunt in locis sanctis ubi
multa fiunt suffragia. habent propter hoc
penam graviorem in gehenna. sicut
patet per hoc exemplum. ¶ Quidam usu- 67
rarius moriens fecit se sepeliri in
monasterio. qui cum per multum tempus mo-
nachos inquietaret idest continue ad-
iuraretur a quodam bono viro ut diceret
qualiter monachi ab eius infestacione pos-
sent esse immunes. Respondit. in inferno
quiescere non possum. quia peccatum usurarum
exercui quod non quiescit. et vos si
vultis quiescere a loco quietis sepulture
me eicite. et quiescetis et sic factum
est. ¶ Legitur etiam de quodam decano qui
fuit in anglia dives et cupidus. qui
cornium bonis pecunia idest mille li-
bris impleverat. et subtus lectum suum
posuit. Hic preveniens morte cum in infer-
num a demonibus deferretur occurrens an-
gelus dixit ei quod si posset habere de

de singulis centum libris quos in sacco
bovino conciderunt unum obulum mise
ricordia invenires. Cum rediisset ad
sacculum cum vellet accipere. dyabolus
qui servabat pecuniam dixit ei Michil
portabis ex isto sacco quia meus est. et
pro ista pecunia duxi forte plures alios
ad perdicionem et hoc dicto demones eius
animam rapuerunt. Nocte vero apparens epo.
et se pro dicta pecunia dampnatum indicans.
rogavit ut de ecclesia in qua humatus
erat expelleret. quia propter hoc in inferno
durius torquebatur. Extrahentes autem eum
de tumulo invenerunt bufonem mire
magnitudinis cor impii et intima corro
dentem et cum bufone sepelierunt eum extra
villam. Cogitemus quod quale quiete sint
in inferno anime illorum quorum corpora in loco
quieto quiescere non valent. Sic ergo
de octo malis a quibus nos petimus libe
rari a domino. quando nos dicimus in dominica
oratione. sed libera nos a malo. id est
a malo cogitacionis. locucionis. operacionis.
inhoneste gustacionis. inveterate consue
tudinis. perverse defensionis. vel malig
ne gloriacionis. finalis desperacionis.
et eterne dampnacionis Ab hiis omnibus
malis nos liberet ille qui pro nobis susti
nuit mala pene temporalis. et mortis
corporalis. ut auferret a nobis mala
culpe spiritualis et eterne dampnacionis
dominus ihesus christus Amen. —

Sed libera nos a malo
Dicendum quod a malis supra
dictis liberat nos dominus qua
tuor modis sicut videmus quod quatuor modis

liberantur homines in hoc mundo liberatur
enim citatus vel accusatus. per curie iudi
cium. liberatur obsessus per mutacione
dominorum feodalium. liberatur debitis ob
ligatus per thesaurum ipsum. liberatur naufra
fragus per navis suffragium Similiter
nos liberamur a predictis malis et similiter
per primo reconsiliacionem quasi per curie iu
dicium per devotam oracionem quasi per advoca
cionem dominorum feodalium. per elemosina
rum erogacionem quasi per thesaurum proprium
per dominice crucis adhesione quasi per
navis suffragium Primo dico quod quasi
citatur vel accusatur coram iudice liberatur
per curie iudicium. omnes autem homines sunt
coram deo per emptione citati ad diem
sue mortis et ad diem iudicii. de omnibus
que cogitaverunt. dixerunt. fecerunt. de
bonis que expenderunt. de omnibus mo
mentis temporis quo vixerunt racionem reddi
turi. Deus autem habet duas curias videlicet
curiam sue misericordie quam intrat dum vivimus.
et curiam sue iusticie ad quam in morte
tendimus. Prima mitissima et secunda se
verissima et districtissima. et si nos
volumus reconsiliare deo nos in prima li
beramur a secunda. Hec autem reconsiliacio
fit tribus modis sicut nos offendimus deum
tribus modis id est. cogitacione. loquela.
et male vivendo. Similiter nos possumus
reconsiliari deo et liberari a peccato et
ab eterno supplicio per veram contricione in
corde. per veram confessionem in ore. per
vite mutacionem et melioracionem in
opere et sic liberamur in curia divine
misericordie Secundo dico quod nos liberamur in
curia divine misericordie per veram contricionem

in corde. et hoc tangit propheta psalmista
qui dicit. Venies in babilone ibique libe
raberis. Babilon interpretatur confusio.
Confusio autem duplex est sicut dicit scriptura.
Est enim confusio adducens mortem. et
est confusio adducens graciam et gloriam.
Confusio adducens mortem est qua homo
propter verecundiam et confusionem peccati non
vult peccata confiteri. hec confusio ad
ducit mortem non corporis sed anime que plus
timenda est quam ille que per iudicium ductura
sit ad corpus et anime sempiternum interi
tum. hec confusio ducit ad mortem non
momentaneam sed spiritualem et eternam. In
firmus enim qui propter verecundiam celat me
dico vel cirurgico morbum suum vel vulnus
suum inficit seipsum. hec ergo confusio
non liberat. sed impedit et inquinat
quia qui abscondit scelera sua non dirige
tur ut dicitur in prouerbiis. Sequitur et
est confusio adducens graciam et gloriam.
hec est confusio quam habet homo de peccato
suo coram deo. qui in corde suo conuertitur
et dolet et erubescit de ipso. hec
confusio liberat a culpa videlicet et a pena
eterna. quia dicit dominus in ezechiele. quo
cunque hora peccator peccati sui ingemuerit
erit omnium iniquitatum eius non recordabor.
Unde in thobia qui in tribulatione fuit
liberabitur. id est in illa scilicet tribulatione
de qua dicitur in psalmo. Sacrificium deo
spiritus contribulatus cor contritum et hu
miliatum deus non despicies. Exemplum
habemus de quadam peccatrice que audiens
sermonem cuiusdam sancti viri. videns pecca
ta sua in quo erat voluit coram omnibus
confiteri. sed ille qui predicabat dixit ei
ut expectaret donec sermo finiretur et
quod et fecit. sed dum fieret sermo de peccatis
suis cogitauit et in tantum doluit et coram
deo erubuit quod pre verecundia et dolore
finito sermone inuenta mortua
fuit. Sed cum inuentam esset sanctus rogauit
populum ut oraret pro ipsa. et ecce vox de
celo dicens. Non oretis pro ipsa. quia non
indiget vestris orationibus. sed vos magis indi
gentes orationibus suis. quia contricio et con
fusio quam habuit coram deo fuit tanta
quod virtute eius liberata est ab omni culpa
et pena. et nunc in celis est glorificata
et consummata in breui expleuit tempora multa
In cuius signum aperiatur ea et inuenietur
cor eius pre dolore et verecundia scissum.
hec est ergo confusio cordis adducens gra
ciam et gloriam. et liberans a culpa et
a pena. unde ubi supra propheta dicens
Venies in babilone ibique liberaberis
Sic ergo patet qualiter liberamur per veram con
tricionem in corde in humili confessione.
psalmus. humiliatus sum et liberauit
me. Secundo dico quod in curia diuine
iusticie liberamur per veram confessionem in
ore ad quam dominus in euangelio Iohannis
hortatur nos. dicens. Vos cognoscetis
veritatem. et veritas liberabit vos. Ve
ritatem cognoscit qui omnia peccata sua et
omnes circumstancias aggrauantes. in
confessione coram dei vicario id est coram
sacerdote veraciter exprimit cum proposito
abstinendi et satisfaciendi. et hec
veritas liberat a culpa videlicet a pena et

Ex.^m (left margin, beside "-liatum deus non despicies. Exemplum")

Ex.^m (right margin, beside "iusticie liberamur per veram confessionem in")

na. quia sicut augustinus dicit. si homo agnoscit deus ignoscit. si homo accusat deus excusat. si cognoscebat david veritate qui dicebat. Domine delictum meum cognitum tibi feci et iniusticiam meam non abscondi. Item dixi confitebor adversum me iniusticiam meam domino non abscondi. Item dixi confitebor adversum me iniusticiam meam domino et tu remisisti impietatem peccati mei. Deus enim accusat et cognoscit peccatum tuum et si tu similiter cognoscis illud et accusas iam concordas cum deo. et iam inter te et deum facta est pax et reconsiliacio. Confessio enim est quedam coopertorium quod operit peccata coram demonibus ne possint ea cognoscere nec accusare. Item operit confessio peccata coram angelis et hominibus ne possint contra peccatorem testimonium perhibere. Item coram deo ne possit nec velit peccatorem propter ipsa condempnare. Unde per confessionem acquiritur beatitudo illa de qua dicitur in psalmo Beati quorum remisse sunt iniquitates. et quorum tecta sunt peccata.

Exemplum

Exemplum habemus de quodam christiano scelano quem quidam paganus dives emit. et quia fidelem cum inveniret claves domus sue sibi commisit. Habebat autem ille paganus filiam unicam quam ille christianus dilexit et impregnavit. iuramento ab ipsa recepto quod non revelaret cum illo mo. Habebat autem ille paganus ymaginem in qua demon erat qui de occultis sibi respondebat. quod timens christianus venit ad quendam sacerdotem et confessus est ei veritatem et illud peccatum. et omnia alia peccata sua. et penitentiam acceptam redijt ut penitens et confessus. Cum autem paganus filiam suam cognovisset esse impregnatam et illa nollet prodere stupri actorem. peciit veritatem a demone qui erat in suo simulacro dixit ei demon. Delictum quidem cognosco amasii filie tue sed ipsum non cognosco. quia quodam peccato unguento est unctus. quod aufert mihi noticiam eius. Admirans paganus cogitabat quod sic esset ille christianus. et promittens securitatem et indempnitatem. didicit ab eo veritatem. dicentem quod septem sacramenta sunt contra morbos peccatorum spiritualia unguenta. et inter ipsa sacramentum confessionis est tante virtutis quod non sinit diabolum habere noticiam peccatorum. Qua audita paganus cum filia et familia sua baptizari se fecit et filiam christiano illi uxorem dedit. et sic confessio vera ipsum a peccato stupri et illos a statu infidelitatis et dampnationis liberavit. Christus quoque salubriter admonet nos dicens. Vos cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. Hic quoque patet qualiter in curia divine misericordie liberamur per veram contricionem in corde. et per veridicam confessionem in ore. Hic nos liberet ille qui liberator est omnium vere contritorum et confitencium ihesus christus Amen

Sed libera nos a malo.

Tercio dico quod in curia divine misericordie liberamur a malo culpe et pene eterne per bone munitionem

et meliorationem in opere quam saltem de omnibus
membris suis quibus homo impugnauit
deum · nititur placare ipsum · videlicet oculis
peccata deflendo · auribus sermones et
missas audiendo · ore deum adorando ·
pedibus ad ecclesiam eundo et in honore
sanctorum peregrinando · manibus elemosinas
largiendo · toto corpore ipsum pro peccatis af
fligendo · Et hoc est ad quod hortatur
apostolus in epistola ad romanos · Sicut exhi
buistis membra vestra seruire immundi
cie ad iniquitatem · ita nunc exhibete mem
bra seruire iusticie in sanctificatione ·
Sequitur libertati quo a peccato serui autem
facti deo · habetis fructum vestrum sancti
ficationem · quarum vestras · fine vero vitam
eternam ¶ Exemplum aliud non oportet
ponere quam de illa peccatrice beatissima id
est de beata maria magdalene que sicut
dicit beatus gregorius · quot in se habuit
peccati oblectamenta tot de se deo obtulit
holocausta · oculis enim quibus respexe
rat iuuenes · quos male concupierat
et quos male ad peccatum allexerat · la
crimas fudit quibus pedes domini lauit ·
capillis quos male composuerat pe
des domini tersit · unguentis quibus male
usa fuerat pedes domini unxit · corpus
quod in peccato prostrauerat ad pedes domini
prostrauit · et per triginta annos in penitente
cia grauissima afflixit · ita quod liberata
a peccato seruaque autem facta a deo ad tantam
sanctitatem deuenit quod angeli septies in
die leuabat ipsam in aera et nutrie
bant eam cantu suo et celesti melodia

et nunc est in celis coronata et in terris
honorata · Et sic per vite mutationem et
emendationem est ab omni culpa et pena
perfecte liberata · Et nos ergo sic sine timore
in manibus inimicorum
nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitate
et iusticia omnibus diebus nostris · Hic ergo
patet primus modus liberandi · id est sic
citatus vel accusatus coram iudice liberatur
per curie iudicium · et sic sicut visum est
liberamur in curia diuine mentis ab omni
malo et culpe et pene per prime reconci
liationem que consistit in tribus ut visum
est · Sic nos liberet ihesus christus ~~Amen~~

SEd libera nos a malo ·
Secundus modus liberandi est
sicut liberatur obsessus in
castro per requisitionem domini feoda
lium · et sic liberamur per deuotam orationem
Anime enim nostre obsesse sunt intra castrum
nostrorum corporum a mundo et a carne et
a dyabolo qui per infinitas temptaciones
quasi per validos ictus machinarum conantur
muros castrorum nostrorum destruere et
nos in peccatum precipitare · Sed si nos non pos
sumus eis resistere debemus mittere nuncium
ad dominum feodalem id est ad deum qui paratus
est nobis succurrere et ab hostibus liberare
quam cito videbit fidelem nuncium ex parte
nostra ad ipsum venire · Fidelis autem nuncius
coram deo est humilis et deuota oracio
quem nuncium mittebat dauid cum dice
bat · Intret oracio mea in conspectu tuo
domine · Sicut enim dicit glosa Magna
virtus orationis ordinatur que quasi quedam

inicius ad deum intrans illuc mandatum
peragit quo caro pervenire nequit. Item
in ecclesiastico Oratio humiliantis se nubes
penetrabit et donec appropinquet non
consolabitur nec recedet donec aspi
ciat altissimus. Hinc merito misit Sara
filia raguelis cum ancilla sua improperi
venit quod septem viros suos interfecerit
sicut legitur in libro thobie. ut liberare
tur eciam ab infamia huius false culpe
me. non enim ipsa interfecerat eos sed dya
bolus quia faciebat voluntatem eius. Du
cebant enim eam non amore prolis sed ex
saturitate libidinis. Et ideo sicut legitur
ibi ipsa ascendit cubiculum superius et
tribus diebus et tribus noctibus non man
ducavit neque bibit. sed in orationibus persis
tens cum lacrimis deprecabatur deum multum
ut ab isto improperio liberaret eam.
Spiritualiter possemus dicere quod septem viri
sunt idest fidelis anime sunt septem dona
spiritus sancti quos tociens anima interficit
quociens peccato consentit. sed per devotam
oracionem ab isto improperio liberatur quia
culpa sibi dimittitur. et dona spiritus sancti
restituuntur. Exemplum In alemania
in quadam abbacia quarundam monialium
secularium quidam miles seduxit qua
dam domicellam eiusdem monasterii promittens
ei quod si relicto monasterio sequeretur eum.
ipsam sibi coniugio copularet. Nunc cum
nocte statuta vestes in duabus suis
sarcinulis colligasset. et per fenestram
vellet militi tradere vestes et iocalia
sua. et se ipsam postea. latrones qui
causa furandi a casu iuxta dicta fe
nestram adventum militis prevenerant

precipientes illas sarcinulas. et postmodum
per funem descendentem receperunt eas.
et ipsam admittentes. et ad silvam cum
gaudio deducentes. Nunc advertens
eos non esse eos quos crediderat. se
deceptam cum fletu maximo proclamabat.
Nam illis eam demulcentes cum eam sibi
eos pervenisset comedentes. illa mes
tissima sub quadam arbore iuxta se
conservabat. Nunc cum fletu magno
et devotissime oravit et deum et glorio
sissimam virginem mariam totis cordis preco
rdiis invocans. sopore modico est de
pressa. et exsurgens de sopno invenit
se in dormitorio monasterii. et iuxta
se sarcinas colligatas. Et narrato
cunctis miraculo vitam in sanctitate max
ima consummavit. et sic devota oratio
ipsam a malo culpe et a periculo mortis
eterne et de manibus latronum et a pperio
hominum liberavit. Hic 2o patet de secun
do liberandi qui est sicut liberatur
obsessus in castro per invitacionem dominorum
feodalium et sic sicut visum est liberantur
per devotam oracionem. Quam liberacionem nobis
concedat ihesus christus amen.

Sed libera nos a malo
Tercius modus liberandi
est sicut liberatur debitis
obligatus per thesaurum alterius. et sic
liberatur homo per elemosinarum largi
tione. Omnes enim sunt debitis obligati
qui propter peccata sua sunt ad aliquam penam
astricti. Deus enim nullum malum dimit
tit impunitum. et nullus est qui sit sine
peccato ergo nullus est sine pene debito

Pharisee ceco munda prius quod intus est calicis et parapsidis: ut fiat et id quod de foris est mundum. Item ibidem. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite: qui similes estis sepulchris dealbatis. que a foris apparent hominibus speciosa: intus autem plena ossibus mortuorum et omni spurcicia. Sic et vos quidem a foris apparetis hominibus iusti: intus autem pleni estis ypocrisi et iniquitate. Certe karissimi ab isto ve immunissimum fuit innocentissimum cor marie teste beato bernardo qui ait: proprium delictum maria non habuit et ab innocentissimo corde eius eciam penitencia longe fuit. Unde non enim cor marie penitere debuit, cum nunquam aliquid dignum penitencia admiserit. Ideo quia mundissimum cor eius non fuit sentina diaboli. nec fuit sepulchrum viciorum. ymo fuit ortus et paradisus spiritus sancti. iuxta illud canticorum quarto. Ortus conclusus soror mea sponsa. ortus conclusus fons signatus. Surge propera amica mea. Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Vere erat autem fecundissimus ortus deliciarum in quo consita sunt universa florum genera et odoramenta virtutum. Prima quoque maria tam immunis fuit a cordis ve. ideo merito dictum est ei ave. Item ve peccantibus pro culpa oris sicut dicitur ysaye quinto. Ve qui dicitis malum bonum et bonum malum. ponentes tenebras lucem et lucem tenebras. ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. Ve istis et ve omnibus qui ore peccant quia venenum diaboli in ore portant. sicut in psalmo dicitur Acuerunt linguas suas sicut serpentes venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Item ecclesiastes x. Mordeat si serpens in silencio. nichil eo minus habet qui occulte detrahit. Certe karissimi ab isto ve immunissimum fuit sanctissimum os marie. Unde bene beatus ambrosius dicit. Nichil torvum in oculis marie. nichil in verbis procax. nichil in actu inverecundum fuit. In ore igitur marie non fuit fel nec venenum diaboli sed mel et lac spiritus sancti. iuxta illud canticorum quarto. Favus distillans labia tua sponsa mel et lac sub lingua tua. Revera maria mundissimum lac sub lingua habuit quando castissimum illud verbum dixit. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Plane est maria dulcissimum mel sub lingua habuit. quando mellifluum illud verbum dixit. Ecce ancilla domini etc. Prima quoque maria tam immunis fuit ab oris ve. ideo merito dictum est ei ave. Item ve peccantibus pro culpa operis: sicut dicit ysayas iii. Ve impio in malum: retribucio enim manuum eius sed operum fiet ei. populum meum exactores sui spoliaverunt etc. Ve istis et ve omnibus qui opere peccant. quia restitucionem et ne dampnacionis expectant. O quam longe karissimi a tali ve fuit omne opus et omnis vita marie: propter quod bene beatus bernardus ait. Decuit reginam virginum singulari privilegio sanctitatis absque omni peccato ducere vitam. ut dum peccati mortisque pareret peremptorem ac reparatorem munus vite et iusticie omnibus optineret. Notandum quod dicit absque omni peccato. quia absque omni

utique peccato maria sic totam vitam duxit
quod nec corde nec ore nec opere maculam pec
cavit. ut nec ei dns dicere posset.
Tota pulchra es amica mea et macula
non est in te. Sic enim potest dici de illis qui
non solum vita sed quasi infinitis maculis
et cordis et oris et operis maculati sunt
coram xpi oculis. et ideo de illis sicut
dicitur ecclesiastici ij. Ve duplici corde scilicet
pro culpa cordis. et labiis scelestis scilicet
pro culpa oris et manibus malefacientibus.
scilicet pro culpa operis. et peccatori terram ingre
dienti duabus viis quod peccatum ypocrisis
et supersticionis et false religionis.
Propter omnium istorum peccatorum carentiam dicitur
in auctoritate supradicta quod decuit re
ginam virginum singulari privilegio sancti
tatis absque omni peccato ducere vitam. Sic
ergo innocentissima et sanctissima maria
fuit absque ve cordis. oris. et operis.
et ideo merito dictum est ei ave. Secundo
vero considerandum est quod maria immunis
fuit non solum a triplici ve culpe actu
alis. sed etiam a triplici ve miserie ori
ginalis. videlicet a ve miserie nascen
tium. a ve miserie parientium. a ve mi
serie morientium. Ve miserie nascen
tium est ve fomitis nascentes infirmantis
Ve miserie parientium est ve doloris pa
rientes cruciantis. Ve miserie mori
entium est ve resolutionis morientes inci
nerantis. De hiis etiam tribus ve dicitur
ve. ve. ve. habitantibus in terra. Ve ergo
miserie nascentium est. ve fomitis
nobis innati. quo secundum originalem cor
ruptionem tam infirmi ad bonum et tam

proni ad malum sumus. quod quilibet cum fomite
natus. quilibet per fomitem infirmus et pla
gatus dicere potest illud Jeremie xv. Ve mi
chi super contritione mea. pessima plaga mea.
ego autem dixi. plane hec infirmitas
mea est et portabo illam. Sed heu non solum
inest nascentibus. ve infirmitatis et mi
serie adultos ad peccatum inclinantis. sed
etiam feditatis et culpe parvulos ad in
obligantis. De qua apostolus ait. Omnes
nascimur filii ire. Certe vero ab isto
nascentium ve fuit immunissima sanctissima
nativitas marie. que non solum ab originali
culpa. sed etiam a fomitis miseria magnam
ad peccatum ductivam sic liberata erat. vi
detur per sanctificationem in utero. ut nunquam ad
peccatum inclinata fuit in hoc mundo. teste
beato bernardo qui ait. Credo quod copiosior
gratia sanctificationis in eam descenderit. que
non solum eius ortum sanctificavit. sed vitam
deinceps ab omni peccato custodivit im
munem. Prima ergo nativitas marie immu
nissima fuit ab isto ve. ideo proinde
dictum est ei ave. Iste ve miserie pa
rientium est illud originalis maledictio
nis de quo dictum est eve. in dolore pa
ries filios tuos. De hoc ve plerisque
pregnantibus dici potest generaliter quod dns
de absurda pregnantibus dicit specialiter
mathei xxiiij. Ve pregnantibus et nu
trientibus in illis diebus. Quam immu
nis vero ab isto parientium ve fuit
pregnans et pariens beatissima virgo
marie. teste augustino qui ait. O qua
beata mater ista est que sine corruptione
eve concepit et sine dolore peperit
medicinam. Prima ergo maria ita immu

mus fuit ab isto ve parientium. ideo mi
to dictum est ei ave. Tercium ve miserie
morientium est. ve incineracionis. quod sic
inflictum est. quia post peccatum dictum est ei
pulvis es et in pulverem reverteris.
Unde tamen de ve morientium quam de ve nas
centium bene intelligi potest quod dicitur ecclesiastici
xli. ve vobis viri impii qui dereliquistis
legem domini altissimi. et si nati fueritis in
maledictione moriemini etc. post versus. Certe
karissimi tamen potest quod impii nascuntur in male
dictione feminis. et mortui erunt in male
dictione pulveris. et tamen de solis impiis
ve utriusque maledictionis non idonee mentio
sit intulatur eo quod ipsis et femina peri
culosior. et incineracio odiosior esse videatur.
Est enim iustis miseria feminis notior
et memoria incineracionis amarior quam
iniustis. Certe karissimi ab isto incineracionis
fuit ve immunissimum fuit sanctissimum corpus
marie. Hoc enim corpus est archa sanctissima
dei quam decuit non putrefieri. sed ad
instar filii sui ante omnem putrefactionem
suscitari. Unde tam de filio quam de matre
notabiliter ait psalmista Surge domine in re
quiem tuam: tu et archa sanctificacionis tue.
Hec archa de lignis imputribilibus facta
est. quia caro marie nunquam ut credimus
putrefacta est. Ideoque bene beatus augus
tinus. Tam preclarum corpus dignum est celo
servandum quam terris. tantaque dei dignitate
et integritate nimis incorruptionis non
putredinis ulla resolucio sequitur. Hec
ergo maria eo modo quo dictum est immu
nis fuit a nascentium ve. immunis a
parientium ve. immunis a morientium ve.
et ideo merito dictum est ei ave. Tercio
karissimi considerandum est quod maria immu

nis fuit non solum a triplici ve culpe ac
tualis. non solum a triplici ve miserie ori
ginalis. sed etiam a triplici ve pene gehen
nalis. Hoc triplex ve consistit in pe
narum magnitudine. multitudine. longitu
dine. Ve ergo dampnatis propter et dampnan
dis. ve magnis propter magnitudinem. ve propter
multitudinem. ve propter longitudinem tormen
torum. De hiis etiam tribus ve dici potest. ve.
ve. ve. habitantibus in terra. Ve ergo gehenne
consistit in penarum magnitudine. Et de hoc
ve bene dicitur ezechielis xxiiii. ve
civitati sanguinum cuius ego grandem
faciam pyram etc. Civitas sanguinum est
collectio hominum iniquorum. cuius grandis
est pyra in grandi concrematione dap
nandorum. Certe karissimi ab isto grandi
ve magnitudinis penarum infernalium immu
nissima fuit anima marie propter magnitudinem
gratie sue et glorie. Cum enim grande dap
nandorum pyram infelicibus ut deus prepara
verat ab eterno. et grandis gratia in
mundo. et grandis gloria in celo. ut
sicut fuit grandis in isto. etiam ita gran
dis esset in primo. Unde ipsa est thronus
ille grandis de quo dicitur regum x. Fecit
rex salomon thronum de ebore grandem.
Thronus non salomonis est maria grandis
omnino in gratia et in gloria. et propter hoc bene
sicut beda dicit. Quantam gratiam creaturis
maria acceptam est pre ceteris. tantam in celo
obtinuit glorie singularis. Quia ergo
maria tam immunissima fuit ab isto primo
gehenne ve. ideo merito dictum est ei ave.
Item ve gehenne consistit non solum in
pene magnitudine. sed etiam in penarum
multitudine. Unde ysaie iii. dicitur

Ve ame eorum qui reddita sunt eis mala.
pluraliter dic mala. quia plura ymo
plurima mala malis redduntur in gehe
na. Certe sicut ab isto ve multitudinis tor-
mentorum immunissima fuit aia marie
propter multitudinem meritorum suorum et premiorum
eius contra multa dampnatorum mala in inferno
ita deus prepavit multa bona in celis. ita
ut nullus angelus. nullus que sanctus ei equi
possit in multitudine et comparatione bo-
norum celestium iuxta illud proverbiorum xxxi.
Multe filie congregaverunt divitias. tu sola
supergressa es universas. Si filias istas
intelligimus aias sanctas vel intelligenci
as angelicas. maria supergressa est univer
sarum earum spirituales divitias. Namque non
supergressa est divitias virginum. confessorum
martirum. apostolorum prophetarum. patriar-
charum angelorum. Quid enim de divitiis
istorum sibi defuit cum ipsa sit primicia vir-
ginum. speculum confessorum. rosa martirum.
registrum apostolorum. oraculum prophetarum. filia
patriarcharum regina angelorum. Quod enim
de divitiis omnium istorum sibi defuit audi
Iheronimum dicentem. Si diligentius mariam
aspicias. nichil virtutis est. nichil spe
ciositatis est. nichil candoris et glorie
quod ex ea non resplendeat. Prima igitur
maria tam immunis fuit a sexto ve gehenne
sic. ideo merito dictum est ei ave. Sextum
ve gehenne non solum in magnitudine.
non solum in multitudine sed etiam in longitudine
sive perpetuitate penarum consistit. unde
in canonica iude dicitur. Ve illis qui
in via caym abierunt et errore bala
am mercede effusi sunt. et contradic
tione chore perierunt. Et post pauca

Quibus procella tenebrarum conserva
ta est in eternum. Nota quod dicit in eternum.
Et pensa quanta sit illa penarum et tene
brarum longitudo que finem non accipit in eter
num. Certe sicut ab isto longissimo ve
gehenne fuit immunissima aia marie.
propter longitudinem gratie sue et glorie sue est
meritorum suorum et premiorum. ita contra eter
nas tenebras in inferno. ita deus preparavit
eterna lucem in celo. ut sicut aia peccato
ris sedes est diaboli miserabiliter tene
brosa in eternum. ita maria mediatrix dei
et hominum sedes christi sit mirabiliter lumi
nosa in eternum. iuxta illud psalmi. Thronus
eius sicut sol in conspectu meo. et sicut
luna perfecta in eternum. et testis in celo
fidelis. Sic igitur beatissima virgo maria
immunis fuit a septimo gehenne ve.
ymo immunis a predictis omnibus ve. et ideo
merito dictum est ei ave. Rogabimus igitur nunc sicut
omnes ei dicamus ave. omnes que oremus ut
ipsa propter dulcissimum suum ave. nos omnes
liberet ab omni ve. per dominum ihesum christum
filium suum. qui cum patre et spiritu sancto vivit
et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

Ave maria. Ostensum est
supra quod maria propter pu
rissima vite sue innocen
ciam merito per ave salutatur. Nunc ostendendum
est quod propter suam pietatem misericordissi
mam merito maria vocatur. Ave maria.
Hoc nomen maria sicut dicit est sup
ra angelus sed devotio imposuit fide
lium. De hoc nomine dicitur evangelista lucas
signanter dicit. et nomen virginis maria.
Hoc nomen festivum. nomen dulcissimum.
nomen sanctissimum. nomen dignissimum. tu

Dulcissime tam sanctissime virgini conve
nientissime est impositum Maria enim a
marum mare. maria stella maris. ma
ria illuminata vel illuminatrix. maria domina
in persona. Maria enim est amarum mare
demonibus. stella maris hominibus. illuminata
vel illuminatrix angelicis spiritibus. domina
creaturis omnibus. Maria inquam est demonibus
amarum mare spiritualiter Maria hominibus
Maria hominibus est stella maris efficialiter
Maria angelis est illuminatrix celestialiter Maria
creaturis omnibus est domina universaliter ¶ Con
siderandum ergo est quod maria in persona ama
rum mare. hoc optime ei competit contra
dyabolum. Sed nota quomodo maria sit mare
et quomodo sit amara. et quomodo sit sit mare
amarum. Maria est mare gratia affluendo.
Maria est amara filio compatiendo. Ma
ria est amarum a mare dyabolum submer
gendo. Maria utique est mare propter afflu
entem spiritus sancti replecionem ~~et propter affluentem~~
Maria est amara propter affligere sui filii com
passione. Maria est mare amarum propter sub
mergentem dyaboli suffocacionem ¶ Primo
considerandum breviter quod maria dicitur mare propter
affluentiam et copiam graciarum. unde scriptum
est ecclesiastes 1°. Omnia flumina intrant
mare. flumina sunt karismata spiritus sancti
unde iohannis vii°. Qui credit in me sicut
dicit scriptura. flumina de ventre eius fluent
aque vive. hoc autem dixit de spiritu quem
accepturi erant credentes in eum Omnia
ergo flumina intrant mare dum omnia sanctorum
karismata intrant in mariam. flumina enim
gratie angelorum intrant in mariam flumina
gratie patriarcharum intrant in mariam flumina
gratie prophetarum intrant in mariam flumina gratie
apostolorum intrant in mariam flumina gratie
martirum intrant in mariam. flumina gratie
confessorum intrant in mariam flumina gratie
virginum intrant in mariam Omnia ergo flumina
intrant in mare id est omnes gratie intrant
in mariam. Unde ipsa optime dicere potest eccli
xxiiii°. In me omnis gratia vie et veritatis.
In me omnis spes vite et virtutis. Et mi
rum si omnis gratia in maria confluxit propter
quam tanta gratia ad omnes defluxit.
Unde enim beatus augustinus Gratia es plena o
maria quam apud deum invenisti. et hanc
per totum mundum diffundere meruisti ¶ Sed
considerandum breviter quod maria in passione
filii sui valde amara fuit. quia suam
ipsius animam doloris gladius pertransivit
Unde ipsa bene dicere potuit illud Ruth
1°. Non vocetis me noemi id est pulchram
sed vocate me mara hoc est amaram. quia
valde amaritudine replevit me omnipotens
Amara fuit noemi. quia duo filii sui fue
runt mortui Noemi pulchra et ama
ra significat mariam. pulcherrima quidem
per sancti spiritus sanctificacionem. amara vero per
filii sui passionem. Duo autem filii marie
sunt scilicet deus et homo purus. unus eius
corporaliter. alter vero spiritualiter mater est marie
unde beatus bernardus ait Tu mater regis
tu mater exulis. tu mater rei. tu mater
iudicis. tu mater dei et hominis. cum sit vi
trusque mater discordiam inter filios sustinere
nequis Ideoque bene exclamas cum
beatus anselmus ait O beata fiducia. o
tutum refugium mater dei et mater
mea Isti duo filii marie ambo mor
tui fuerunt in christi passione. unus corpore

alter merē · vnꝰ crucis acerbitate ·
alter meris in fidelitate · Et ideo vi̾s
cerā marie valde repleta fuerit amari
tudine · sic̄ ecia bern̄s ang̾ testat̄ dicēs
maria mat̄ pia mat̄ tanti dolore cu
lanc · pectoris deficiam cogitādo · ita
ipꝰ viscera omnia q̄ fatigauerunt mebr̄
ut in cessu deficies vix poterit pati
ipsa ad xp̄i finē · vides modo quō maria
sit mare plena gr̄a spūs scī · vides sc̄o
quō maria sit amara p̄ morte filij
sui. Tercio cōsiderandū est kīm q̄
maria ē mare amarū dyabolo ⁊ an
gelis eiꝰ p̄ ipam oppressis · q̄admodū
mare rubrū fuit egipciis in ipo
submersis · de q̄bus d̄r · Exodi xv°
Redierunt sup̄ eos dn̄s aq̄s maris ·
O q̄ amarū fuit hoc mare egipciis ·
o q̄ amara ē et timēda hec maria
demonijs · in ḃnar̃ dẏ mr̄ Non sic
timēt hostes visibiles q̄ntlꝫ castro ꝛ
multitudine copiosa · sicut aeree p̄ta
tes marie vocabulū · procinū et
aspectū · fluūt ⁊ pereūt sic̄ cera
a facie ignis · vbicūq̄ inueniūt cre
bra hm̄ nois inuocacōem · deuota
recordacōem · sollicita imitacōem ·
Hic ig̾ͦ vides kīme quō marie ē mare
ꝑpt̄ affluencia sue replecōis · quō
ē amara ꝑpt̄ compassione dn̄ice
passionis · quō ē maria amarū mare
ꝑpt̄ potencia dyabolice submersio
nis. Consequenter cōsiderandū est
quō marie inp̄tetur stella maris sc̄o
optime cōueīt marie q̄ offiū gerit
stelle marine · Legit̄ em̄ et verū ē
q̄ nautarū mos ē · ut cū in aliq̄ loca
nauigare disponunt · vnū sydꝰ eligūt
cuiꝰ signo luce q̄ mediante in eū quē
desiderant p̄tē ꝑti sine errore adduci
se sperent · Tale ecē ē officium stelle
nr̄e marie · q̄ nauigantes p̄ mare mūdi
ꝑiculū incurrentes ul̄ p̄ime dirigit ad
litus celestis p̄rie · ꝑpt̄ hoc bene In
nocencius ait sic · Nullꝰ aūxiliꝰ
pnt naues nr̄e int̄ tot ꝑicula ꝑtrā
sire usq̄ ad litus patrie · Certe nisi
p̄ duo scꝫ p̄ lignum et stella idest p̄
fide crucis · et virtute lucis q̄ ꝑpetit
nobis maris stella maria. Bene
aūt maria stelle mari cōparat̄ ꝑpt̄
puritate · ꝑpt̄ radiositate · et ꝑpter
vtilitate · Maria em̄ stella ē puris
sima · stella radiosissima · stella vti
lissima · Maria em̄ ē stella purissiā
purissime vitē do · Maria ē stella ra
diosissima radiū eternū parienda ·
Maria ē stella vtilissima ad litus
patrie dirigendo. Primo ig̾ͦ consi
dera kīme q̄ maria ē stella puris
sima sine pc̄ō purissime viuēdo ·
Vn̄ de ipa dici p̄t illud Sapie viiꝫ · Est
em̄ speciosior sole et sup̄ oēm dispo
sicōem stellarū luci comparata inuēt̄
prior · Quia sic legit̄ prior dn̄i
purior · vtrūq̄ uero stelle nr̄e ma
rie competit · Maria em̄ sol̄ idest
pocior siue dignior · maria ecīa pu
rior est sole et stellis et luce · quia
tā dignitate q̄ puritate sole et stel
las et oēm luce superat corpalem
ymo ecīa spūale videlicꝫ angelicam

creaturam de qua dicitur genesis primo. Diuisit deus lucem a tenebris id est angelos stantes a cadentibus. Hac utique luce angelica splendidior et purior est maria. Splendor dignitatis. purior sanctitate. Unde anselmus exclamans ait. O tu benedicta super mulieres que angelos vincis puritate sanctos superas pietate. Vides modo quomodo maria sit stella purissima purissime vivendo.

Secundo considerandum est karissimi quod maria est stella radiosissima radium eternum emittendo dei scilicet filium pariendo. Ipsa enim est stella de qua numeri xxiiii. Orietur stella ex iacob et consurget virga de israel et percuciet duces moab vastabitque omnes filios seth. Virga ista est dei filius qui stelle maris marie est radius. Radius utique de quo cantatur. Sicut sidus radium profert virgo filium pari forma. Neque sidus radio neque mater filio fit corrupta. De quo eciam bernardus ait. Nec sideri radius suum minuit claritatem nec virgini filius suam integritatem. O nobilissima. o nobilis radiosissima stella maria cuius radius non solum mundum sed eciam celum, ymo et infernum penetrauit. sicut bernardus ait. Ipsa est preclara et eximia stella ex iacob orta. cuius radius vniuersum orbem illuminat. cuius splendor vniuersum eciam profulget in supernis et inferna penetrauit. Vides modo quomodo maria est stella purissima purissime vivendo. vides secundo quomodo maria sit stella radiosissima dei filium pariendo.

Tercio vide et considera karissime quod maria est stella utilissima nos ad patriam celestem dirigendo. ymo deducendo nos per mare huius seculi ad gaudium filii sui tamquam ad portum paradisi. Vide. ipsa est stella illa clarissima fulgens tres magos ad xpm verissime ducens. Maria certe est stella que in fluctibus huius vite valde est necessaria. Unde bernardus. Ne auertas oculos tuos a fulgore huius sideris. si non vis obrui procellis. Si insurgunt venti temptacionum. si incurris scopulos tribulacionum. respice stellam, voca mariam. Igitur karissime ne in mari huius mundi demergaris stellam sequaris. mariam imiteris. Securissimum enim est ipsam sequi. sicut sanctus bernardus testatur dicens. Ipsam sequens non devias. ipsam rogans non desperas. ipsam cogitans non erras. ipsa tenente non corruis. ipsa protegente non metuis. ipsa duce non fatigaris. ipsa propicia peruenis. et sic in temetipso experiris quam merito dictum sit. Et nomen virginis maria idest maris stella. Hic igitur vides quomodo maria est stella purissima in peccato. stella radiosissima in filio. stella utilissima in mundo.

Ultimo vero considerandum est quomodo maria eciam in corpore illuminatrix et illuminata. hoc similiter apparet tamen virgini que mirabiliter illuminata est per presenciam dei. Iuxta illud apocalipsis xviii. Vidi alium angelum descendentem de celo habentem potestatem magnam et terra illuminata est a gloria eius. Filius dei est angelus magni consilii. terra vero a gloria filii dei illuminata est maria que sicut illuminata fuit a gracia eius in mundo. ita illuminata nunc est a gloria eius in celo. et sic illuminata fuit illumina

trix in mundo et in celo. Secundo quod consi
derandum quod maria illuminata a deo illu
minatrix est mundi et celi per exempla
per beneficia per premia. Illuminatrix inquam
per exempla vite sue et per beneficia mie
sue et illuminatrix per premia glorie sue est
maria. ¶ Primo ergo considerandum est
karissimi quod maria est illuminatrix plurimorum
per exempla lucidissime vite sue. Ipsa
enim est cuius vita gloriosa lucem dedit
seculo. Ipsa est cuius vita inclita cunc
tas illustrat ecclesias. Ipsa omnino est lu
cerna ecclesie ad hoc a deo illuminata ut
per ipsam inter tenebras huius mundi illumina
retur ecclesia. Oret ergo ecclesia. oret fidel
ium et dicat. Quoniam tu illuminas lucernam
meam domine deus meus illumina tenebras me
as. Hanc non lucerna dominus gratia sua
plenissime illuminavit et per hanc tenebras
animarum illuminando fugavit et fu
gavit. Hoc intuens bernardus ait.
O maria tu ditatum tibi a domino indicatum
magnificis exemplis ad penitentiam
tam nos provocas. Super noctem nostram
illumines. Quoniam enim vias tuas insecta
tus fuerit non ambulat in tenebris sed
habebit lumen vite. Vides modo quomodo
maria sit illuminatrix mundi per exemplum
lucidissime vite sue. ¶ Secundo consid
erandum karissimi quod maria est illuminatrix mundi per be
neficia lucidissime mie sue per quam multi
in nocte huius mundi illuminati sunt spiritua
liter sicut quondam filii israel per columpnam ig
nis illuminati sunt corporaliter. Iuxta illud
psalmi. Deduxit eos in nube diei
et tota nocte in illuminatione ignis. Maria

vero nobis est columpna nubis. quia tam
nubes nos protegit ab estu divine indig
nationis. protegit etiam ab estu dyabolice
temptationis. sicut idem dicit in ps. Expan
dit nubem in protectionem eorum. Maria quasi
columpna est ignis illuminans nos primo
etiam illuminans mundum multiplicis mie sue
beneficiis. Quid enim nos miseri qui nos
obtenebrati in nocte huius seculi faceremus
si tam lucidam lucernam. si tam luminosam
columpnam non haberemus. Quid enim totus
mundus valeret si solem non haberet. propter
hoc ait bernardus. Tolle corpus hoc
solare quod illuminat mundum ubi dies.
Tolle mariam hanc maris stellam quid nisi
caligo involvens et umbra mortis ac
densissime tenebre relinquerentur. Vides
modo quomodo ipsa est illuminatrix per lucidissi
mam vitam suam. Vides secundo quomodo ipsa est
illuminatrix per lucidissimam mam suam. ¶ Tertio
considerandum karissimi quod maria est illuminatrix
per lucidissimam gloriam suam. qua per omnia
illuminat celum sicut sol mundum. Iuxta illud
Ecci xlii. Sol illuminans per omnia respexit
et gloria domini plenum est opus
eius. Sol illuminans est maria que est
pulcherrima ut luna. electa ut sol. pulchra
ut luna per gratiam. electa ut sol per
gloriam. Gloria non domini plenum est opus
eius. Opus domini excellentissimum est
maria. Hoc opus sicut plenum fuit
gratia domini in mundo. sic plenum est gloria
domini in celo. Sicut sol igitur illuminans maria
in gloria sua rutilans per omnia respi
cit. quia per omnes angelos et per omnes sanctos
glorie sue illuminationem extendit. Rdo

mirum si marie presencia totum illuminat celum
que eciam totum illustrat mundum. Ait enim
Bernardus. Marie presencia totus illustratur
orbis. et ipsa iam celestis patria clarius
rutilat virginee lampadis irradiata
fulgore. Hic ergo vides quomodo illuminatrix
per vitam suam lucidissimam. illuminatrix
per munus suum largissimum ac clarissimum.
illuminatrix per gloriam suam fulgidissimam
est maria. Unde in assumpcione beate marie
cantatur. Claritas celi et decor et
gaudium valde augmentatum sunt. ¶ Tercio
pro dono omnia considerandum est quod mariam
intitulatur domina. Sed quis umquam titulus competeret
tante imperatrici quam reverenda est domina celestium terrestrium et infernorum. Domina
magistra angelorum. domina hominum. domina demonum.
domina virgo in celo. domina in mundo.
domina in inferno. ¶ Primo ergo considera karissime
quod maria est domina angelorum. Ipsa enim est signata
in domina hester regina de qua legitur quod super
unam famulam suam deliciose innitebatur. altera
autem famulatum sequebatur dominam. defluencia
in humum vestimenta sustentans. Per dominam
hester reginam intellige dominam mariam reginam.
Due famule quarum domina est regina
maria sunt angelica et humana natura. O
quam gaudendum est nobis miseris hominibus quod
angeli dominam et dominam habent cum hominibus.
Verissime enim angelorum domina est maria.
Unde Ieronimus ipsam alloquens ait. Si te
celum voce alcior est. si matrem generum
dum predicas. Si dominam angelorum nominare
per omnia esse probaris. Si formam dei
appellem digna existis. Domina non ipsa
na ut natura humana est famula quam dominam
sua maria sequitur in mundo. Sequitur terre
colligens vestimenta domine sue. i. colligens

virtutes et exempla marie. Intelligencia
vero angelica est famula sua super quam
maria domina sua innititur in celo. Innititur
enim tamquam familiarissima se angelis
sociando. Innititur eciam tamquam deliciosissima
in angelis deliciando. Innititur quasi tamquam
plenissima secundum suam plenitudinem angelis
communicando. Innititur eciam tamquam potentissima
angelis imperando. Omnibus enim
angelis maria innititur suo imperio. Unde
ait Michael dux et princeps milicie
celestis cum omnibus spiritibus aministratoriis
tuis virgo paret in preceptis
in defendendis in corpore et in suscipiendis
de corpore animabus fidelium specialiter sibi
domina die ac nocte se commendantium. Vides
ergo quomodo maria est domina angelorum in celo.
¶ Secundo considera karissime quod maria est domina
hominum in mundo. De hac domina in psalmo
dicitur. Sicut oculi ancille in manibus
domine sue etc. Ancilla domine marie est
qualibet anima fidelis. ymmo eciam universalis
ecclesia. Oculi huius ancille in manibus domine sue
semper debent esse. quia oculi ecclesie oculi
omnium nostrum ad manus marie semper debent
respicere ut per manus eius aliquod bonum accipiamus.
et per manus eius quicquid boni agimus
domino offeramus. per manus enim huius domine
habemus quicquid boni possidemus testante
Bernardo qui ait. Nichil nos deus habere
voluit quod per marie manus non transiret.
Per manus eciam huius domine offerre deo debemus
quicquid boni agimus quemadmodum beatus Bernardus
hortatur dicens. Modicum illud
quod offerre desideras gratissimis illis et
omni accepcione dignissimis marie manibus
tradere cura. si non vis sustinere repulsam.
Bene nobis karissimi bene nobis quod talem

dominam habemus, quae maris tam liberalis
est ad nos, et tam potens est apud filium
super nos, ut secure ad ipsam confugere pos-
simus omnes nos. Unde devotissimus eius
Anselmus ait: Domina magna cum gratis
agit, concio leta nostrorum ad quam fruitur
fugit, tua turba reorum. Ad te potens
et misericors domina ego peccator anxius
confugio. Vides modo quomodo maria est domina
angelorum in celo. Vides secundo quomodo
maria est domina hominum in mundo. Tercio con-
sidera breviter quomodo maria est domina demo-
num in inferno, tam potens eis dominans,
ut eciam de ipsa accipi possit illud: Per
virgam virtutis tue emittet dominus ex Syon
dominare in medio inimicorum tuorum. Virga
virtutis est maria. Ipsa est virga aaron
florida per virginitatem, fructificans per
fecunditatem. Ipsa est virga de qua di-
citur Ysaie xi°: Egredietur virga de radice
Yesse etc. Hec virga virgo maria virga
virtutis est contra inimicos infernales quibus
magna virtute dominatur. Et ideo domina tam
magna et domina tam magne virtutis multo
a nobis laudatur et multo a nobis exoratur,
ut nos contra inimicos nostros tueatur.
Exemplum dat nobis Anselmus qui tantam
dominam alloquens ait: Te domina magna
et valde magna, te vult cor meum a-
mare, te cupit os meum laudare, te desi-
derat venerari mens mea, te affectat
exorare anima mea, quia tutele tue se com-
mendat tota substantia mea. Sic ergo
vides quomodo maria est domina angelorum in
celo, domina hominum in mundo, domina demonum
in inferno. Vides eciam ex predictis quod
maria mare amarum, maria stella
maris, maria illuminata et illuminatrix,
maria domina gracienssime (?) in principio.
Maria enim mare amarum est demonibus
perversis, maria stella maris est hominibus
conversis, maria illuminatrix est angelis
non aversis, maria domina est creaturis
universis. Oremus ergo beatam oremus mariam,
oremus devotissime et dicamus: Eya mare
amarum maria, adiuva nos ut in hac
penitencia totaliter amarescamus. Eya
stella maris maria, adiuva nos ut
per mare huius seculi spiritualiter rectificemur.
Eya illuminatrix maria, adiuva nos ut
in gloria eternaliter illuminemur. Eya domina
maria, adiuva nos, ut sub tua devo-
cione finaliter gubernemur per dominum nostrum
Ihesum Christum filium tuum. Amen.

Ave maria etc. Nomen istud
affectuosum et dulcissimum,
nomen istud graciosum et sua-
vissimum, nomen istud gloriosum et dig-
nissimum optime querit beate virgini ma-
rie convenientissime. Enim virgo ista pul-
chra vocata est maria. Ipsa enim est maria quia
et omnibus viciis caruit et omnibus virtutibus
claruit, propter primum dixit ei angelus:
Ave, id est sine ve omnis culpe ut super-
visum est. Propter secundum dixit ei gracia plena,
id est omni virtute. Ipsa inquam est maria
que a septem viciis capitalibus fuit im-
munissima et virtutibus eis contrariis
fuit munitissima. Maria enim contra
superbiam fuit profundissima per humilitatem.
Maria contra invidia affectuosissima
per caritatem. Maria contra iram mansue-
tissima per lenitatem. Maria contra acci-
diam indefessima per sedulitatem. Maria
contra avariciam tenuissima per paupertatem.

Maria contra gulam temperatissima per
sobrietatem. Maria contra luxuriam castis-
sima per virginitatem fuit. Hec omnia ex sacra
scriptura colligere possumus in quibus nomen
marie expressum invenimus. ¶ Secundo
videre licet quod maria apud se profundissima
fuit per humilitatem. Ipsa enim est maria de
qua dicitur luce primo Dixit autem maria
Ecce ancilla domini. O mira et profunda
humilitas marie. Ecce maria angelus
loquitur. Maria gratia plena dicitur. marie
superveniens spiritus sancti promittitur. Maria
in matrem dei assumitur. Maria iam omnibus
creaturis anteponitur. Maria iam domina
celi et terre efficitur et pre superbis omnibus
nulla superbia extollitur. sed in suis omnibus
minima humilitate deprimitur dicens Ecce
ancilla domini. Non dixit. ecce mater
domini. Non dixit ecce domina mundi. sed ecce
ancilla domini. propter hoc bene ait beda
sic. Maria nesciens domus celestibus qui-
a se hec cernit se continet. sed ut magis
magis quam domus esset apta divinis in
custodia humilitatis gressum mentis fixit
angelo respondens Ecce ancilla domini.
Hoc est contra multos qui in prosperis et
honoribus qui in gratiis et virtutibus non
humiliantur cum maria et cum christo. sed mu-
mestant cum eva et lucifero. Sed certe
marie humilitas non solum in verba sed in facto
declaratur. Non solum in verbis regalis
responsionis. sed etiam in facto legalis
purgationis. Non solum in verbo in quo se
humiliavit tamquam sponte anima ministr-
tricem. sed etiam in facto in quo se humiliavit
tamquam ream et peccatricem. Ipsa enim est
maria de qua dicitur luce secundo. postquam

impleti sunt dies purgationis marie etc.
idest dies purificationis quibus per xl.
dies ab ingressu templi abstinuit. quon-
iam lex illa contra illas solas data fuit
que de viri semine conciperent. Ipsa non
non conceperat de semine viri. sed sola
virtute spiritus sancti. et ideo non erat subiec-
ta illi legi. sed tamen voluit servare illud
statutum ut in omnibus daret nobis humilitatis
exemplum. O dura et infelix superbia. O
superbia et infelix duricia peccatoris. Ecce
maria sine omni peccato legem subiit pur-
gationis. et tu miser plenus peccatis non vis
legem subire satisfactionis. ¶ Tercio videre
licet quod maria affectuosissima fuit per
caritatem. Ipsa enim est maria de qua dicitur
luce primo. Exurgens maria abiit in mon-
tana cum festinatione in civitatem iude
et intravit in domum zacharie et salutavit
elizabeth. Abiit quoque ut visitaret
ut salvaret ut ministraret ad elizabeth.
Vide quomodo illa visitatio marie plena fuit
caritate. In descriptione enim illius visitationis
maria qualiter notatur in quo caritas marie
ad deum et ad proximum plenius declaratur.
Caritas proximi debet haberi et foveri corde
de ore et opere. Maria autem caritatem pro-
ximi habebat in corde et propter hoc dicitur quod exur-
gens maria abiit in montana cum festinatione.
Quid enim ea ad officium caritatis cogebat
festinare nisi caritas que in corde eius fer-
vebat. Legimus quod pastores venerunt
festinantes ad presepium. et quod maria abiit
cum festinatione ad obsequium. et quod zacheus
festinans descendit ad hospitandum dominum.
Tres reges festinantes venerunt ad christum
in bethlehem natum. Ve ve quoque tardis

ste opa caritatis. Ave maria caritate
proximi in ore fovebat. Ipsa enim e de qua
ibidem dicitur. Et factum est ut audivit sa
lutacionem marie elizabeth. exultavit
infans in utero eius. et repleta e spu
sancto elizabeth. et exclamavit voce mag
na et dixit ad mariam Benedicta tu inter
mulieres et benedictus fructus ventris tui
Caritas enim proximi salutacionibus et aliis
caritativis collocucionibus semper fovenda
est. unde et angelus salutavit mariam
maria salutavit elizabeth. filius marie
salutavit marias redeuntes de sepul
chro dicens illis. avete. Ve ergo illis qui
propter odium salutacionem proximo negant
Ve eciam illis qui dolose proximum salu
tat. sicut iudas cum dixit Ave rabbi
O quam dulcis maria salutacionis nomen. O
quam digneris nos per graciam tuam salutare
Et certe ipsa nos libenter salutat beneficio
et consolacione. si nos eam frequenter salutemus
servicio vel oracione. libenter nos salutat cum
gracia si nos eam libenter salutemus cum dicimus
maria Ave maria caritate proximi
non solum corde habebat. non solum ore fa
vebat. sed eciam opere exercebat. Ipsa
enim e maria de qua eciam ibidem dicitur
Mansit autem maria cum illa quasi mensibus
tribus. mansit usque pro ministerio et con
solacione elizabeth. unde ambrosius Maria
propter officium venerat. officio inhere
bat. Ave maria sicut in omnibus carita
te habuit ad proximum. ita et super omnia
caritatem habuit ad deum Ipsa enim e
maria de qua ibidem dicitur Et ait
maria Magnificat anima mea dominum
Et exultavit spiritus meus in deo salutari
meo Anima quod amat hoc magnificat
et in hoc exultat Pro certo anima marie
deum devotissime magnificavit. et
in deo ferventissime exultavit. quia
deum excellentissime amavit. de cuius
amore bonum verbum dicit hugo Maria
inquit amor spiritus sancti in corde eius singula
riter ardebat. ideo in carne eius virtus
spiritus sancti mirabilia faciebat. Ceterum vide
amus quod maria mansuetissima fuit per
lenitatem. pacientissima fuit contra omnem
adversitatem. Ipsa enim e maria illa quam
symeon sic alloquebatur sicut dicitur Luc.
ii. Et dixit ad mariam matrem eius
Ecce positus e hic in ruinam et in re
surrectionem multorum in israel. et in
signum cui contradicetur. Et tuam ipsius
animam pertransibit gladius. Hic gladius
acutissimus filii sui passionem sine mor
te signat. Gladius corporalis animam nec
occidere potest nec vulnerare. Hic acutis
sima xpi passio licet animam marie per
compassionem pertransiverit. ipsam tamen
nec per odium occidit nec per impacienciam
vulneravit. Maria enim interfectores
filii sui numquam odivit. numquam contra eos
impaciens fuit. Illa si alii martires
pacientissimi fuerunt in martirio suo
corporali. quanto magis martir iure maria
in martirio suo spirituali. De cuius nobili
martirio Iheronimus ait Maria spiritualiter
et atrocius passa est gladio passio
nis xpi plus quam martir fuit. O mira
marie paciencia et mansuetudo que non solum
pacientissima fuit dum coram ipsa filius
suus est crucifigeretur. sed eciam dum ante
crucifixionem filii eius iudei ipsam et
ioseph vilipenderent sicut dicitur mathei
xiii. Nonne hic est faber filius marie

frater iacobi et ioseph et iude et symonis
Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt
et cetera. Ubi per paupertatem sequitur et scan-
dalizabantur in eo. Nonne hic est faber et fabri filius
sciz qui fabricavit se cum ... vel sole. Heu
quam longe a patiencia mitissime marie sunt
qui tam minutis tam impacientes et iracundi
sunt sicut et servi et vicini eorum sepe sen-
ciunt. Certo vide karissime quod maria indefes-
sissima et studiosissima fuit per sedulli-
tatem in bonis operibus. Ipsa namque est maria
illa de qua dicitur actuum i°. Hii omnes erant per-
severantes unanimiter in oratione cum mulieribus
et maria matre ihesu et fratribus eius. Maria
indefesse perseverando in oratione preceptum de-
dit quia oportet semper orare et non deficere.
Et si maria tam sedule oravit in terris.
quam sedule orabit pro nobis in celis.
Propter hoc bene nos hortatur augustinus dicens
Omnis marie patrocinia cum instancia implo-
remus ut dum nos eam supplici obsequio
frequentamus in terris. ipsa nos filio suo
pro nobis per sedula commendatione dignetur in
celis. Sed certe maria non solum ore
in orationibus. sed etiam corde in sanctis medi-
tationibus indefessa fuit et sedula. Ipsa
enim est maria de qua dicitur luce ii°.
Maria conservabat omnia verba hec que
scilicet dicebantur de filio suo conferens
in corde suo. Tercio quia maria non fuit
accidiosa. ideo non fuit ociosa. et ideo
non solum mente in sanctis meditationibus.
non solum lingua in devotis orationibus. sed
etiam manus in bonis operibus sedulas ha-
buit. Propter quod bene sicut superdictum
est mansit maria cum elizabeth tribus
mensibus. Ad quid? Respondet beda
et ait. ut mulieri provecte etatis virgo
iuvencula ministerium sedula impenderet.
Heu quam longe est a gratia marie miser
accidiosus. cuius et mens et lingua et
manus ociose sunt et merito ociose. Quar-
to vide karissime quod maria tenuissima fuit
per paupertatem. Ipsa enim est maria de qua
dicitur luce ii°. Invenerunt mariam et
ioseph et infantem positum in presepio.
pauperes pastores invenerunt pauperem
mariam et pauperem infantem in pau-
pere loco. non in pomposa curia. sed in
paupere presepio. quod utique paupercula mu-
lier bonum hospitium habuisset si pau-
per non fuisset. Ista dum diligenter attendis
tu paupertatem marie evidenter perpendis.
De quo crisostomus ait. Vide paupertatis
marie magnitudinem. et quicumque pauper
est accipiat a maria consolationem. Qui-
cumque propter deum est pauper voluntarie
et libenter. vel etiam quicumque est pau-
per necessarie et patienter. multum consolari
potest de paupere maria et de paupere christo.
Ab ista consolatione iniqui divites longe
sunt. qui longe aliam consolationem querunt.
Unde luce vi°. Ve vobis divitibus qui
habetis hic consolationem vestram. Nolo tamen
desperare divites. quia non solum pauperes
pastores. sed etiam divites reges pauperem
mariam et pauperem filium eius invenerunt
sicut dicitur mathei ii°. Intrantes domum
invenerunt puerum cum maria matre
eius. Sed illi divites ipsos invenerunt quia
munera optulerunt. Pauperes ergo con-
solationem istam inveniunt per paupertatem.
Divites vero per liberalitatem. Dum pau-
peres per paupertatem christo conformantur. di-
vites autem per liberalitatem christo reformantur.

Tercio vide hic q maria temperatis-
sima fuit per sobrietatem Ipsa enim est maria
illa cui dicitur luce i° Ne timeas maria
invenisti graciam apud deum Nota q dicitur
invenisti graciam. Nunquam maria tantam
graciam invenisset nisi graciam maria in cibo
et potu parcissima invenisset Non enim
se compaciuntur gracia et gula. quia impossibile
est q homo sit simul per graciam deo gratus.
et per gulam ingurgitatus. Bonum ergo est
querere graciam et fugere gulam sicut dicitur ad hebre-
os xiii° Optimum est gracia stabilire cor. non
escis que non profuerunt ambulantibus in eis
Nota eciam q dicitur Ecce concipies in utero
Nunquam in utero maria deum concepisset. si
ille venter contra deum crapulosus fuisset.
si venter ille mero estuasset Jheronimus
enim dicit q venter mero estuans cito spu-
mat in libidinem. Venter ergo ille qui deo
incarnato consecratus est. nunquam cibo et
potu intemperato gravatus est. unde Crisosto-
mus Commessacionis ac vinolenta maria
nunquam fuit. Heu quam longe sunt a gracia
marie qui in cibo et potu tociens excedunt

Quarto vide hic q maria castis-
sima fuit per virginitatem Ipsa enim est
maria illa de qua dicitur luce i° Nomen
virginis maria Eximie castitatis marie
testem evangelistam teste ipsam ma-
riam. teste homines evangelicum personam dei
Casta enim fuit in virginea carne sicut
testatur evangelista dicens Nomen vir-
ginis maria. castior enim fuit maria
in virginea mente sicut ipsa met testatur
Ipsa enim est de qua dicitur luce i°. Dixit
autem maria ad angelum Quomodo fiet
istud quoniam virum non cognosco? Post
nomen coniugium fere sponso Castis-
sima vero fuit maria in virginea

prole sicut angelus testatur qui de ipsa
maria dicit mathei primo Joseph fili
david noli timere accipere mariam coniugem
tuam. quod enim in ea natum est de spiritu sancto
est Ex quo maria virgo de spiritu sancto di-
cta est prole fecundata neque virginitas
eius tali est prole viciata sed mirabiliter
in tantum est prole glorificata Nam in prole
comprobata. in prole conservata. in prole no-
bilitata. in prole ditata et dotata. in prole
consignata et confirmata est tua vir-
ginitas o maria. propter quod bene ait au-
gustinus Maria et virgine venerit
predicamus et matre eius virginitate glori-
ficamur veri fecunditatis. et eius vere
fecunditate glorificamur inmemoria
virginitatis Bernardus quoque ait. longe
gloriosior fuit virginitas ex fecun-
ditate. et fecunditas ex virginitate
O heu quam longe a gracia marie alii sunt
qui castitatis inimici sunt Cum ergo dulcis-
simum nomen marie tante sit supradictum
est sic gracie. Ideo merito hoc nomen in-
vocamus orantes quod bonus bernardus orans
ait Dulcissimum nomen marie invocan-
tibus servulis per te regina clemens gracie
sue munera largiatur. Ihesus christus filius
tuus qui cum patre et spiritu sancto vivit et
regnat in secula seculorum amen

Ave maria gracia plena

Ostensum est supra quomodo
maria propter purissima vite
innocenciam merito per ave sa-
lutatur. et quo propter inestimabile sua
intam merito maria vocatur Ostendendum
est autem nunc quo propter plenissima gracie
affluenciam merito gracia plena fore com-
memoratur Ave maria gracia plena etc.

¶ Consideremus tamen graciam istam graciam ma
rie graciam admirandam Consideremus
inquam gratie marie veritatem immensitatem
multiplicitatem utilitatem Gracia namque ma-
rie gracia verissima gracia immensissima gracia
multiplicissima gracia utilissima est
¶ Primo namque consideremus gratie marie
veritatem De hac gabriel ait luce primo
Invenisti graciam apud deum Gracia vera namque
est que apud deum invenitur quam veritas
est apud deum dicit non apud dyabolum
Dyabolus enim eciam graciam male prospe-
ritatis offert ut eo liberius peccet.
Unde holofernes qui dyabolum signat ait
ad Judith. Judith xij. Bibe nunc et
accumbe in iocunditate quia invenisti graciam
apud me Item apud deum dicit non apud
mundum quia apud mundum et apud homines
mundanos sepe valde falsa gracia
invenitur. Unde eccli. viij. Non omni homi-
ni cor tuum manifestes ne forte inferat
tibi falsam graciam et convicietur tibi.
Item apud deum dicit non apud carnem
Falsa gracia carnis falsa gracia est corpore
carnis pulchritudo et similia. Unde
proverbiorum xxxi. Fallax gracia et vana
est pulchritudo Maria igitur graciosissima
virgo maria falsam graciam dyaboli
falsam graciam mundi falsam graciam car-
nis contempsit. Ideo multo apud deum
veram graciam invenit. Veram namque et
puram nulla adulterina mixtura vici-
atam ut vere dicere possit illud eccli.
xxiiij. Quasi balsamum non mixtum
odor meus Balsamum marie est unctio
gratie qua maria copiosissime est infusa
Unde bernardus loquitur de illo verbo Spiritus
sanctus superveniet in te ait preciosum
illud balsamum tanta tibi copia tanta
que plenitudine influet ut copiosissime
effluat circumquaque Balsamum misteri
solet et variari melle et oleo. Sed ecce
balsamum spiritus sancti in maria non fuit
mixtum quia nec melle carnalitatis.
nec mundane consolacionis nec oleo hu-
mane laudis et adulacionis fuit viciatum
Et quia tam vera et tam pura marie gracia
fuit Ideo bene Jeronimus de ipsa sic
dicit. Quidquid in maria gestum est
totum puritatis et simplicitatis totum
gracie et veritatis fuit totum misericordie et iusticie
que de celo prospexit. Quicumque igitur cum
maria veram graciam invenire desiderant
ipsi cum maria omni desiderio omni
studio ad deum apud quem invenitur acce-
dant sicut hortatur apostolus ad hebreos
iiij dicens. Adeamus ergo cum fiducia
ad thronum gratie eius ut misericordiam consequamur
et graciam inveniamus in auxilio oportuno
¶ Et nota quod quicumque vult invenire debet
querere et quicumque vult querere debet se
inclinare. Inclinet igitur se cum maria
per humilitatem veram quicumque cum maria
invenire cupit graciam veram. Dicitur enim
eccli. iij Quanto magnus es humilia
te in omnibus et coram deo invenies graciam.
Quoniam magna potencia solius dei et ab
humilibus honoratur. Maria ecce quia se per
humilitatem verissime inclinavit ve-
rissimam graciam invenit ut vere dicere pos-
sit Respexit humilitatem ancille sue
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generaciones ¶ Secundo consideremus tamen gratie
marie immensitatem. Propter hanc enim dic-
ta est gracia plena. Immensa ecce fuit
gracia qua ipsa fuit plena. Immensitatem

cum vas non potest esse plenum nisi inmensum
sit illud quod est plenum. Maria autem
vas inmensissimum fuit ex quo illum
qui maior celo est continere potuit.
Quia celo maior est ille de quo
salomon ait .iij. reg. viij. Si celum et
celi celorum te capere non possunt quanto magis
domus hec quam edificavi. Non utique
domus per salomonem edificata sed domus
per illam figurata deum capere potuit. Tu ergo
inmensissima maria capacior es celo
quia quem celi capere non poterant tuo gremio
contulisti. Tu capacior es mundo quia quem
totus mundus non capit orbis in tua
se clausit viscera factus homo. Si ergo
maria tam capacissima fuit ventre
quanto magis mente. et si capacitas tam in
mensa fuit oportet utique quod gratia illa
que tantam implere potuit capacitatem
esset inmensa. Quis inmensitatem marie
potest mensurare. Ecce quod dicitur eccli. i°.
Altitudinem celi et latitudinem terre et
profundum abyssi quis dimensus est. Celum
est maria. tum quia celesti puritate. celes-
ti caritate celestibus aliis virtutibus fulgi-
davit. tum quia sedes dei excellentissima
fuit teste propheta qui dicit Dominus in celo
paravit sedem suam. Terra quia maria fuit
dum fructum nobis illum protulit de quo
ipse propheta ait. Terra dedit fructum
suum id est maria genuit filium suum.
Abyssus etiam est maria in bonitate et in
misericordia profundissima. Unde dum profundis-
sima filii sui miseria pro nobis interpellat
quasi abyssus abyssum invocat. Celum ergo est
maria. terra est maria. abyssus est ma-
ria. Quis scivit celi altitudinem. quis
scivit terre latitudinem. quis scivit abyssi
profunditatem. Quis magis marie inmen-

sitatem dimensus est. nisi ille solus qui
ipsam non solum in gratia et in gloria. sed etiam
in misericordia tam altissima. tam latissima. tam
profundissima operatus est. Unde specialiter
de ea misericordia bernardus ait. Quis misericordie
tue o benedicta longitudinem et latitudinem
sublimitatem et profundum queat investigare.
Nam longitudo misericordie eius usque
ad novissimum diem invocantibus eam sub-
venit universis. latitudo eius replet
orbem terrarum ut sua quoque misericordia plena sit
omnis terra. Sic et sublimitas eius
superne civitatis invenit restaurationem. et
profundum eius sedentibus in tenebris et
in umbra mortis obtinuit redemptionem.
Hec bernardus. Tercio consideremus eam
gratie marie multiplicitate de qua ipsa
dicit per illud eccli. xxiiij. Ego quasi
terebinthus extendi ramos meos et
rami mei honoris et gratie. Terebinthus
magna arbor est in syria secundum glo-
sam et habet ramos multos et extensos.
Masculus huius arboris non facit fructum.
sed tamen femina. cuius fructus invenitur duplex
scilicet rubeus et pallidus et est iocundi
odoris. Arbor ista arbor preciosa ar-
bor crescens in syria est beata virgo ma-
ria. Syria interpretatur humecta. et vere
humecta fuit per gratiam tota vita ma-
rie que in humore gratie crevit ab incu-
nabulis suis. Quid mirum si maria in hu-
more gratie crevit cum sine humore gratie
omne semen arescat. Unde de semine
dicitur luce viij. Natum aruit quia non
habebat humorem. Rami huius arboris
rami honoris et gratie sunt virtutes multe
et munera multa. multe eius virtutes multe
eius munera et beneficia. In hiis ramis li-
benter habitat. in hiis ramis libenter

iubilant / celestes amicule ave ste-
ut de ipsis etia dici possit illud Da
niel iiij° In ramis eius conversabantur vo
rex noster· nos coronans in celo Ipse spe
cialiter noster dns sic cum maria fuit
q(uia) eciam ipsam specialem dnam nostram fe
cit· quod bene recognoscens sanctus bernardus
ait Dna mea· mediatrix mea· advo
cata mea· tuo filio nos reconcilia· tuo
filio nos commenda· tuo filio nos re
presenta· Dz ecce iste specialis dns noster·
ipse dns pijssimus· dns iustissimus· dns
certissimus· dns nominatissimus· Dns
enim qui non est pius in beneficijs·
dns qui non est iustus in iudicijs· dns
qui non est certus in promissis· dns q(ui)
non est nominatus in populis minus repu
tatur· Dns g(rati)o noster est dns pijssimus
liberalitate· dns iustissimus equitate·
dns certissimus fidelitate· dns nomi
natissimus famositate ¶ Quarto g(rati)o atten
dite secundum q(uia) dns noster specialis qui
cum maria est· ipse est dns pijssimus·
liberalitate sua infinite nunc Ipse
enim e(st) dns de quo psalmista dicit Tu dne
suavis es et mitis et multe misericordie omnibus
invocantibus te· Multe misericordie e(st) dns in suis
beneficijs temporalibus spiritualibus eternalibus
q(uia) ex multa misericordia sua contulit nobis et
conferre non cessat· Ymmo tamen dni
misericordijs non sumus ingrati· Ymmo
dne tu misericordissime simus valde grati
cum ysaya· qui de isto dno ait lxiij°
Miseracionum dni recordabor· laude
dni annunciabo super omnibus bonis que red
didit nobis dns Ecce maria qualis dns
est· q(uia) misericordissimus et pijssimus
dns e(st) qui tecum e(st)· Et q(uia) dns miseri
cordissimus· misericordissime e(st) tecum·
Inde est tu misericordissima es secum·
ut sic de te dici possit illud ysaye
xvi°· preparabitur in misericordia solium eius et
sedebit super illud iudicans in veritate
Solium dne nunc e(st) maria mater nostra
in qua omnes inveniunt solacia nunc Sic
sicut misericordissimum dnum· ita

misericordissima quam habemus. Dns noster misericors est omnibus invocantibus se. Et dna nra misericors est omnibus invocantibus se. Propter hoc optime bernardus dicit. Sileat misericordiam tuam virgo beata qui te invocatam in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Dns ergo tecum o maria misericordissima. Secundo attendite karissimi quod dns noster specialis qui est cum maria. ipse est dns iustissimus equitate. sicut habetur de isto dno in psalmo dicitur. Iustus dns et iusticias dilexit. Et iterum. Iustus es dne et rectum iudicium tuum. Iustus est ergo dns in omnibus iudiciis. in omnibus causis. in omnibus factis suis sicut in psalmo item dicitur. Iustus dns in omnibus viis suis. Dns ita iustus est in omni via iusticie, quod propter nullam personam declinat a via iusticie. Et ideo habetur de isto dno dicitur sapientie vi°. Non subtrahet personam cuiusquam dns. qui est omnium dominator nec verebitur magnitudinem cuiusquam quia pusillum et magnum ipse fecit. et equaliter est ei cura de omnibus. Ecce maria qualis dns est. quia iustissimus dns est qui tecum est. Et quia dns ille iustissimus iustissime est tecum. ideo tu es iustissima iustissime tecum. Tu enim es virga aaron recta florida fructifera. recta prima rectissima per iusticiam et equitatem. florida per virginitatem. fructifera per fecunditatem. Nec enim virga esset recta. si non maria virga aaron esset recta. Nec anima esset iusta. si non maria esset iusta. hec est enim de qua bernardus dicit. Nullus inquit iustus si non maria iusta. de qua certus est

sol iusticie. Dns ergo cum maria iustissimus. Tercio attendite karissimi quod dns noster specialis qui cum maria est ipse est dns certissimus fidelitate et fidelissimus certitudine. sicut apostolus testatur qui ait. Fidelis dns in omnibus verbis suis. Recogitate ergo verba sua quibus promisit coronam iusticie iustis et gloriam iustis. Et scitote quod dns fideliter verba sua tenebit. fideliter que locutus est implebit sicut de isto dno dicitur ezechielis xxiiii°. Ego dns locutus sum et faciam. Verba utique sua dns fidelissimus tam fidelissime tenebit sicut ipse in evangelio suo dicit. Celum et terra transibunt. verba autem mea non transibunt. Ecce maria qualis dns est qui fidelissimus fidelissime est tecum. ideo et tu es fidelissime tecum. Tu enim es fidelissima columba noe que sicut inter fuit diluvium et mundum diluvio submersum mediatrix fidelissima extitit. sic et tu inter summum dnm et humanum genus diluvio spirituali perditum. mediatrix fidelissima extitisti. Corvus infidelis. Columba vero fidelis fuit. sic et eva infidelis. maria vero fidelis inventa est. Eva infidelissima mediatrix perdicionis. maria vero fidelissima mediatrix salutis fuit. Et ideo bernardus ait. Fidelis mediatrix maria que salutis antidotum viris et mulieribus propinavit. Dns ergo tecum o maria fidelissima. Quarto attendite karissimi quod dns noster specialis qui cum maria est ipse est dns nominatissimus firmitate. Magnum enim nomen est dns teste ipsa

qui de isto dno ait iheremie x°. Non
est similis tui dne. Magnus tu et mag-
num nomen tuum. Magnum utique fama et
laude est nomen dni in omni populo sicut
psalmista testatur dicens. Reges terre et omnes
populi principes et omnes iudices terre
Iuvenes et virgines senes cum iunioribus
laudent nomen dni. quia exaltatum est nomen
eius solius. Nominis autem dni laus et fa-
ma non solum ad omnem populum. sed etiam ad
omne tempus se extendit sicut per
eundem psalmistam patet qui ait. Sit nomen
dni benedictum ex hoc nunc et usque in
seculum. Item nominis dni laus et fama.
non solum ad omnem populum. non solum ad
omne tempus. sed etiam ad omnem locum
se extendit. sicut idem dictus psalmista decla-
rat dicens. A solis ortu usque ad occa-
sum. laudabile nomen dni. Ecce maria
quantus dnus. cuius notatissimus et famosissimus
est qui tecum est. Et quia famosissimi
famosissime tecum est. ideo et tu fama-
sissima famosissime es facta. Tu enim
bene significata es per illam ruth de qua
legitur sic. Ut exemplum virtutis in ef-
frata. et habeat celebre nomen in beth-
leem id est in ecclesia. O celeberri-
mi nominis maria. quo posset nomen
tuum non esse celebre. quod etiam devote
nominari non potest sine nominantis utili-
tate. Testatur hoc beatus bernardus dicens
O magna. o pia. o multum laudabilis
maria. tu nec nominari potes quin ac-
cendas. nec cogitari quin recre-
es affectus diligencium te. Tu nunquam
sine dulcedine tibi divinitus insita pe-
ctoris portas ingrederis. Maria

igitur famosissima optime signata est etiam
per illam famosissimi nominis feminam iudith
de qua scriptum est. Hec erat in omnibus
famosissima quia timebat dnum valde.
nec erat qui de illa loqueretur verbum ma-
lum. Famosa quidem est maria. propter vir-
tutes et exempla sua tam laudabilia.
Famosior autem propter miracula et beneficia
sua tam memorabilia. Famosissima
vero propter gracias et privilegia sua tam
mirabilia. Quid enim mirabilius quam
esse matrem et virginem et esse dei matrem.
Quid autem mirum si maria de terris in-
felicibus nunc sue beneficiis famosa est in mun-
do. que tam famosa est de uno beneficio
suo circa theophilum exhibito. Ut
enim beatus bernardus. Famosum tue benig-
nitatis testimonium est per te restauratus
theophilus o maria. Dnus igitur tecum
o maria famosissima. Gaude nunc
maria gaude. ecce dnus piissimus sic
est tecum quod tu es piissima facta. Dnus
iustissimus sic est tecum. quod tu ~~tu es~~ iustissima
es facta. Dnus fidelissimus sic est tecum. quod
quod tu es fidelissima facta. Dnus famosis-
simus sic est tecum. quod tu es famosissima
facta. Eya igitur piissima maria nos im-
pios salva per tua misericordissima pie-
tate. Eya iustissima maria nos iniu-
stos salva per tua iustissima equitate.
Eya fidelissima maria. nos perfidos
salva per tua certissima fidelitate. Eya
famosissima maria nos infames salva
per tua notatissima famositate. Post-
secundum tamen considerandum est quod dnus iste
de quo dicitur marie. Dnus tecum. non solum

est dominus specialiter creature rationalis. Primo
etiam ipse est dominus singulariter aule vir-
ginalis sue sanctissime genitricis. Maria
enim singulariter tam corpore quam anima est
aula domini, domus domini sanctissima, de qua
in psalmo dicitur: Domum tuam decet domine
sanctitudo in longitudinem dierum. Quia nec sin-
gulariter beatam domum que sola tam
singulariter talem meruit habere dominum.
Ecce enim beatus Bernardus ait: Tu sola
digna inventa es ut in tua virgina-
li aula rex regum et dominus dominantium
a regalibus sedibus veniens primam inter
filios hominum mansionem sibi eligeret. Iste
singulariter Marie dominus sic singulariter
cum Maria fuit quod etiam ipsam tam singula-
riter dignam fecit quod nec primam similem
visa est nec habere sequentem. Cui ipsa
singulariter domini filia, domini mater, domini
sponsa, domini ancilla facta est. Maria
enim filia domini singulariter generosa,
mater domini singulariter gloriosa, sponsa
domini singulariter speciosa, ancilla domini
specialiter officiosa fuit. Si autem ista
tribus personis divinis volumus appropriare
possumus dicere quod dominus iste qui tam sin-
gulariter cum Maria est ipse est dominus pater,
dominus filius, dominus spiritus sanctus, deus
trinus et unus. Ipse est dominus pater cuius
filia est Maria nobilissima. Ipse est
dominus filius cuius Maria est mater dig-
nissima. Ipse est dominus spiritus sanctus cuius
Maria est sponsa venustissima. Ipse
est dominus trinus et unus cuius Maria est
ancilla subiectissima. Maria ergo
est filia summe eternitatis, mater summe
veritatis, sponsa summe bonitatis, an-
cilla summe trinitatis. ¶ Primo atten-
dere debemus quod dominus iste qui tam singula-
riter est cum Maria ipse est dominus cuius
nobilissima filia est Maria. De isto
enim domino et de ista filia accipi potest quod
Booz dixit Ruth iii°: Benedicta es
a domino filia, quia priorem misericordiam posterio-
re superasti. Vere benedicta a domino filia
est Maria a summo magistro domino cuius
ipsa est filia. O nec nobilissimi regis
nobilissima filia, que tam multiplici
meritorum ornata est gloria ut non de
ea possit dici: Omnis gloria eius filie
regis ab intus. Et ideo tamquam veris-
sima regis filia a rege copiosissime
est uncta teste beato Bernardo qui ait:
Tu filia delicata et omni gratia plena,
summa in tuis deliciis uncta es ad
gloriam decoris tui et in signum dilectionis.
Ista benedicta filia priorem misericordiam posterio-
re superavit. Magna enim erga mise-
ros fuit misericordia Marie adhuc conversan-
tis in mundo, sed multo maior erga
miseros est misericordia eius iam regnantis in
celo. Maiorem namque per beneficia innu-
merabilia nunc ostendit hominibus misericordiam,
quia magis videt nunc innumerabilem hominum
miseriam. Unde per splendorem prioris
misericordie fuit Maria pulchra ut luna,
per splendorem vero posterioris misericor-
die est electa ut sol. Ita quemadmodum
sol lunam superat magnitudine splen-
doris, sic priorem Marie misericordiam superat
magnitudo posterioris. Rarius est super
quod sol non luceat quam est super quod Ma-
rie misericordia non splendeat. Audi igitur
quod de hoc beatus Bernardus sentiat. Ait

em. Quemadmodum sol oritur super bonos
et malos indifferenter. sic maria pie-
tati non discutit merita. sed omnibus se ex-
orabilem. omnibus se clementissima prebet
omnium denique necessitates amplissimo in-
serutatur affectu. Dominus ergo tecum o maria
sicut pater nobilissimus cum filia nobilissima
Secundo attendere licet quod dominus iste
qui tam singulariter est cum maria. ipse videlicet
dominus cuius mater dignissima est maria.
De isto domino et de ista matre dicit eli-
zabeth luce ij°. Unde mihi hoc ut veni-
at mater domini mei ad me. Mater domini. mater
virgo. mater est dignissima. ipsa est mater
que tali filio est decentissima. Ipsa est mater
cui talis filius decentissimus fuit. Ipsa est
mater qua deus maiorem facere non posset
Maiorem mundum facere posset deus. maius
celum posset facere deus. maiorem matrem
dei quam mariam non posset facere deus. Ber-
nardus ait. Decebat enim decebat deum
alia mater quam virgo nec virgini alius
filius quam deus. quia nec maior inter matres
nec maior inter filios nasci potuit.
Hec itaque est mater floris vite. mater
solis iustitie. mater fontis sapientie. mater
regis glorie. Mater floris vite.
mater misericordie est eius cuius misericordia ad dilectionem.
cuius iustitia ad timorem cuius sapientia ad
agnitionem. cuius gloria ad spem nos ad-
ducat. Maria ergo est mater eius que effec-
tiva est nostra dilectionis per misericordiam. noster timor
per iustitiam. nostra agnitio per sapientiam. nostra
spes per gloriam. ut nunc ipsa dicere possit
illud eccli. xxiiij. Ego mater pulchre
dilectionis et timoris et agnitionis et sancte
spei. Secundo inquam filius christi mater est
maria. ymo vero quod latissimum est

maria non solum est mater christi singularis
sed etiam mater omnium fidelium universalis. Un-
de sanctus ambrosius ait. Si christus creden-
tium est frater cur non ipsa que genuit christum
credentium sit mater. Ergo karissimi omnes nunc
gaudeamus. omnes nunc gaudendo dicamus
Benedictus sit per quem maria est nostra mater
et benedicta mater per quam christus est noster
frater. Unde beatus anselmus ait. Domina mater
per quam talem fratrem habemus quas grates quas
laudes tibi retribuemus. Dominus ergo tecum
o maria sicut filius dignissimus cum matre
dignissima. Tercio attendere licet
quod dominus iste qui tam singulariter est cum
maria. ipse est dominus cuius sponsa venus-
tissima est maria. Unde tam de isto domino.
quam de ista sponsa exponi potest. quod dicitur
osee ij°. Sponsabo te mihi in iustitia et
iudicio et in misericordia et in miserationibus.
et sponsabo te mihi in fide et scies quia
ego dominus. Ecce pulchra sponsa. pulchra
in iustitia et iudicio respectu sui. pul-
chra in misericordia et miserationibus respectu proximi.
pulchra in fide respectu dei. pulchra utique
in iustitia vite et in iudicio conscientie.
pulchra in misericordia in affectu. et in misera-
tionibus in effectu. pulchra in fide. quia
credidit dicta credenda supra se. et quia
credidit perficienda in se iuxta illud luce
primo. Beata que credidisti quoniam perficientur
in te ea que dicta sunt tibi a domino. Sed
ecce sponsa spiritus sancti venustissima
maria. sicut formosissima est in conver-
satione. ita etiam dulcissima est in allocu-
tione sicut dicitur canticorum iiij°. Favus
distillans labia tua sponsa mel et
lac sub lingua tua. O quam melliflua

ubera sepius distillaverunt dulcissima
marie labia. que etiam bene et lac et
mel sub lingua habuit in duobus verbis
que ipsi gabrieli respondit. Nonne mella
lac sub lingua habuit cum lacteum illud
continentie verbum respondit. Quomodo fiet
istud quoniam virum non cognosco. Nonne
etiam mel sub lingua habuit cum melli
fluum illud obedientie verbum respondit.
Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum
tuum. De mellifluencia namque eius
mellifluum verbum per totum mundum mellifluum
facti sunt celi. Maria insuper mel sub
lingua habuit. in mellifluis orationibus
ad deum. lac vero sub lingua habuit
in lactativis collationibus ad proximum.
Cum ergo quanti decoris et quanti dulcoris
est ista speciosa simul et consolatoria. Que
est inquit ambrosius. que est hec virgo tam splen-
dens ut ad eam venire dignaretur spiritus sanctus.
tam speciosa. ut eam sponsam eligeret deus.
Dominus ergo tecum o maria. sicut sponsus
delicatissimus cum sponsa delicatissima.

Tercio attendere licet quod dominus iste
quantum singulariter est cum maria. quia
dominus est cuius ancilla devotissima est
maria. sicut ipsamet testatur dicens Ecce
ancilla domini. Maria ancilla est domini
patris. domini filii. domini spiritus sancti. Quid
mirum si maria sit eius domini ancilla.
cum et filius marie sit eius domini ser-
vus secundum assumptam a matre naturam.
Ipse enim in psalmo confitetur dicens O domine
quia ego servus tuus ego servus tuus
et filius ancille tue. O quam bona an-
cilla et quam bonus ancille filius. Sed heu
quot male ancille et mali ancillarum

filii. Secundum quod dicit scriptura Ecce
ancilla et filius eius et cetera. Legitur
genesis xvi. de achar ancilla sare
quod concepisse se videns despexit do-
minam suam. Mala ergo ancilla agar de
fecunditate. bona ancilla maria de
fecunditate humiliatur. Ancilla illa superba
dominam suam despexit. Ancilla ista hu-
milem dominus respexit. sicut ipsa humiliter
recognoscens dicit. Respexit humilita-
tem ancille sue. O tu christiana domini an-
cilla sic cum maria amplectere fecundi-
tatem. ut neque de sterilis humilitate.
ut ergo de boni operis fecunditate non
infleris. Si magis de humilitate fecun-
deris. attende humilem ancillam respice
humilem mariam. Ecce autem ancilla domini.
Ambrosius. Vide magis humilitatem. vide
devotionem. ancilla se dicit que mater
eligitur domini. nec repentino exaltata
promisso est. O nec admiranda humilitas.
Ecce non domini ancilla sed etiam servorum
domini ancilla esse summe dignatur esse maria. a solu
Ipsa namque significata per illam abigail que quasi
admirandum cum david nuncios misisset
respondit. sicut legitur primo regum xxv. Ecce
famula tua sit in ancillam ut pedes
servorum domini mei lavet. Per virtu-
tem ancilla maria quot servi domini
loti sunt quot fideles eius suffragiis
a peccatis mundati sunt. Ipsa enim quasi tot
servorum domini pedibus aquam infundit.
quot penitentibus lacrimas compunc-
tionis optinuit. Dominus ergo tecum o ma-
ria tamquam cum ancilla devotissima.
Dominus pater tecum dominus filius tecum.
Dominus spiritus sanctus tecum. Unde Bernardus

Pater meus tecum qui filium suum fecit
et tuum. Filius tecum qui ad condendum
in te mirabile sacramentum uterum tuum elegit et
sibi reseruauit genitale secretum. et tibi
seruauit virginale signaculum. Spiritus
sanctus tecum qui cum patre et filio tuo tuum
sanctificauit uterum. Dominus ergo tecum. Dominus celestis
cuius filia es qua nulla nobilior est.
Dominus tecum cuius mater es qua nulla mi
rabilior. Dominus tecum cuius sponsa es qua
nulla amabilior. Dominus cuius ancilla es
qua nulla humilior umquam fuit. nec est
nec erit [illegible]. Eya ergo domina quia
dominus tantum ac talis tam actualiter est
tecum. Fac ut ipse per gratiam sit nobiscum
per dominum nostrum Ihesum Christum filium tuum. Amen

Dominus tecum.
Hec sunt dulcissima verba
ille deuotus beate marie
Anselmus deuote alludens
ait sic. O vere dominus tecum cui dedit dominus
ut omnis natura tantum tibi debeat secum.
Maria obsecro te per gratiam qua sic dominus
voluit esse tecum et te voluit esse secum.
Fac propter ipsam eandem gratiam misericordiam tuam
mecum et curam mei semper sit tecum. Fac
ut iste amor necessitatis mee qua dum
ipsa persistit semper sit tecum. et respectus
pietatis tue quamdiu ego subsisto sit
mecum. Fac ut congratulacio beatitudinis
tue semper sit mecum. et compassio miserie
mee quantum mihi expedit semper sit tecum.
Dominus ergo tecum o maria. Dominus certe tecum
tecum fuit. tecum est. tecum erit. Tecum
utique sicut sol cum aurora sicut flos
cum virga sicut rex cum regina. Tecum
inquam sicut sol cum aurora. ipsum preueniente.
tecum sicut flos cum virga. ipsum pro
ducente. tecum sicut rex cum regina ad ip
sum ingrediente. Sol namque omnibus lumi
naribus lucidior. flos omnibus floribus spe
ciosior rex omnibus regibus gloriosior
est dominus ihesus christus. Aurora ad hunc solem
singularissima irradiatione preueniens.
Virga hunc florem mirabilissima emissi
one producens. regina ad hunc regem
sollempnissima processione ingrediens
est beatissima virgo maria. De hiis singulis
per ordinem videamus. Dominus tecum. Tecum
certe sicut sol cum aurora de sole proce
dente et ortum solis preueniente. et sine
sole diem inchoante. Precedit enim auro
ra mundi maria a sole eterno singulari
splendore progrediens eundem quem sole e
terni mirabili irradiatione preueniens
diem gratie tamen sole mundo feliciter inci
tauit. teste beato bernardo qui ait sic.
Aurora valde rutilans in mundum progressa
es o maria que veri solis splendore
iubare tante sanctitatis preuenisti ut
vere diem salutis dies consecracionis. Dic
qua fecit dominus a tua claritate inicia
ri dignum fuit. Maria ergo est aurora de
qua dicitur canticorum sexto. Que est ista que
progreditur quasi aurora consurgens etc.
Bene autem aurore comparatur maria tam
propter se quam propter nos. propter se specialiter
propter nos generaliter. Maria ergo propter se
bene comparatur aurore secundum triplicem.
Primo propter abscessum noctis culpe.
secundo propter progressum lucis gratie. tertio
propter ortum solis iusticie. quarto propter
locum sedis glorie. Primum in plenis
sima eius sanctificatione. secundum in claris
sima eius conuersatione. tertium in mira

lissima filii eius generatione. quantum in glorio
sissima eius assumptione. ¶ Primo igitur
attende hic quod quedam felix aurora est
maria propter felicem abscessionem noctis
culpe in sua sanctificatione. Unde Job iii°.
maledicat nocti in qua dictum est con
ceptus est homo etc. obtenebrentur stel
le caligine eius expectet lucem et non
videat nec ortum surgentis aurore. Quid
igitur per stellas. quid per lucem. quid per auroram
significatur. Dico quod per stellas anime
sanctorum. per lucem status sanctorum. per auroram
sanctitas sanctorum designatur. Stelle utique
omnes sancti sunt qui ordine morum et
discipline cursu quasi fervoris et
bone vite non relinquunt. et sic contra
dyabolum impugnantes tuti sunt. Unde
de hiis stellis bene legitur Judicum v°.
Stelle manentes in ordine et cursu
suo adversus sisaram pugnaverunt.
Sisara interpretatur tollens incedentem
et significat dyabolum qui quod libet a deo re
cedente tollit. Per lucem quam stellis scrip
ture Christus significatur. sicut ipse de se ait
dicens Johannis viii°. Ego sum lux
mundi qui sequitur me non ambulat
in tenebris sed habebit lumen vite.
Nequaquam fratres karissimi sequimini hanc lucem
ne in tenebris ambulantes cadatis
in lutum peccati et in foveam inferni. Ne
quaquam autem non claudicando secundum quod
legitur iii Regum xviii°. Usquequo clau
dicatis in duas partes. si deus est deus
sequimini eum. si autem baal sequimini eum.
Per auroram autem cuius ortum nox non
videt. beata virgo significatur. cuius initium
nox originalis culpe non tenebravit.
Nox enim cum Job maledixit nox in

persona qua dictum est. conceptus est ho
peccatum originale est in quo omnes conci
pimur. Unde psalmista. Et in peccatis conce
pit me mater mea. Quoniam igitur omnes
etiam fere omnes sancti in peccatis concepti
sunt. et in peccato nascuntur. ideo bene sic
dicitur quod stelle per hanc noctem obtene
brantur. sed quia Christus nec conceptus nec
natus in peccato fuit. ideo bene dicitur
quod nox ista lucem non videt. Quoniam vero
beata virgo in peccato concepta fuit. sed sine
peccato nata. sine peccato orta fuit. ideo
non auroram sed ortum surgentis aurore dicitur
nox ista non vidisse. Hec est contra il
los qui ipsam non solum sine peccato natam
sed etiam sine peccato conceptam dicunt. Contra
quos etiam beatus bernardus arguens
ait. Si ante conceptum suum maria sancti
ficari non potuit quia non erat. sed nec in
ipso conceptu propter peccatum quod inerat
restat ut post conceptum in utero iam exis
tens sanctificationem accepisse credatur.
que excluso peccato sanctam fecerit nativitatem
non conceptionem. ¶ Secundo hic
attende quod quedam felix aurora est
maria propter felicem eius progressionem
in luce gratie. iuxta illud. Que est ista
que progreditur quasi aurora consurgens
et cetera. Sicut enim lux aurore progre
ditur crescendo in claritate sic ma
ria progrediebatur proficiendo in clari
tate gratie et bone vite. progrediebatur
utique proficiendo in omnibus virtutibus uni
versaliter. ut in omni virtutum clari
tate esset quasi aurora consurgens apud
sepulchra ut luna apud primos.
electa ut sol apud deum. progrediebatur

quas perficiendo in tribus virtutibus spe-
cialiter de quibus beatus bernardus ait. Fer-
vebat in ... gratia marie caritas.
splendebat in carne virginitas. in ani-
mo humilitas eminebat. Harum namque
trium claritate maria fuit, quasi auro-
ra consurgens in rutilante virginitate.
pulchra ut luna in micante humilitate.
electa ut sol in radiante fervida
caritate. Felix quam hos tres fulgores
has tres marie virtutes secutus fuit.
per quas ipsa deum et magistrum eum virtute
concepit, testante ... beato bernardo qui
ait. Sane decuit igitur plena nimis
gratia ut caritate fervida virginitate
integra humilitate devota fieret sine
virili commixtione gravida sine mulie-
bri dolore puerpera. ¶ Tercio attendere
debemus quod quedam felix aurora est maria
propter felicem ortum solis iusticie. Sol namque
iusticie christus deus noster mediante
aurora sua maria ortus est in mundo.
ortus namque absque peccati nubila. Propter
quod aurora ista valde rutilans fuit
oriente sole suo. Iuxta illud .ii. regum
xxiii. Sicut lux aurore oriente so-
le mane absque nubibus rutilat. lux
aurore est gratia et sanctitas marie quam ipsam
irradiare dignatus est, processurus de
ipsa sol iusticie. De hoc bene beatus
bernardus ait. Recte quidem a maria
aurore officium implesti. Ipse enim sol
iusticie de te processurus ortum suum qua-
dam matutina irradiatione preveniens
in te lucis sue radios copiose trans-
fudit. Lux huius aurore mirabiliter
radiabat oriente sole absque nubibus

id est nascente christo absque originalis
peccati obscuritatibus. Ecce hic dicitur quod
sol absque nubibus oritur. Et Exodi iii.
dicitur quod rubus absque combustione ig-
nitur. et Danielis ii. dicitur quod lapis sine
manibus abscinditur. Quid vero per solem
quid per ignem quid per lapidem nisi christus significatur.
Ipse enim est sol illuminans intellectum.
ignis accendens affectum. lapis firmans
nos contra defectum. Dico quod christus ipse
est sol illuminans intellectum. Iuxta illud
Malachie iiii. Orietur vobis timentibus
nomen meum sol iusticie. Unde Gregorius si ti-
meas deum. Scriptum quippe est Qui
timet deum nihil negligit. Ipse christus
est ignis accendens affectum. ait enim
apostolus ad hebreos xii. Etenim deus
noster ignis consumens est. Item dicitur
Deuteronomii iiii. Deus tuus ignis consumens
est. Hic ignis non solum fuit in rubo
uteri virginalis. sed etiam in rubo devo-
ti cordis est. Hunc enim ignem senserunt
qui dixerunt Luce xxiiii. Nonne cor
nostrum ardens erat in nobis etc.
Ipse christus est lapis firmans nos contra
defectum si bene fundati fuerimus super
ipsum. Unde Matthei vii. Descendit
pluvia et venerunt flumina et flaverunt
venti et irruerunt in domum illam et
non cecidit, fundata enim erat supra fir-
mam petram. Ecce nec pluvia humane
eloquentie nec flumina mundane con-
pistentie, nec venti humane violen-
tie nocere potuit domum mentis super pe-
tram christum fundatam. Dicitur vero quod sol sine
nube oritur. rubus sine combustione
ignitur. lapis sine manu abscinditur.
nisi quod christus qui est sol veritatis, ignis

carnearis. lapis firmitatis sine eter-
mitatis ipse concipitur. et nascitur sine
nube peccati originalis, sine combustione
concupiscentie carnalis, sine manibus amplexi-
us maritalis. In conceptione enim christi
nec patris pollutio. nec concupitio matris.
nec amplexum patris inuenies. Et autem
virgo sine viro tam miraculose conce-
pit. Hoc ille facere potuit, qui alliude-
cia (?) sine uiri titulo mirabilia perfi-
ciunt testatur beatus augustinus qui sic
dicit. Qui scripsit lapideas tabulas
sine stilo ferreo. ipse grauidauit ma-
riam spiritu sancto. et qui produxit panem
in heremo sine araciene (?). ipse impreg-
nauit virginem sine corruptione. et
qui fecit virgam sine pluuia germinare
ipse fecit filiam dauid sine semine
generare. ¶ Secundo attendere licet
quod quedam felix aurora est maria prop-
ter felicem locum eius in gloria. Et secundum
hoc bene de aurora dicitur. Iob. xxxviii°.
Numquid ostendisti aurore locum suum. Ita
certe auroram nostram mariam sublimiori
locatam in celo tenet benignissimus fi-
lius eternus. ¶ Considerare autem potes
triplicem locum marie notabilem. Primus
quo ipsa suscepit dominum spiritualiter. Secundus
est quo ipsa dominum concepit carnaliter.
Tercius est quo ipsa dominus suscepit
eternaliter. Dico quod primus locus quo
maria dominum suscepit spiritualiter est
mens marie pacifica et quieta.
secundum quod in psalterio dicitur. Factus est in
pace locus eius et habitacio eius
in syon quod interpretatur speculum uel
speculacio. Ecce quomodo dominum in mente
sua habitare. quomodo dominum in mente

sua speculari desiderat, oportet
ut ei in pace mentis locum faciat. Ita
sine pace mentis nemo venit ad spe-
culacionem contemplacionis. Unde apostolus ad
hebreos. xii°. Pacem sequimini cum omnibus
et sanctimoniam sine qua nemo deum vi-
debit. Quis enarrare uel etiam cogi-
tare sufficiat, in qualibus cotidie spe-
culacionibus sancta illa mens marie fuit.
Cui illa omnia misteria pre omnibus mor-
talibus sibi nota feruentissima mente
reuoluit. De hoc beatus vir theodorus ait
Digna sit in nobis pietas virginea
considerare quo cruciabatur amore quo de
desiderio estuabat hec virgo. Cui re-
uoluit animo cuncta que audierat, que
viderat, et cognouerat. Cuius mens ma-
nebat repleta spiritu sancto celestium sacra-
torum incitamentis (?) ¶ Secundus locus quo
maria concepit dominum corporaliter est venter
marie. De quo accipi potest illud Genesis
ii°. Fluuius egrediebatur de loco vo-
luptatis, id est christus de ventre virginis
ad irrigandum paradysum. Paradysus
spiritualis est maria. Paradysus uniuersa-
lis est ecclesia. Felix irrigacio utriusque
paradysi per flumen ventris marie et
ipsum christum qui ait Ecclesiastici. xxiiii°. Dixi
rigabo ortum plantacionum mearum.
Hinc est quod bene sanctus theodorus loquens
de illis verbis. Vidi speciosam ascen-
dentem desuper riuos aquarum. ait
bene desuper riuos aquarum quia super
aquam refectionis educauerat ea-
dem et nutrierat, de qua uelut e-
ducti riui omnem irrigant terram de-
sideratam et infundunt ortum voluptatis

Est locus quo maria deum suscepit
mansiuncula in celo et naturalis est locus glorie
de quo dominus ad iob loquitur Nunquid os-
tendisti aurore locum suum scilicet
in celo quod dicitur non permittet ad ter-
ram a me Bene autem dicitur suum quasi
appropriando et discernendo illum ab
aliis omnibus celorum locis. Hinc etiam habe-
mus .iii. regum .viii. Intulerunt sa-
cerdotes archam federis domini in locum
suum. Hic certe locus est super omnes cho-
ros angelorum qui denique est in celo locus
dignissimus teste beato bernardo qui ait.
Nec in mundo locus dignior virginalis
uteri templo in quo filium dei maria
suscepit. nec in celis regali solio
quo mariam marie filius sublimavit.
Sic igitur maria propter se bene com-
paratur aurore. primo propter declinacionem
noctis culpe in plenissima eius sanctifica-
cione. Secundo propter progressionem lucis
gratie in clarissima eius conversacione.
Tercio propter productionem solis iusticie
in mirabilissima filii eius generacione.
Quarto propter appropriacionem loci glorie
in gloriosissima eius assumpcione. Dein-
de considerandum est quod lucidissima
virgo maria non solum propter se. sed eciam
propter nos bene comparatur aurore.
Nam sicut maria per auroram signata est
in scriptura. ipsa nobis ad deum est media-
trix. ad angelos pacificatrix. ad demo-
nes defensatrix. ad nosmetipsos
illuminatrix. Primo attende quod au-
rora ista maria nobis ad deum est
mediatrix. sicut habemus in psalmo signa-
tum est ubi dicitur Tuus est dies et
tua est nox. tu fabricatus es auroram
et solem. Sicut beatus gregorius ait. Dies
vita iusti. nox vero vita accipitur pecca-
toris. et ideo bene dominus filios israel
precedebat per diem in columpna nubis.
per noctem vero in columpna ignis. quia ab
ardore ire sue tamquam nubes pios pro-
tegit. et tamquam ignis impios urit.
Unde eciam bene sol intelligitur Christus
sol utique iusticie qui illuminat electos
et urit reprobos. Urimur quidem nunc
in mundo. urimur autem in iudicio. urimur
in inferno. De hac triplici ustione
intelligi potest illud ecclesiastici .xliii. Tri-
pliciter sol exurens montes. idest super-
bos peccatores. propter quod bene hac re-
frigeratrice bene hac mediatrice
inter nos et solem istum indigemus. Et
ideo bene psalmista in predicto versu auro-
ram inter noctem et solem posuit mediam
que eciam ordine naturali media
est aurora utique est beatissima virgo maria
que inter noctem et solem media idest
inter hominem iniustum et deum iustum optima
mediatrix. optima ire dei refrigera-
trix est. Testatur hoc beatus bernardus
dicens. Securum accessum habet iam homo
ad deum ubi mediatorem cause sue
filium habet ante patrem et ante filium ma-
trem. Christus nudato corpore patri ostendit
latus et vulnera. maria Christo pectus
et ubera. non potest ullo modo fieri repul-
sa. ubi tot concurrunt et perorant cle-
mencie monimenta et caritatis insig-
nia. Secundo attende quod aurora ista
maria nobis est ad angelos pacifica-
trix sicut signatum est genesis .xxxii.

ubi legitur quod angelus qui cum iacob luctabatur benedixit eum in aurora. Dicente namque angelo dimitte me iam enim ascendit aurora. non dimisit eum iacob donec benediceret eum in aurora lucta fuit inter angelum et iacob. discordia fuit inter angelos et homines. Homo enim peccando offenderat creatorem. offenso autem creatore omnis offenditur creatura. quanto magis illa que creatori est coniuncta. Illa ergo lucta potuit huius discordie esse figura. Sed certe adveniente aurora. adveniente maria pacificati sunt angeli atque homines. ita quod in ipsa aurora. id est in ipsa virgine maria angelicam benedictionem consecutus est homo. angelus namque virgini dixit benedicta tu in mulieribus. et per hanc benedictionem virginis homo consequitur benedictionem patris et salutem etiam filii virginis. Benedictionem namque illam de qua apostolus ait ad ephesios primo Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in celestibus in christo ihesu. quam etiam benedictionem ipse benedictus filius virginis confirmabit cum dicet. Venite benedicti patris mei et cetera. Iacob ergo aurore ascendenti. et nos marie advenienti gratias agamus per benedictionem quam cum angelis pacificati sumus. merito certe per auroram. mistice per mariam homines cum angelis pacificantur. et quo per mariam ab hominibus angelorum chori redintegrantur sicut anselmus insinuat dicens O femina mirabiliter singularis et singulariter mirabilis per quam elementa renovantur. inferna remediantur. homines

salvantur angeli redintegrantur. ¶ Tercio attendendum est quod aurora ista maria nobis est contra demones defensatrix. sicut signatum est iob xxiiii. Ubi de homicida et fure et adultero dicitur. perfodit in tenebris domos sicut in die condixerunt sibi. et ignoraverunt lucem si subito apparuerit aurora arbitrantur umbram mortis. homicida dyabolus fur dyabolus. adulter dyabolus. homicida inquam est. quia genus humanum occidit. fur est quia quecumque per bona nobis subtrahit. adulter est quia sponsam dei id est animam corrupit. Heu quanta nobis mala huius malefici. quanta nobis mala sunt malignus fecerit. perfodit namque in tenebris ignorantie. in tenebris obscuritatis interioris domos mentium nostrarum. domos utique de quibus dicitur in psalmo Deus in ~~ambi~~ domibus eius cognoscetur etc. Perfodiunt etc. temptationibus perforantes domos illas in quibus ille libenter habitat qui luce xix. zacheo dicit. Hodie in domo tua oportet me manere. Perfossis autem domibus perforatis usque ad infelicem consensum peccati mentibus. Heu quanta mala maleficus iste occidendo. furando. adulterando. committit in animabus. Ad evadendum ~~ergo~~ quod tanta pericula nobis aurora appareat. nobis marie gratia succurrat. Si enim subito apparuerit aurora. si cito nobis advenerit. et subvenerit maria mox arbitrantur umbram mortis id est sic timent demones. sic trepidant sic fugiunt. sicut homines timent et fugiunt umbram mortis. Quarto quod bonis

bernardus ait Nam sic timent hostes
visibiles quolibet castrorum multitudinem
copiosam sicut aeree potestates marie
vocabulum precinium et exemplum flu
unt et pereunt sicut cera a facie ignis
ubicumque invenerint crebram huius nominis
recordationem. devotam invocationem. sol
licitam imitationem ¶ Secundo attende
bene quod aurora mea maria nobis est que
ad nosipsos illuminatrix ad bonum operan
dum Operarii namque ab ascensu aurore
incipiunt operari Unde neemie iiii°
dicitur Nos ipsi faciemus opus. media
pars nostrum teneat lanceas ab ascensu
aurore donec egrediantur astra. Duo
nobis necessaria sunt videlicet ut bonis o
peribus insistamus. et ut viciis resistamus
Necessarium utrumque nobis est ut bonis operibus
insistamus. et bene edificantes nosipsi
faciemus opus Magnum opus nostrum de quo
apostolus ait ad galatas vi°. Dum tempus
habemus operemur bonum ad omnes Bene
autem dicitur. nosipsi faciemus opus. nos
ipsi non per vicarium. Unde secunda ad corinthios
sexto In omnibus exhibeamus nos sicut
dei ministros Dicit crede michi non mitte
aliam. non personam vicariam. Sed semetipsam
exhibuit dei ministram. sicut beatus augus
tinus dicit Maria absque dubio ope
ministratrix que scribitur quod mea ges
sit parturit peperit aluit et fovit
in presepio reclinavit et a facie he
rodis abscondit fugiens in egiptum
et omnes infirmitates eius pro metu asten
et presencia [illegible] usque ad mortem crucis
aderat indubitanter ab eius absce
ssu non recessit. consecuta non solum gres

sibus pedum tamquam pro amore filii. Sed
etiam imitationem morum tamquam pro reve
rencia dei ¶ Sic necessarium nobis est
non solum ut bonis operibus insistamus. sed
etiam ut viciis resistamus Et ideo bene
additur de lanceis tenendis. tenere enim
debemus lanceam zeli contra impetum viciorum.
contra impugnationem dyaboli carnis
et mundi De hiis nostris lanceis bene
dicitur Ieremie xlvi°. Polite lanceas
induite vos loricis. lorica iusticie
a malo protegimur. sed lancea zeli malum
impugnamus Si lanceam zeli contra
vicia non extendis in mundo dei timore
aliam me sine contra te extendunt in iudicio
Unde sapientie quinto dicitur Acuet ira duram
in lanceam Et qualis bellatrix fuit maria
cum scuto zeli sua lancea. Unde bernardus
Tu bellatrix egregia per quem [illegible]
[illegible] supplantavit [illegible]
aggressa est. Ut igitur bonis operibus
fideliter insistamus necessarium nobis est ut
marie exemplum inspiciamus. marie
suffragium imploremus Hec enim que ab
ascensu aurore operari quasi irradiante
exemplo et lumine marie. quasi irradia
te precibus et gratia marie ad bonum
operandum incitantur. Bene autem ope
rari debemus donec egrediantur astra.
hoc est donec egrediantur anime nostre lu
cide tamquam astra et exeuntes de cor
poribus evolent ad astra. Sed super omnia
astra iam egressa et adhuc egressura
splendidissimum astrum est aurora mea
maria. testante bernardo qui ait In
[illegible] expressissima est imago
[illegible] astrorum [illegible] virginalis puritatis maria gloriosa pre

fulgente. Hec glossa secundum Ludolfus quod conue-
nienter aurora dicta sit maria. Dominus
tecum o maria sicut sol cum aurora
Eya glossa domina nostra dulcissima domina
maria suauissima fac etiam nobiscum
ec salem istum dominum nostrum ihesum cristum fi

Dominus tecum. Sicut cum domino
viso quo dominus sit cum maria
sicut sol cum aurora splen-
dente preueniente. Videamus nunc
quo dominus sit cum maria sicut flos cum
virga florente. Maria enim est ista
virgo de qua dicitur ysaie xi. Egre-
dietur virga de radice etc. usque ad as-
cendit. Hijs verbis oculum mentis appa-
ramus. Et primo ad virgam. secundo ad florem
consideracionem nostram dirigamus. Primo con-
sideremus secundum quod virga ista regia est
virgo maria sicut patet per dictum ambro-
sij qui beatam virginem alloquens ait.
Tu ipsa que dominum genuisti ex stirpe yessi
in virga creuisti. virga de radice yesse
surrexisti et floruisti. virga aaron
frondisti et peperisti. Est autem virgo
virga fumea. virga lignea. virga au-
rea. virga ferrea. Maria est virga fu-
mea incipientibus. virga lignea proficien-
tibus. virga aurea consumatis. virga
ferrea incorrigibilibus et demonibus. Et
de omnibus hijs dicamus. Dico quod ma-
ria est virga fumea incipientibus et pe-
nitentibus. De hac virga dicitur canticorum
iii. Que est ista que ascendit per desertum
sicut virgula fumi ex aromatibus
mirre et thuris et vniuersi pulueris
pigmentarij. Desertum est cor peccatoris
quod vtique desertum est a gratia et virtutibus.
Fumus autem ex aromatibus. fumus suauis

ac est aspiracio spei venie. Ista quip-
pe virgo maria per desertum quasi vir-
gula fumi ascendit. quia ipsa suffra-
gante et sufflante cor peccatoris fu-
mum spei venie suscipit. Hic autem fu-
mus generatur ex aromatibus mirre
in contricione et thuris in confessione. et
vniuersi pulueris pigmentarij in mul-
timoda satisfactione. Nullum pijssima
virgo maria desertum abhorret. nullum
peccatorem despicit. sed quantumque putrem
sicut suauissimi spei venie fumum
respergit. Vnde optime beatus bernardus
sic ait. peccatorem o maria quemlibet
quantumcumque fetidum non abhorres non
despicis. si ad te suspirauerit. tuumque
interuentum penitenti corde flagitaue-
rit. Tu illum a desperationis barathro
pia manu retrahis. spei medicamine
aspiras. ac toto mundo despectum ma-
terno affectu amplecteris. fouens
nec deseris quousque tremendo iudi-
ci miserum reconcilies. Iterum virgo
maria est virga lignea. virga florida
proficientibus. De hac virga dicitur numeri
xvii. quod virga aaron que vtique lignea
fuit flores simul et fructum habuit.
Per flores virtutes signantur que post
transitum diabolice hyemis in cordibus
oriuntur. sicut habetur de hijs floribus
canticorum ij. Iam hyems transiit
ymber abijt et recessit. flores
apparuerunt in terra nostra. Transeat
glossa hyems. transeat torpor et te-
por quo caritas refrigescit. et
tunc in terra cordis flores virtutum ap-
parebunt. O quantum hijs floribus

virgo florida habundanter. teste beato
bernardo qui eam alloquens ait. Tu arca
ola aromatum a celesti consita pigmen
tario virtutum omnium speciosis floribus
delectabiliter vernans es. Dicit autem
per flores virtutes vitam per fructum opera
virtutum significantur. De istis bene ma
thei vii° dicitur. A fructibus eorum cognos
cetis eos. Quam autem in virtutibus et
virtutum operibus per exempla matie et
vita perfectionis. tunc virga lignea flori
da et fructifera est nobis virgo maria.
Item virgo maria est virga aurea
perfectus et contemplativis. De hac virga
legitur quod cum hester cum duabus puellis
ingressa ad regem assuerum pre nimio
stupore pene exanimata fuisset ex
tendit rex ad eam virgam auream rex ad con
fortandum ipsam. Hester interpretatur eleva
ta vel abscondita. et significat mariam con
templativam. quia in contemplacione elevatur
deus et abscondit in abscondito
faciei suei conturbacione hominum. ista
per contemplacionem ingreditur ad regem
assuerum idest ad regem christum. due puel
le cum quibus ingreditur sunt due vires
anime. videlicet intellectiva que precedit
per cognicionem. et affectiva que sequitur
per dilectionem. Anima autem que sic ad
christum bene ingressa fuit ipsa per stu
pore quasi a se deficit. dum inaces
sibile dignitatis glorie claritatem. vel
terribile divine iusticie severitatem
attendit. Virga aurea virga regni
et illa regina virgo maria. aurea quidem
est caritate. regina vero nobilitate. Au
rea quia per invidiam. regina per iusticiam.
Aurea insuper per incorrupcionem et integri
tatem virginalem. regina vero per dominacionis
potestatem regalem. Hec felix virga ad animam
contemplativam confortandam clementer
extenditur. quia maria felix virgo contem
placioni et devocioni eius fide tam
pia et tam dulcis ingreditur quod ex hoc
ipsa anima contra terrorem divine iusticie et
ad splendorem divine glorie confortatur.
Hanc virgam illa contemplativa anselmi
anima ad se extendi desiderans qui ita
de voce exclamans dicit. O pulcherrima
ad intuendum. amabilis ad contemplandum.
delectabilis ad amandum. quo evadis
capacitatem cordis mei. prestolare
domina infirmam animam te sequentem. Ite
virgo maria est virga ferrea demonibus
et incorrigibilibus. de hac virga no
micatur accipi secundum illud psalmi re
ges eos in virga ferrea. O maria
virga aurea piissima. virga ferrea du
rissima. virga aurea hominibus. virga
ferrea et dura demonibus arcens
demones a nobis. O domina petimus et
devote petimus cum maxima petere
et dicere sic. Ave dei mater alma
que ex dignitate qua dei mater es
imperare potes angelis et demonibus.
compesce demones ne nobis noceant.
precipe angelis ut nos custodiant. Et
sic gloriosa beata virgo maria est nobis virga
fumea in nostra compunctione. virga florida
in nostra conversacione. virga aurea in nostra con
templacione. virga ferrea in nostra defen
sione. Hanc virgam nos contemplemus et

virgine amiantis. Beatus bernardus ait. O virgo
virga sublimis ad quanta celsitudine ver-
ticem sanctum erigis. usque ad sedentem in thro-
no usque ad dominum maiestatis. neque id
mirum. quoniam in altum mittis radices humili-
tatis. ¶ Consequenter considerimus secundum florem
huius virge. considerimus namque in virga
regia in virgine maria quadruplicem
florem videlicet florem preciose virgini-
tatis. florem gloriose virtuose honestatis
florem inmarcessibilis fecunditatis. florem
gloriose immortalitatis. ¶ Primo considerimus
secundum in maria florem preciose virginitatis
quod est ipsa virginitas. De hoc dicitur ysaie
xxxv°. Exultabit solitudo et florebit
quasi lilium. Maria quam convenienter solitudo
dici potuit que tam libenter solitaria fuit
quam etiam solitaria libenter angelus visi-
tavit. Ideoque bene beatus ambrosius
ait. Solam in penetralibus quam nemo
virorum videret. solus angelus repperit
solam sine comite et solam sine teste
Quo autem ista solitudo. quo virgo ma-
ria exultavit. ipsa dicat ipsam audia-
mus. Et exultavit meus spiritus meus in
deo salutari meo. Hec certe solitudo
floruit quasi lilium per virginitatem. O lilium
angelicum. o flos celestis. quem tantum
dilexit apis illa supercelestis. Dicit
enim beatus bernardus Apis illa que pascitur
inter lilia. que florigeram inhabitat
patriam angelorum. quoniam ad civitatem na-
zareth. quod interpretatur flos advolavit
et ad suavem olentem perhennis virgini-
tatis florem pervenit. illi insedit illi
inhesit. Flos virginitatis. Flos virgi-
nitatis est tot habet folia quot virginitatis
conditiones et premia. O quante huius
floris corone per mariam sunt multiplica-
te. Unde beatus ambrosius ait. Quam
in toto mundo virginitatis flos maria
inmarcessibiles coronas innectat et
semper integerrima pudoris aula immaculato
custodivit affectu eos usque integritas
perseveraverant ad palmam. ut in puellis
traphen sanctuarium arripere. et per
vestigia matris virginis ad celeste tha-
lamum perveniret. ¶ Secundo considerimus
secundum in maria florem virtuose honestatis
morum et vite. et de hoc quod ipsa dicit
audiamus. Dicit enim in illud ecclesiastici
xxiiii°. Flores mei honoris et hone-
statis. O quam pulcher est flos vir-
tuose et honeste vite. flos morum et
discipline. Et quia pluraliter dicitur flo-
res mei. ideo dicimus quod tot sunt in
moribus flores quot sunt virtutes. tot
sunt honeste vite flores. quot sunt vir-
tutes vitam honestantes. De hiis flo-
ribus dicitur canticorum ii°. Flores appa-
ruerunt in terra nostra. De hiis etiam dicitur
canticorum i°. Lectulus noster floridus. Ecce
flores in terra. flores in lecto invenimus
Terra est mens activorum. lectus autem
mens contemplativorum Terra namque
est mens fructificans omni bona actio-
ne. lectulus autem est mens quiete fa-
ciens in contemplatione divine quod sunt
mens activa. sive contemplativa semper
debet virtutum floribus esse vernistra
Hoc quoque notandum est quod flos hone-
statis primo flos eius habet virtutis

qui tot habet folia quot bona et meritoria
habet opera. Quarto quod floridi sunt flores quod flori
dus fuit lectus marie quia in florida vite
honestate floruerat omnium virtutum ve
nustate sicut testatur beatus Bernardus
dicens: In horto namque areola aromatum o
maria a celesti consita pigmentario
virtutum omnium speciosis floribus delec
tabiliter vernas es, inter quos pul
cherrimorum trium mirandum in te excel
lencia viola humilitatis, lilium castitatis,
rosa caritatis habentur sunt. ¶ Tercio con
sideremus beatam in mariam florem mira
culose fecundatam. hic flos est ipse
virginis filius de quo specialiter dicitur
Egredietur virga de radice yesse et
flos de radice eius descendet. Ecce
quam pulcher hic flos egressus est
sine peccato nascendo. Quam insere co
tur est quia peccator moriendo iuxta
illud Job xiiii. qui flos egreditur et
conteritur. Quam candidus in egressione
et quam rubicundus in contritione fuit flos iste.
flos inquam angelis delectabilis. flos homini
bus vero perbellis. unde beatus bernardus
ait. flos est virginis filius. flos can
didus et rubicundus electus ex milibus.
flos inquam in quem desiderant angeli prospicere
flos ad cuius odore reuiuiscunt mor
tui. Felix silva que produxit huiusmodi
floris virgam. Felix magis virga que pro
duxit hunc florem in silva. Felix super
omnia flos sine quo nec virga nec silva
felix esse potest. vere felicissimus flos in
quo super quem sic requieuit, ut sine ipso
nullus gratiam spiritus sancti hic possit
habere. de hoc beatus ysidorus dicens:

Ipsus sanctus qui in magnam silvam vese
quentium gratias non inuenerit, tamen super
hunc florem requieuit, ita quod absque ipso
non sapiens quis esse potest. nec intelligens.
nec consiliarius. nec fortis. nec eru
ditus. nec pius. nec plenus timore domini.
hic flos quot tot habet folia quot ipsius
~~sunt monasterii~~ sunt iusticia et exempla
Ab hunc florem hic desiderans virga flo
ris flectatur. Si flos est nimis altus
dignitate, virga tamen est flexibilis pie
tate. Et si flos est rarissimus quia et
celo et in terra non inuenitur nisi unicus.
est tamen communissimus, quia flos non in orto
clausus, sed in campo omnibus transeuntibus
exponitur. Et ideo bene potest dicere Canticorum
ii. Ego flos campi. Quam bene flos
campi dicitur non solum propter hoc quod omnibus
patulus exponitur. sed etiam propter hoc quod
sine omni humana cultura producitur. hoc
bene beatus bernardus notauit cum dixit
campus sine omni humano flores aminiculo
non seminatus ab aliquo, non defossus
sarculo. non impinguatus fimo. Pre
omnia sic virginis aluus floruit, sic
inuiolata et integra casta marie vis
cera tamquam pascua eterni viroris flo
rem protulit. cuius pulchritudo non videat
corrupcionem cuius gloria imperpetuum non
marcescat. ¶ Quarto consideremus beatam
in maria florem gloriose inmortalitatis
de hoc signum esse potest numeri xvii. ubi
dicitur quod virga aaron florem simul et
fructum habuit. Virga aaron recte
maria virgo potest esse figurata. In virga
namque maria recitudo. In flore autem
corporis glorificati pulchritudo. in fructu vero

anime est vitando per ee figuratum.
Notandum enim est quod corpus sine anima flo-
ret et virescit sicut dicitur in psalmis:
anime floreat et virescat. Flos autem
perit in morte sicut testatur ysaye. xl.
Exsiccatum est fenum et cecidit flos.
refloret vero in gloriosa resurrectione
iuxta illud: Refloruit caro mea. Iste
flos saliet glorificatissimi corporis
cuius tot sunt folia quot corporis glorificati
sunt dotes et prima. Et certe quam sancti
doctores probabiliter sentire videntur et
racionabiliter probare nituntur et fideles
hunc sensum pie amplectuntur videlicet
quod beata maria cum corpore sit assumpta et
corpus eius cum anima sit glorificatum. De
hoc namque beatus augustinus ait: Et
digne credimus letari mariam leticia
inenarrabili anima et corpore in filio proprio
cum filio proprio per filium proprium nec ulla
sequi debet corrupcionis erumpna que
tantum filium pariendo nulla secuta est
integritatis corrupcio. Secundum hoc ergo
maria ita dicere potest: Refloruit caro mea.
Secundum hoc eciam florem et fructum simul
habuit florem in quantum corporis glorificati
et fructum spiritus beatificati. Florem itaque
in gloriosa corporis pulchritudine fructum
vero in voluptuosa anime beatitudine. No-
tandum autem est quod secundum quadruplicem
florem producit virgo maria quadruplicem sibi
habuit florem et fructum. Simul namque
habuit florem virginitatis et fructum
materne fecunditatis. Simul habuit
florem honestatis et fructum humilitatis.
Simul habuit in prole florem humanitatis
et fructum deitatis. Simul habuit florem
immortalitatis in corpore et fructum vite be-
atitudinis in via. Hos ergo karissimi ~~flor~~
flores in virga virginea diligamus et
illos nove gaudiorum flores de orto
virgineo colligamus quos vidit quos
collegit quos nobis commendavit beatus
bernardus cum ad mariam loquens dixit. Per
tuas delicias nobis est ... suavissi-
me veni o maria ut ex eo flores multi-
plices gaudii colligamus quatenus mente
recolligamus quod nulli mellito dulcius
immense orbi inde profluxit. O igitur
dulcissima virgo maria ecce ille deus
tecum sicut flos cum virga ipsum producente.
Fac ergo ut eciam deus sit mecum per tuo na-
tivitatem communices quod nobis florem ipsum
dominum nostrum ihesum christum ~~Amen~~.

Dominus tecum. O
domina. domina benignissima. domina
familiarissima. dominus tu-
tecum. O domina domina aptis-
sima. domina dignissima dominus tecum. Tecum
certe secundum quod supradictum est sicut sol
cum aurora ipsum preveniente sicut flos
cum virga ipsum producente. sicut rex cum
regina in palacium ingrediente. Di-
co ergo quod maria sit aurora solem eternum
solem iusticie preveniens. Visum est quod
maria sit virga florem eternum florem
iuste preferens. Videamus modo quod maria
sit regina ad regem eternum ad regnum
glorie ingrediens. Maria ergo karissimi est
illa regina ingrediens de qua in regum
x° dicitur quod ingressa est regina saba
ierusalem cum comitatu multo et diviciis.
Vere regina est maria testante beato

augustino qui ait. Hanc ideo fatemur reginam celorum, quia ex congregatione peperit angelorum. Beda quoque de hac regina disserens in sermone asserit reginam. Ideo nunc de eius ingressu disserendum est. Considerandum quoque est quod mariam egredientem progredientem ingredientem supergredientem invenimus. Egressus eius est nature, progressus gratie, ingressus glorie, supergressus habundancie. Egressa est nascendo, progressa proficiendo, ingressa perveniendo, supergressa omnes sanctos excedendo. Egressa est sine peccato, progressa est sine exemplo, ingressa sine obstaculo, supergressa sine termino. Primo considerabimus quod invenimus mariam egredientem per suam nativitatem sine peccato. Ipsa namque fuit ex vas illud de quo proverbiorum xxv° dicitur: Aufer rubiginem de argento et egredietur vas purissimum. Rubigo ablata fuit de argento quando virgo maria ab originali peccato sanctificata fuit in utero, et certe sic egressa est tanquam vas purissimum. Hic distinguendum est vas purum, vas purius, vas purissimum. Vas purum in egressu fuit ieremias ex utero sic sanctificatus processit, quia tamen fomes tam ad mortale peccatum quam ad veniale peccatum inclinans in ipso remansit, sicut quidam dicunt fuisse in iheremia. Vas autem purius in egressu fuit iohannes ex utero sic sanctificatus processit quod in eo ut creditur fomes ad effectum tam mortalis quam venialis peccati non remansit. Propter quod bene beatus bernardus ait: Ego puto quod copiosior benedictio sanctificationis in eam descenderit que non solum ortum eius sanctificavit verum

etiam vitam deinceps ab omni peccato servaverit immunem. Ablata igitur rubigine originalis peccati egressum est ex utero vas purum in iheremia, vas purius in iohanne baptista, vas purissimum in maria. Secundo considerabimus quod invenimus mariam progredientem per gratiam sine exemplo. Unde canticorum vi°: Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol. Hiis autem tribus luminosis videlicet aurora, luna, sole comparatur maria propter tria in ipsa lucidissime excellencia. Fuit enim in carne et in mente eius excellentissime lucida virginitas. Fuit in virginitate eius excellenter lucida fecunditas. Fuit in fecunditate eius excellenter lucida singularitas. Primo aurora refrigerativa et ambigua fuit ista virgo beata. Ipsa enim virginitate sua carnis ardorem refrigeravit, teste beato bernardo qui ad eam loquens ait: In ardore veteris concupiscentie virtute castitatis in tua virginea carne ceteris extinxisti, ut iam in eius conspectu nec astra munda sint. Tamen mediante carne tua mediatricem, ut ea sue dure pravitati angelicam naturam non despiceret. Ipsa enim virginitate sua ambigua cum angelis cognata fuit, quia ut ieronimus ait: semper est angelis cognata virginitas. Propter quod sic bene legitur genesis xxxii° quod ~~angeli~~ angeli dei in aurora benedixerunt iacob. Hic iacob significat castum per significationem, qui fratrem suum scilicet corpus suum dei supplantavit. Hic non solum a patre celesti sed etiam ab angelo benedicitur in aurora. Hec est in castissima

virgine maria. cum angelo dixit luc.
1° Benedicta tu in mulieribus. Nec pul-
chra ut luna fuit virgo maria in luna
sua virginitatis fecunditate. pulchritudo
enim lune consistit in lune receptione a
sole. Pensa igitur quomodo pulchra luna fuit
maria. quando ille eternus sol totus recep-
tus et conceptus est in ipsa. Maria est
ergo illa luna in cuius plenitudine
ille vir ecclesie rediit. De quo proverbiorum 7
dicitur in die plene lune reversurus est
in domum suam. Beata virgo fuit luna
plena. quando ei dictum est Ave gratia
plena. Nec electa ut sol fuit ma-
ria in lucidissima fecunditatis sin-
gularitate. quando non homo purus non
angelus verus. sed ipse dei filius. ipse sol
iusticie in sole tabernaculum suum po-
suit. dum in matre conceptus fuit.
Valde certe singulare fuisset. si virgo
purum hominem concepisset. multo autem
singularius fuisset si virgo angelum con-
cepisset. sed super omnia singularissimum fuit
quod virgo deum concepit. deum peperit. Propter
quod augustinus bene scripsit ait. O vere
beata maria singulari et nobis pro modo
extollitur que singulariter ceteris in
mundo prefulsit. tu sed tamen ad celi
fastigia sublimavit. ut ultra in
principio apud deum manentem de sum-
ma celi arce suspiceret. Beata ergo
virgo progressa est quasi aurora con-
surgens in miranda carnis et mentis
virginitate. pulchra ut luna in
admiranda virginis fecunditate. elec-
ta ut sol in adoranda partus vir-
ginalis divinitate. ¶ Tercio considera

[illegible] quod interius nostra ingre-
diente in celeste gloria sine obsta-
culo. Nemo enim obstare posset tan-
te regine cum tanto comitatu ingre-
dienti. Ipsa namque signata est per reginam
saba de qua dicitur 3° regum decimo
et ingressa est ierusalem cum comitatu
multo et diviciis camelis portantibus
aromata. et aurum infinitum nimis
et gemmas preciosas. ¶ Considera in
hiis verbis gloriam marie ingredientis
in celeste ierusalem. Considera duo
ingredientis excellenciam. ingredientis
potenciam. ingredientis opulenciam.
Considera ergo excellenciam in principatu.
potenciam in comitatu. opulenciam in
apparatu. Considera certe excellen-
ciam principatus regine nostre marie.
in eo quod dicitur regina saba quod inter-
pretatur clamor. Maria enim est regina
mundi. ubi est clamor gemebundus.
est etiam regina celi ubi est clamor io-
cundus. clamat enim in celo. sicut dicitur
apocalypsis iiii° Sanctus. sanctus sanctus dominus
deus sabaoth. hoc etiam ipsa regina
clamantium cum ceteris clamantibus cla-
mare non cessat. testante ecclesia quod ait.
Tu maria circuimus celi curribus sine
fine choris cuncta angelis ar-
changelis que sociata indefessis voci-
bus sanctus sanctus sanctus clamare non cessas.
Hec virgo est regina quam psalmista descri-
bens ait. Astitit regina a dextris
tuis etc. Hanc reginam ad regem
regum pertrahit fiducialiter quicumque in mundo
ei servierunt fideliter. Unde bernardus
bernardus. Precessit nos regina nostra

pressit et tam gloriose susceptus e
in/ quam fideli fiducialiter sequar
sororem clamantes trahe nos post te
Item considera ingressum regine mi
poterit contrarius spaciis superatis.
in eo quod dicitur cum comitatu multo.
ingressa enim e maria celeste iherusalem
cum comitatu potentum angelorum
Vnde beatus thomas ait/ legimus quia
sepe ad funera et sepulturas quorum
sibi sanctorum angelos aduenisse et animas
electorum usque ad celos cum ympnis et
laudibus detulisse. et post pauca quanto
magis credendum est militiam angelorum
cum suis agminibus festiue aduenisse
obuiam genitrici dei, eamque ingenti
lumine circumfulsisse. et usque ad thronum
olim sibi ante constitucionem mundi
paratum, cum laudibus et canticis spiritualibus
perduxisse. Item considera hic in
maria opulenciam intrantem in apparatu
tu mirum preciosorum. Attulit namque
secum aurum infinitum dilectionis dei
et proximorum. gemmas preciosas uirtutum
et donorum. aromata bonorum operum
et exemplorum. parum e quod de thezau
ris marie dicam respectu eius quod beatus
bernardus maria alloquens ait/ in ma
nibus meis/ tuis sunt omnes thesau
ri miseracionum domini. Absit/ ut cesset
manus tua/ neque enim gloria tua mi
nuitur sed augetur cum penitentes ad venia
iustificati ad graciam, peccatores
ad gloriam assumuntur. Ingressa e
ergo mater domini ad gloriam tamquam re
gina celorum ingressa cum multo co

mitatu angelorum. ingressa cum di
uicijs innumerabilibus intrauit. Tercio
considera hic quod inuenimus maria
supergredietur omnes sanctos in superhabun
dancia intrauit et primatus sine simo
Vnde illud prouerbiorum xxxi. multe filie co
gregauerunt diuicias. tu sola supergres
sa es uniuersas Supergressa est uirgo
maria in natura. supergressa in gracia.
supergressa est in gloria. Supergressa
es ergo uniuersas filias. uniuersas
animas. uniuersas intelligencias angelicas
o maria. Dico quod maria in natura
supergressa e uniuersas filias hominum.
dum quod natura non admittit/ uirgo concepit.
uirgo peperit. iuxta illud ysaie. vij. Ecce
uirgo concipiet. et non solum in hoc quod
uirgo filium. sed eciam quod deum filium pe
perit/ super omnem naturam est. Iacobus
solempnis sic ait quod natura non habuit.
usus nesciuit. ignorauit/ racio mens
non capit humana. pauet celum. stupet
terra. creatura eciam omnis mirantur celestis
hoc totum e quod per gabrielem marie diui
tus nunciatur. et per xpm adimpletur.
Item supergressa e maria in gracia uniuersas
animas sanctorum. dum non solum gracia plena.
sed eciam supplena fuit. teste gabriele
qui prius dixit aue gracia plena. et
postea subiunxit spiritus sanctus superueniet
in te. Que in gracia plena fuit/ ergo
quando sibi superueniens postea spiritus
sanctus cumulauit in hoc utique plus quam
plena in hoc certe supplena fuit.
Vnde beatus bernardus ait/ Clemens.

tum spiritu sancto plena sibi fuit. eodem quoque modo supinacione nobis supplena fuit et supereffluens fit maria. Item supergressa est maria in gladio universas intelligencias angelicas. Ipsa enim est thronus ille sapientissimus cum sicut ezechiel .i°. legitur super firmamentum angelicum est exaltatus propter quod etiam beatus bernardus ait Hec ascendit plane maria super omne humanum genus ascendit usque ad angelos sed et ipsos quoque transcendit et celestem omnem supergreditur creaturam. Sic igitur beatissima maria egressa progressa ingressa et supergressa est. Egressa namque est tamquam nascendo ad vitam miserorum. progressa est proficiendo in gratia peregrinorum. ingressa est proveniendo ad regnum celorum. supergressa est gloria omnium beatorum. Ecce igitur dulcissima virgo maria. ecce ad dominus tecum sicut sol cum aurora progrediente. sicut flos cum virga florente. sicut rex cum regina ingrediente. O igitur aurora suavissima fac ut etiam sit nobiscum sol iustitie. O virga florigera fac ut etiam sit nobiscum flos gratie. O regina potentissima. fac ut etiam sit nobiscum rex glorie dominus ihesus christus filius tuus Amen.

Benedicta tu in mulieribus. Ostensum est superius quomodo maria propter purissima vite innocencia merito pre ante salutatur. Ostensum est etiam quomodo propter pietate sua visceroisissima merito maria vocatur. Ostensum quoque est quomodo propter copiosissima gratie affluencia merito gratia plena commemoratur. Ostensum insuper est quomodo propter specialissima dei presencia merito dominus tecum fore insinuatur. Ostendendum quoque nunc est quomodo propter gratiosissima persone sue reverentia benedicta in mulieribus nuncupatur. Ecce igitur gloriosus ille archangelus gabriel. gloriosam illam virginem mira salutatione gloriosam salutationem ipsam decentissime consummavit in benedictione dicens benedicta tu in mulieribus. Hanc sententiam tractans ihe(ronimus) ait benedicta tu in mulieribus id est benedicta plus quam omnes mulieres. ac per hoc quicquid maledictionis infusum est per evam totum abstulit benedictio marie. Dicit igitur gabriel. dicit benedicta tu in mulieribus. Benedicta namque propter plenitudinem gratie in te venerande. Benedicta propter celsitudinem prolis ex te incarnande. benedicta propter multitudinem mire pro te prestande. benedicta propter magnitudinem glorie super te cumulande. Primo pensandum quomodo benedicta es maria. propter plenitudinem gratie in ipsa venerande sicut aperte audivit gabriel dicens Ave gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Benedicta tu quia plena gratia. tu invenisti enim gratiam apud deum et ideo benedicta es apud deum. Unde aperte beatus bernardus de hac marie benedictione dicit. Per te accessum habemus ad filium. o benedicta inventrix gratie. genitrix vite. mater salutis. benedicta igitur tu maria propter gratiam. Benedicta namque propter gratiam cordis

propter gratiam oris. propter gratiam operis.
Benedicta namque in corde propter gratiam do-
norum. Benedicta in ore propter gratiam labiorum.
Benedicta in opere propter gratiam morum. Vere
benedicta es maria propter gratiam donorum in
corde. Propter quod cor eius fuit deliciosis-
simum sicut paradisus dei. ita ut de hac
benedictione minus intelligi posset illud
ecclesiastici xl°. Gratia sicut paradisus in be-
nedictionibus. Ut dicit interlinearis glosa.
fructificans diversas species virtutum. De
istis felicibus gratiarum et virtutum benedic-
tionibus apostolus dicit ad ephesios i°. Qui bene-
dixit nos in omni benedictione spirituali celes-
tibus in Christo. Si igitur gratia mentem huma-
nam in benedictionibus virtutum deliciosam
facit sicut paradisum dei. quantomagis de-
liciosissima mens. deliciosissima anima
marie fuit sicut paradisus dei in be-
nedictionibus donorum spiritus sancti. ymo certe
paradisus dei non solum mente. sed etiam
ventre fuit maria continens in se
lignum vite ihesum christum. Unde beatus ber-
nardus ait. Tu paradisus dei tu es que
mundo lignum vite protulisti. de quo qui
manducaverit vivet in eternum. Heu
quam longe est ab hac benedictione marie.
is cuiuscumque mens non est paradisus
dei in benedictionibus gratie. sed est sentina
dyaboli in maledictionibus malicie. Talis
enim sicut in psalmo dicitur. Dilexit
maledictionem et veniet ei. noluit
benedictionem et elongabitur ab eo. Tu
enim benedicta es maria non solum propter
gratiam donorum cordis sed etiam propter
gratiam labiorum oris. iuxta illud psalmi.

Diffusa est gratia in labiis tuis. propterea
benedixit te deus in eternum. O gratia in
orationibus devotissimis. O gratia in collacio-
nibus utilissimis gratia in labiis marie
semper fuit. O gratia ad homines. gratia ad an-
gelos. gratia ad deum gratia semper fuit in
labiis marie. Ipse namque deus verba labi-
orum eius libenter audivit. teste beato
bernardo qui ipsam alloquens dicit. Cui
placuisti ex silencio ideo magis placebis
ex verbo. cum ipse tibi clamet de celo O
pulcherrima inter mulieres fac me audire
vocem tuam. Certa quam venustissima. quam
pudicissima. quam disciplinatissima. quam
sincerissima semper fuerunt marie labia.
Et ideo ne benedixit eam deus in eternum.
Heu quam longe ab hac marie benedictione
sunt illi quorum labia labiis marie tam
dissimilia sunt. In quorum labiis non gratia
diffusa sed malicia confusa est. propter quod
non benedixit sed maledixit. et maledi-
cet eos deus in eternum. Tu enim bene-
dicta est maria non solum propter gratiam
donorum cordis. non solum propter gratiam
labiorum oris. sed etiam propter gratiam morum
conversacionis. Et de hac benedictione accipi
potest quod dicitur ieremie xxxi°. Benedicat
tibi dominus pulchritudo iusticie mons
dei sanctus. Mons sanctus est maria sancta et
bene mons dicitur propter excellentiam me-
ritorum. propter altitudinem vite et morum.
Hic est mons de quo sic in daniele
legitur. Lapis abscisus est de monte sine
manibus etc. Lapis abscisus est de mon-
te sine manibus id est dominus ihesus de ma-
ria sine opere maritali natus est.

Pulchritudo hui[us] in moribus. pulchritu
do mag[n]e iusticie. pulchritudo vite et
morum marie tanta fuit ut merito in can
ticis de ipsa dici possit. tota pulchra
es amica mea. Pulchra nempe in vita
pulchra in morte discipulina. et tota pul
chra tota certe tota. Quomodo tota audi
ieronimum. ait enim sic. quicquid in maria
gestum est totum puritas et simplicitas.
totum gracia et veritas. totum misericordia et iusticia
que de celo prospexit. Tali pulchritudinem
marie d[omin]us merito benedixit. Heu quam longe
est ab ista benedictione marie quicunque talis
est in opere quod sicut marie dicitur benedicatur
tibi pulchritudo iusticie. sic ei dici potest
maledicatur tibi turpitudo iniusticie. Omnia
maledicto est ei dicitur. discedite ma
ledicti etc. Ecce vidimus o carissimi maria
quare tu es non benedicta propter plenitudinem gracie
Benedicta nempe es propter graciam consciencie et
donorum. et benedicta propter graciam lingue
et labiorum. benedicta propter graciam vite et
morum. C[apitulum] Secundo pensare debemus quo modo
benedicta sit maria propter celsitudinem
sue benedicte prolis. propter benedictum fructum
ventris sui. merito enim terra illa ben
dicta est. que tam benedictum fructum profert.
Unde psalmista. Benedixisti d[omi]ne terram
tuam. terra ista est maria de qua in eadem
psalmo dicitur. Veritas de terra orta est
veritas est xpistus qui ait. Ego sum via
veritas et vita. Benedicta est ergo hec
terra propter benedictum fructum. Benedicta est
maria propter benedictum filium. Unde ber-
nardus dicit. Non quia tu benedicta. ideo ben
dictus ventris tui. sed quia ille te prevenit
in benedictionibus dulcedinis ideo tu

benedicta. Tercio maria propter suam plenitudinem ben
dicta est. benedicta nempe a d[omi]no. ab angelis
ab homine. Propter plenitudinem triplicem benedicta est
a d[omi]no benedictionem eius operante sine do
nante. benedicta ab angelo. benedictionem eius
nunciante. benedicta ab homine benedictionem eius
presentante. Ideo propter hec benedicta est maria
a d[omi]no. benedictionem eius operante sine donante.
hec benedictio significatur est. ii. regum vi. ubi legitur
quod benedixit d[omi]n[u]s domui obededom propter
archam. Obededom interpretatur serviens sang-
uineus. et bene significat xpistum qui sanguineus noster
factus est. serviens nobis in miseriis usque
ad sanguinem. propter nos enim servivit. propter
nos sanguineus factus est xpistus. sanguineus
in dorso propter flagella. sanguineus in ca
pite propter spinas. sanguineus in latere per
lanceam. sanguineus in manibus et pedibus
propter clavos. Huius servi domus fuit
maria de qua dicitur in psalmo. Replebi-
mur domus tue. Archa in hac domo lo
cata. etiam xpistum significat. xpistus enim servus
meus. xpistus archa mea est. In archa fuit
virga aurea et manna. Archa sancta cu-
ius xpisti sanctissima. Urna aurea animam xpisti
preciosissima. manna vero divinitatem xpisti
dulcissima significat. Per hanc archam propter
ihesum xpistum filium marie. d[omin]us benedixit
domui marie. O vere domus benedicta
ex qua omnium processit vita. Dicit enim au
gustinus. benedicta tu in mulieribus.
que vitam et viris et mulieribus pepe
risti. Item debemus benedictam propter plenitudinem
est maria. non solum a d[omi]no benedictionem eius
operante. sed etiam ab angelo benedictionem
nunciante. sicut patet in gabriele di
cente. D[omin]us tecum. Benedicta tu in mulie

ribus. Quomodo trinum? Augustinus ait:
trinum in corde, trinum in ventre. Ideo quod bene-
dicta tu sancta, quia sicut et trinum, trinum,
virgo non tantum sicut creator eius causaliter
sed etiam sicut parens eius partialiter. Propter
partum enim benedicta es ante partum, propter
partum benedicta es in partu et post partum.
Ideo benedicta quae sic partum effudisti, quam
partum et in partu et post partum virgo perman-
sisti. Et ideo perpetue benedicta dici me-
ruisti, quia non hominem purum, non angelum
verum, sed hominem et angelorum dominum pe-
peristi. Propter quod bene ait Beda: Vir-
go benedicta in mulieribus, quae sine ex-
emplo muliebris conditionis cum decore
virginitatis gaudia es honore parientis,
quodque matrem virginem decebat Deum
ac Dei filium procreasti. Item tam bene
dicta propter plenum est Maria, non solum a
Domino benedictionem eius operante, non solum
ab angelo benedictionem eius nuntiante,
sed etiam ab homine benedictionem eius prophetante,
sicut patet in Elizabeth, quae exultante
in utero eius infante repleta Spiritu Sancto
exclamavit dicens: Benedicta tu inter
mulieres, et benedictus fructus ventris
tui. Ideo virgo benedicta quia benedictus
fructus ventris tui, sicut ager cuius
dominus fructus est ager ille benedictus, de quo
dicitur Genesis xxvii: Ecce odor filii mei
sicut odor agri pleni cui benedixit
Dominus. De hoc beatus Ieronimus ait: Sic
bene ager plenus dicitur, quia Maria
plena gratia pronuntiatur, de cuius utero
credentibus fructus vitae processit. O vere
ager super omnes agros benedictus propter
fructum. O vere mater super omnes ma-

tres benedicta propter filium suum. Quod etiam
exclamans beatus Bernardus ait: O femina super
omnes feminas benedicta, quae virum omnino non no-
vit, et virum suo utero circumdedit.
Certe videmus, o dulcissima Maria,
quod tu propter benedictum fructum ventris
tui es ideo benedicta benedictione divina et an-
gelica et humana. Heu quam longe ab
ista benedictione mali sunt qui propter male-
dictum fructum operis sui maledictionem
merentur divinam, angelicam et humanam,
dum maledicti a Deo, maledicti ab angelis,
maledicti ab hominibus erunt in aeternum. Item
pensare licet quomodo ideo benedicta sit Maria
propter immensitatem misericordiae suae. Ipsa namque per illam
Ruth significatur, de qua dicitur: Benedicta es a
Domino filia, quia priorem misericordiam posteriore
superasti. Prior misericordia eius fuit qua
cohibuit dum adhuc viveret in mundo.
Posterior vero eius misericordia est qua iam
amplius quam per mille trecentos annos exhi-
buit de caelo. Posterior itaque misericordia
Mariae priore superatur, quia ista illa
multitudine innumerabilium beneficiorum exces-
sit. Quis aestimare posset quam inaesti-
mabiliter Maria propter misericordiam suam sit benedicta,
cum inaestimabilis sit eius misericordia, propter quam
ipsa etiam inaestimabiliter est benedicta. Hinc
beatus Bernardus exclamans dicit: Quis
inaestimabilem misericordiae tuae, o benedicta, longi-
tudinem et latitudinem, sublimitatem et
profunditatem queat investigare. Benedicta
ergo Maria per multiplicem misericordiam quam per eam homo
recipit et recepit. Benedicta utique est quia
per eam Deus homini placabilis est. Benedicta quoque
est quia per Christum eam homo Deo acceptabilis
est. Benedicta insuper quia per eam zabulus

hominum superbilis e. Dico secundum quod maria benedicta est quia per eam deus homini placabilis e sicut signatum est in abigail de qua legitur i. regum xxv°. quod cum david offensus occidere vellet nabal stultum. abigail occurrens offensum placavit et cum placaret dixit. benedictum eloquium tuum et benedicta tu que prohibuisti me ne irem hodie ad sanguinem et ulciscerer me manu mea. Nabal stultus significat peccatorem. omnis enim peccator stultus est. Et hinc sicut dicitur ecclesiastes i. stultorum infinitus e numerus. Abigail mariam significat. interpretatur enim patris mei exultatio. O quanti patris celestis in maria. et matre in patre celesti fuit exultatio cum ipsa dixit. Exultavit spiritus meus in deo salutari meo etc. Dicunt abigail dominam mariam sic david dominum nostrum significat. david autem offensus est nabal stulto. quia dominus offensus est homini impio. david nabal stulto per abigail placatur. quia dominus impio per mariam reconciliatur. abigail placavit david cibis et muneribus. maria placavit dominum meritis et precibus. abigail placavit ipsum manu nostra eternale gladium. Dum illa homini istum nostrum dominum gladium aufert. propter quod bene bernardus ait. Nemo dominam vereamur qui gladio domini manum pro nobis obiciat. nisi tu dei amantissima per quam primum suscepimus munus de manu dei nostri. Item maria non solum est benedicta quia per eam dominus homini placabilis est. sed etiam ideo e benedicta quia per eam homo deo acceptabilis e. eo quod per ipsam benedictam homo benedictus est. Unde bene ysaie xix°. dicitur. quod erit israel benedictio in medio terre. cui benedixit dominus exercituum dicens. benedictus populus meus et medium terre cui benedixit dominus per dei benedictam virginem in qua terre medio messiam est nostre salutis benedictio iuxta illud psalmi. Deus autem rex noster ante secula operatus e salutem in medio terre. De hac terre bona bernardus sic ait. Maria mirabiliter competenter terre medium appellatur. Ad illam enim sicut ad medium. sicut ad archam dei. sicut ad rerum causam. sicut ad negotium seculorum respiciunt. et qui habitant in terra. et qui habitant in celo. et qui habitant in inferno. et qui nos precesserunt. et qui nos sequuntur. Illi qui sunt in terra ut perveniant. illi qui sunt in celo ut resarciantur. illi qui in inferno ut eripiantur. Qui precesserunt ut prophete fideles inveniantur. qui sequuntur ut glorificentur. In hac ergo benedicta terre medio benedictus est israhel. benedictus e populus. Dum per benedictam dei matrem deo e acceptus. Secundum mirum si per benedictam mariam benedicta et accepta sit creatura rationalis. cum etiam per ipsam sit benedicta omnis creatura. Unde anselmus exclamat et dicit. O virgo benedicta et superbenedicta per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura. non solum creatura a creatore. sed etiam creator a creatura. Item secundum quod maria non solum benedicta est quia per eam dominus homini placabilis. nec solum quoniam benedicta est. quia per eam homo deo acceptabilis e. sed etiam ideo benedicta. quia per eam diabolus homini superabilis est. Unde ipsa per illam iudith signata est. de qua dicitur. benedixit te dominus in virtute sua. qui per te ad nichilum redegit inimicos nostros. Inimici nostri sunt demones quos benedicta virgo ad nichilum redegit. Dum in se et in multis aliis

hostes carnis confregerit / sicut beatus bernardus
testatur cum ait. Tu bellatrix egregia
omnis ante faciem tuam spiritualium nequiciarum
malicia in fugam conversa est. Fugiamus
ergo fratres et fugiamus ad auxilium ma
tris dei in omnibus temptacionibus et impug
nationibus dyaboli. Ipsa namque est timenda
maria namque terribilis ut castrorum acies
ordinata. Est ergo sicut multiplex est nostra
miseria, sic qua benedicte marie indi
gemus una. Ideo hanc benedictionem invocemus
cum beato bernardo qui sic ait. Aut precius
tue virgo benedicta graciam quia apud deum
meruisti graciam novam facere mundo. reis
veniam, egris medelam, pusillis corde ro
bur, afflictis consolacionem, peregrinantibus
adiutorium et consolacionem, captivis libera
cionem sicut tuis precibus optinendo. Ecce
videmus dulcissima maria quod tu es vere
benedicta multipliciter maria. Benedicta namque es
quia per te deus hominibus placatur. Benedicta quia
per te ipsa deo glorificatur. Benedicta quia per te
dyabolus ab homine superatur. Heu quam
longe abs ista maria benedictione est, cui
cumque deus placatus non est, cuicumque
deus gratus non est, quicumque a dyabolo
subiugatus est, et ideo talis a deo ma
ledictus est. Secundo tenemur pensare
quomodo vere benedicta sit maria propter mag
nitudinem glorie sue. iuxta illud ezechielis
iii. Benedicta gloria domini de loco sancto
suo. Gloria domini idest gloriosa mater
dei. vere benedicta est propter gloriam quam
habet de loco suo dupliciter. benedicta namque est
de loco quo filius eius apud eam requie
vit in utero. Benedicta quoque est de
loco quo ipsa apud filium requiescit in
celo. Uterque enim locus dignissimus est
sicut patet per beatum bernardum dicentem
sic. Nec in mundo locus dignior uteri

virginalis uteri templo in quo maria
filium dei suscepit. nec in celis regali
solio quo mariam filius matris sublima
vit. Benedicta ergo est maria propter gloriam
suam benedictam utique propter gloriam suam
sublimissimam, copiosissimam, stabilis
simam. Benedicta dico propter gloriam suam
sublimissima dignitate. Benedicta propter
gloriam suam stabilissima permanencia.
Dico enim quod benedicta est maria propter
gloriam suam sublimissima dignitate.
De hac enim benedictione accipi potest illud
psalmiste dicentis. Benedices coro
ne anni benignitatis tue. Glosa
quod est annus equanimitatis, annus sin
ceritatis, annus benignitatis. Primus annus
est ambulancium in mundo. secundus am
bulancium in inferno. tercius ambulancium in
celo. Primus annus habet dies et noctes.
Secundus habet noctes et non dies. Tercius
habet dies et non noctes. Dico quod primus
annus habet dies et noctes idest bonos
et malos qui sunt in hoc mundo simul.
tot autem sunt dies et noctes in hoc
mundo quot sunt boni et mali in mundo.
Secundus annus habet solas noctes id
est solos peccatores noctibus tenebrosio
res. Tot autem sunt noctes in hoc anno
quot sunt peccatores in inferno. Tercius
annus habet solos dies idest solos bonos
die clariores. Tot autem sunt dies in
hoc anno quot sunt iusti in celo. In pri
mo anno equanimitatis boni et mali
equanimiter tolerantur. In secundo anno se
veritatis mali severissime cruciantur.
In tercio anno benignitatis boni benig
nissime coronantur. Primi autem anni
benigna corona est benedicta virgo maria

Ipsa certe est corona omnium dierum sanctorum
omnium. quia ipsa est corona omnium sanctorum
celi. Corona enim super caput ponitur solet.
sic maria que super capita omnium sanctorum lo
cata est dum super capita omnium sanctorum ex
altata est sicut beatus Jheronimus dicit. ex
altari meruit super choros angelorum
et pervenit ultra quam merito similitudinis est
meritum. Filius certe marie est summa
sanctorum meritum corona. maria vero corona
sub corona. Patet ergo quam sublimiter bene
dicta sit corona mea. mater nostra maria
Omnes ergo tam sublimiter benedicta sit
quamvis. benedicta namque de qua beatus
bernardus ait. Non est hic mutuus
civitatis sed ea migrimus ad quam hodie
maria benedicta pervenit. Item secundum
benedicta est maria. non solum propter gloria
eius excellentissima dignitate. sed est
propter gloria eius copiosissima immen
sitate. cuius copia tanta est quod ad omnes
diffunditur. Et ideo merito ab omnibus
benedicitur secundum quod de ipsa per figuram
dicitur iudith xv. Benedixerunt ea
omnes una voce dicentes. tu leticia
israel. tu gloria iherusalem. tu honorifi
cia populi nostri. Benedixerunt ea utique
omnes. nam omnis est signum universale
respiciens tria appellativa. Et certe
quia tria appellativa sunt deus angelus
homo qui mariam benedixerunt. Deus
namque benedixit mariam. pater enim be
nedixit ea. filius benedixit ea. spiritus
sanctus benedixit ea. Omnes tres persone
benedixerunt ea. Angelus eciam bene
dixit mariam. Prima iherarchia
benedixit ea. Secunda benedixit eam.
Tercia benedixit ea. Omnes angeli

benedixerunt mariam. Homo quoque benedix
it mariam. coniugati benedixerunt
mariam. Vidue benedixerunt mariam.
Virgines benedixerunt mariam. Omnes
homines benedixerunt mariam. benedixer
unt ea dicentes Tu leticia israel
deum contemplantis. leticia namque omnium
angelorum. gloria iherusalem triumphantis.
gloria namque beatorum. tu honorificencia
populi peregrinantis. honorificencia namque
omnium viatorum. Benedictus ergo sanctus dul
cissimus filius tuus o maria qui de co
piosissima benedictione tua. tanta prestat
beneficia in celo et in terra. ut tam angeli
quam homines merito gratulari possint cum
anselmo qui ait. Per tanta bona
per benedictum fructum benedicti ventris
benedicte marie pervenerunt. Item
secundum maria non solum benedicta est propter
gloria eius sublimissima dignitate
non solum benedicta est propter gloria eius
copiosissima immensitate ymo eciam
benedicta est propter gloria eius stabi
lissima eternitate Ipsa namque per do
minum illa sigitur. de qua proverbiorum
xxviii° dicitur Te deus benedixit.
benedicta eris in perpetuum. vel imperpetuum.
sicut in psalmis dicitur. propterea benedixit
te deus in eternum Sic ergo dulcissima
virgo maria tu es vere non solum in mu
lieribus. et super mulieres ymo eciam
super viros. ymo eciam super angelos be
nedicta. Benedicta namque es propter
pulchritudinem gracie qua invenisti.
Benedicta propter celsitudinem persone
qua genuisti. Benedicta propter multi
tudinem miserie qua exhibuisti. Bene
dicta propter magnitudinem glorie qua

pericepisti Te g° nimis bndicta. te i
nocamus. te imploramus. te cum cum
bto bernardo. qui te benedicta omis
dicit Fac o benedicta p gram qua
inuenisti p prerogatiua qua meruisti.
p miam qua peperisti. ut qui medi
ante te fieri dignatus est particeps
infirmitatis et miserie nre te quoq
mediante participes nos faciat beatitu
dinis glorie sue ~~Amen~~

Benedicta tu in mulieribz
De benedccoe mre v'ginis
marie benedicte ad huc
dicamus. ad hunc audiamus
Felix maria bndicta. infelix vero aut
eua maledicta. maledicti omis quibus di
citur Discedite a me maledicti in ignem
eternum. Maledicta g° omis eua viciosa
sa. bndicta no tu maria virtuosa.
Maledictione p septe vicia capitalia
mundus meruit. bndictione aut p septe
virtutes contrarias maria optinuit. Be
nedicta g° in mulieribz o maria. bn
dicta unicq pro humilitate contra supbiam.
bndicta p caritate contra inuidia. bn
dicta p lenitate et mansuetudine contra
iracundia. bndicta p strenuitate contra
accidia. bndca p liberalitate contra auari
cia. bndca p sobrietate contra gulam.
bndca pro castitate contra luxuriam.
Primo audiamus quo bndicta
fuit maria p humilitate contra supbiam. hu
les enim sunt bndicti. ut bti paupes
spu. glosa id est humiles et timentes deu
no habentes inflatum spm econtrario supbi
bi ... Supbi maledicti sunt sicut scriptum
est Increpasti supbos maledicti qui
declinant a mandatis tuis Contra hanc
supbie maledccoem maria optinuit hu

militatis bndccoem Unde ipa p valle illam
figurata fuit de qua ij° paralipomenon xx° dicitur
Vocauerunt locum illum valle bndccois. Di
omis humilis est quedam vallis iuxta
illud psalmiste. Omnis vallis exaltabitur. quanto
magis vallis maria que fuit humilima psimi
dicit Quid miri si ipa fuit vallis vallium
que fuit humilis humilium O quis sic val
lis benedicta bndccoibus est exaltata
p humilitate sua. tam profunda. tam stabi
lita grata. Unde btus augustinus ait O
... bndicta humilitas marie que deum homibus
peperit vitam mortalibus edidit. celos
innouauit. mundum purificauit. paradisum
aperuit. et hominum aias ab inferis libe
rauit. Vallis quanto humilior. tanto re
ceptibilior est aquarum. sic eciam maria
gratiarum Vallis aut irrigationes aquarum
recipit. quoq a superiori quoq ab inferiori
A superiori quidem p pluuias defluentes
de monte superiori. ab inferiori vero p
aquas effluentes de fonte. Similiter
humilis maria q° de superiori et inferiori
q° de monte. q° de fonte irrigata est.
id est de diuina et humana filii sui natura
tanta gratiarum bndccoe est infusa. Hec
utiq est bndictio de qua legitur iudicum
j° q° cum axa dixit patri suo. Da michi
bndccoem. dedit ei pater suus irriguum
superius et inferius Axa marie typum
gerit. que irrigua a celesti patre bene
dccoem suscepit. dedit enim ei pater
suus irriguum superius in typo diuinitate.
inferius vero in typo humilitate. Item
superius in mente. inferius in ventre. Item
superius in caritate dei. inferius in caritate
proximi Item superius in contemplatione. infe
rius in actione. ... pater eius

celestis benedictione dedit et ineffa-
bilis virginis. Dignus in celis. infernis
in terris. in celis benediccionem glorie.
in terris non benediccionem gracie possidens.
benedicta est tam in celo quam in terra. Propter
quod beatus bernardus inmenus dicit. Memento
maria quod sponsus maledictum protulit crucis
in terris. qui te suam matrem benedixit
in celis. Hec et in terris ab angelo be-
nedicta. et a cunctis fere generacionibus multo
benedicta predicatur. Secundo sciendum media
in quo benedicta est maria per caritate commen-
dabilis. Illi enim qui sunt iuncti per vera
fide et per vera caritate sunt a deo bene-
dicti. in cuius figura dicitur. iii. regum. viii.
Convertit rex faciem suam et benedixit
omni ecclesie israel id est congregacioni fi-
delium per veram fidem et caritatem unitorum.
E contrario vero invidi maledicti sunt eo quod
invidi maledicti sunt sicut de invido cayn
dicitur gen quarto. Maledictus eris super
terram que aperuit os suum et suscepit san-
guinem fratris tui de manu tua. Contra
hanc invidie maledictionem maria opti-
nuit caritatis benedictionem. Unde ipsa per
saram signari potest. de qua dominus dixit. gen
xvii. Benedicta est et ex illa dabo tibi
filium cui benedicturus sum. Sara interpretatur
carbo. Hoc bene marie congruit quia tamquam
carbo ardore caritatis ignita fuit. propter
quod etiam ipsa bene per rubum ardentem signa-
tur. per quam fidelium cunctorum benedictio gracie
ministratur. Unde deut. xxxiii. dicitur.
Benedictio illius qui apparuit in rubo.
veniat super caput ~~tectis~~ ioseph. Joseph
interpretatur augmentum et significat quemlibet fidelem
divina graciam auctum. Benedictus rubus
et benedictus qui per incarnacionem appa-

ruit in rubo per quem venit super caput
fidelium venit benedictio. Et o vere
benedictus carbo. et benedicta flamma
producens. benedicta maria et benedictum
filium gignens ex illa inquit dominus dabo
tibi filium cui benedicturus sum. Pensa
ergo quanta maria caritate ad deum ha-
buit. cum deus filius eius sit corporaliter.
Pensa et quantam ad proximum caritatem
habuit cum omnis bonus proximus filius eius
spiritualiter sit. Boni autem filii eius sunt
quia et fratres filii eius sunt. Et ideo be-
nedicta benedicta matre dicit anselmus.
O benedicta et exaltata non tibi soli
sed et nobis. Quia magnum est quod admi-
rabile est quod video per te evenire nobis.
quod video gaudeo. quod gaudeo dicere
non audeo. Si enim tu dicta es mater
dei. namque et alii filii tui sunt fratres dei.
Tercio sciendum quia maria sit
benedicta per lenitatem et mansuetudinem commen-
danda. Iracundi enim maledicti sunt sicut
scriptum est. Gen xlix. Maledictus furor
eorum quia pertinax. et indignacio eorum quia
dura. contrario vero mansueti sunt be-
nedicti. In figura huius ysaac benedixit
jacob qui erat homo lenis. et iacob be-
nedixit ioseph. ps. Dominus benedicet populo
suo in pace. Contra maledictionem iracun-
dorum optinuit maria benedictionem mansue-
torum. cuius revera mansuetudo tanta
fuit quod non solum propria ira caruit. sed
etiam iram dei ad mansuetudinem convertit.
Unde et ipsa bene per illa abigail signatur
cui david dixit. i. regum. xxv. Benedictum
eloquium tuum. et benedicta tu. que prohibuisti
me ne irem hodie ad sanguinem et ul-
ciscerer me manu mea. propterea et man-
suetorum mansuetis ubis frangere ira

offensorum. Iuxta illud prouerbiorum xv°. Respon
sio mollis frangit iram. mansueta abiga
il mansuetam mariam signat. Ut nosse
quam mansueta fuit maria. audi beatum ber
nardum loquentem. Nichil austerum
in euangelicis hystoriis nichil terribile. et si
quid forte mihi paruum. et si quid durum. si
quid denique signum tenuius indignacionis oc
currerit in maria. de cetero suspectam ha
beas et accedere uerearis. quam si plenam
inuenies omnis pietatis et gracie. plene man
suetudinis et misericordie. quare ad eam
properate. gracias age illi qui talem mediatricem
dedit tibi benigna misericordia prouidens
in quo nichil possit esse suspectum. David
typum signat qui per mansuetissimam mariam
mansuescit et placatur. ne scilicet de peccato
per mortem eterna ulciscatur. Omnis gratia aura
morti eterne obnoxia anhelare non ces
set ad tantam marie mansuetudinem. propter
qua ipsa merito est benedicta. Dicitur ergo de
spe morituris dicit cum anselmo di
cente sic. O tu benedicta super mulieres
que angelos uincis puritate. sanctos
superas pietate. anhelat moribundus
spiritus meus ad tante benignitatis res
pectum. sed erubescit ad tanti nitoris
aspectum. Certo audiamus breuiter
quo benedicta sit maria propter strenuitatem
contra acediam. Accidiosi enim maledicti
sunt qui opera dei strenue et fideliter
non agunt. Unde dicitur ieremie xlviij°. ma
ledictus qui facit opus dei fraudulenter
et negligenter. Econtra uero strenui sunt
benedicti. Genesis xiiij°. dicitur de abra
ham post uictoriam benedixit ei melchise
dech. deuteronomii xvj°. Benedicet tibi dominus
deus tuus in cunctis frugibus tuis. et

in omni opere manuum tuarum. Iob. in operibus
manuum eius benedixisti. Contra maledictos
accidiosorum optinuit maria benedictionem
strenuorum. ipsa namque signata est per
illam quae iahel que clauo sisaram interfecit
propter quod iudicum iiij°. dicitur. benedicta
inter mulieres iahel. Iahel interpretatur ascen
dens quod bene conuenit marie que non sicut
accidiosa descendit. sed strenue de uir
tute in uirtutem de inferioribus ad su
periora semper ascendit. Iuxta illud canticorum
Que est ista que ascendit per desertum etc.
Ista benedicta iahel quod fecit. Certe clauo
gubernaculi sisaram interfecit. Per sisaram
~~exclusus~~ exclusio gaudii interpretatur. et
bene dyabolum signat qui a gaudio celesti
exclusus. et alios excludere festinat.
Primo sicut omnes nos exclusit per matrem
humani generis cuius exclusionis maledic
tio exclusa est per benedictam matrem saluatoris.
toris. Unde beatus. uenerabilis presbiter
beda ait. Benedicta inter mulieres per cuius
partum uirginem a natiuis mulierum male
dictio prime matris exclusa est. Sed quid
per clauum significatur quo caput sisare
perforatur. Quid est clauus iste nisi ri
gor discipline. Quid enim est rigor
discipline accidiosis nisi quidam clauus
in oculis. Rigor utique discipline clauus
est dyabolum acerrime pungens. Cla
uus est dyabolum rigidissime confingens.
Benedicta itaque iahel caput sisare clauo
interficiente confixit. Benedicta maria
uirtute scilicet. rigore discipline in
se exterminat. Benedicta ergo inter mulieres
iahel. Benedicta inter mulieres maria. inter
quas mulieres audi beatum qui ait. Nay

solum benedicta tu in mulieribus. Sed inter mulieres benedictus maior benedictione specialiter insignivit. ¶ Secundo audiamus quomodo benedicta sit maria pro liberalitate contra avaritiam. Avari enim maledicti sunt. ii Petri ii. cor exercitatum avaritie habentes maledictionis filii etc. Econtrario vero liberales sunt benedicti quibus in die iudicii dicetur. Venite benedicti patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim: et dedistis mihi manducare Sitivi: et cetera. Item qui abscondit frumenta maledicetur in populis. Benedictio autem super caput vendentium. Proverbiorum xxvii. Cum primus est ad manum benedicetur. Proverbiorum xxxi. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. Contra hanc maledictionem avarorum optinuit maria benedictionem liberalium. Ipsa namque tamquam vena fontana semper fuit effluens semper larga. et ideo nomine benedictum iuxta illud Proverbiorum etc. Sit vena tua benedicta. In temporalibus vena ista benedicta plusquam larga fuit quia large et perfecte omnia contempsit. Unde secundum expositionem haymonis beata dei genitrix lunam sub pedibus habuit quia cuncta temporalia despexit. O quante gratie per hanc venam ad homines defluxerunt. Sic igitur o certa vena tua benedicta. per quam tanta affluxit bona. Vere vena nobilis. vena spiritu sancto plena. vena fontis vite. vena salutis nostre est maria. Per hanc namque venam fons vite ad nos venit et per hanc ad fontem vite usque equam etiam nos venimus et ideo vere est

benedicta. Unde bernardus super Per te accessum habemus ad filium o benedicta inventrix gratie. genitrix vite. mater salutis adiuva nos. ut per te suscipiat nos qui per te datus est nobis. ¶ Tercio audiamus quomodo benedicta sit maria. pro sobrietate contra gulam. Gulosi namque maledicti sunt sicut patet in gula primorum parentum. pro qua et ipsi et totum genus humanum maledictionem meruerunt. Econtrario vero sobrii sunt benedicti. Matthei v. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Item beati qui nunc esuritis. quia saturabimini. Contra hanc maledictionem gulosorum maria optinuit benedictionem sobriorum. Meruit enim contra maledictionem gule in paradiso materiali habundantius benedictiones repperire in paradiso spirituali. Iuxta illud Ecclesiastici xl. Gratia quasi paradisus in benedictionibus. Tantam gratiarum copiam in maria habundavit ut etiam ipsa gratiosa virgo paradisus quodammodo dici possit. Hec autem gratiosissima virgo maria fuit quasi paradisus in benedictionibus. Sicut enim in paradiso materiali gula eve meruit maledictiones penarum. sic in paradiso spirituali temperantia marie meruit benedictionem graciarum. Unde augustinus super Maledictio eve in benedictionem mutatur marie. Sicut autem gula eve non solum in anima sed etiam in corpore. non solum maledictionem spiritualem sed etiam corporalem meruit. sic temperantia marie non solum benedictionem in anima sed etiam in corpore. non solum benedictionem spiritualem sed etiam corporalem optinuit. Maledictio enim eve gulose fuit parere in dolore. benedictio

virginitate marie tempestive fuit / peperit sine
dolore · teste beato bernardo qui ait · Bene
dicta tu in mulieribus que illa generale ma
ledictionem evasisti qua dictum est in do
lore paries filios et immunis illa que
scriptum est maledicta sterilis in israel.
Hanc singulare consecuta es benedic
tione. ut nec sterilis maneas · nec
cum dolore parias ¶ Tercio mediam
tenuit qua benedicta est maria pro castitate
contra luxuriam. luxuriosi namque male
dicti sunt / sicut deutero. xxvii. scribitur dicitur
maledictus qui dormierit cum uxore
patris sui · et dicit omnis populus amen ·
Econtra vero continentes sunt benedicti
mathei · Beati mundo corde · Contra hanc
incontinentie maledictionem · maria meruit
continentie benedictionem sicut scriptum est
Judith xv°. Ubi dicitur benedixerunt illam omnes
una voce dicentes Tu gloria ierusalem
tu leticia israel · tu honorificencia populi
mei quia fecisti viriliter et confortatum
est cor tuum · eo quod castitatem amave
ris · et post virum tuum alterum nescieris
Ideo manus domini confortavit te et eris
benedicta in eternum In hac castae viduitatis
benedictione per benedictionem maxime non solum sig
nificatur sed etiam pro locum a minori probatur.
Si enim sic benedicta est vidua casta
quantomagis virgo casta. maxime talis virgo
que et deum peperit et tamen sic deum pariens
meruit quod virginitatem non amisit · propter
quod bene beda dicit · Benedicta est
incomparabiliter que et divine generationis
gloriam suscepit / et coronam integritatis
servavit / ¶ Notandum autem est quod in
scriptura invenimus · benedicta coniugata ·
benedicta vidua · benedicta virgine ·
Benedicta coniugata fuit sara de qua
dicitur thobie ix°. Dicatur benedicta uxor
tua. Benedicta autem vidua fuit
iudith sicut ostensum est supra De vi
dua quod benedicta in ps. dicitur · Viduam eius
benedicens benedicam. Benedicta virgo fuit
virgo maria teste angelo qui dixit / Bene
dicta tu in mulieribus Benedicta ergo que
coniugale · benedicta magis que viduale benedi
dicta maxime que virginale amaverit
castitatem Benedicta est que cum sara et
susanna fuit casta coniugalis Benedicta
magis que cum iudith et anna fuit casta
vidualis · Benedicta maxime que cum maria
fuit casta virginalis propter quod bene
augustinus dicit / Bonum susanne coniugalis
castitatem laudamus · sed tamen ei bonum
anne vidue · ac multomagis virginis
marie anteponimus · Vere dignum et
iustum est hoc Sic dignum est ut bene
dicta sit que cum viro suo virum alterum
non novit · et si iustum est / ut magis
benedicta sit · que nec cum viro · nec post vi
rum suum alterum novit / Dignum et iustum
est ut maxime benedicta sit / que nec
sum nec alterum virum novit · et tamen
virum immensum concepit / Ideo quod bene
angelus proclamans ait / O feta super
feminas benedicta · que virum omnino non novit
et virum suo utero circumdedit Quar
tum tenuit benedicta pro humilitate · benedicta pro
caritate · benedicta pro plenitate · benedicta
pro strenuitate · benedicta pro liberalitate ·
benedicta pro sobrietate · benedicta pro castita
te maria invicta fuit · quod humilitate ex
cellentissima · caritate opulentissima

sanitate patientissima. strenuitate
fervetissima. largitate affluentis
sima. sobrietate abstinentissima. vir
ginitate continentissima. ¶ Ergo que
tu tam multipliciter benedicta. tu tam felix
es super benedicta maria. oramus ut per
tuam benedictionem nos miseros absol
utos ab omni maledictione dignos red
das divina benedictione. Per dominum nostrum ihesum
christum filium tuum. qui cum patre vivit et
regnat in unitate spiritus sancti deus per
omnia secula seculorum amen.

Benedictus fructus ven
tris tui. Ostensum est
supra quo maria propter purissi
ma vite innocencia merito
per angelum salutatur. quo propter copiosissima
gracie affluencia. merito gratia plena (nomi)
natur. quo propter familiarissima dei
presencia. dominus tecum secum insinuatur. quo
propter dignissima persone sue reveren
cia merito benedicta in mulieribus nuncupatur.
Ostendendum est nunc quo propter utilis
sima prolis sue excellencia merito bene
dictus fructus ventris sui clamatur.
Benedictus ergo fructus ventris tui. O
benedicta mater filii dei. hic est ille
fructus de quo psalmista ait. Dominus dabit
benignitatem et terra nostra dabit fructum
suum. Quod exponens beda dicit. Dedit
dominus benignitatem quia in ingressu vir
ginem sui virginalis uteri replevit
spiritus sancti gratia consecravit. et terra nostra
dedit fructum suum. quia eadem virgo.
que de terra corpus habuit. filium ge
nuit divinitate quidem deo patri coequa
lem. sed sibi carnis veritate consubstan
cialem. ¶ Considerandum namque est quod

fructus iste est. fructus generosissimus.
fructus deliciosissimus. fructus virtuo
sissimus. fructus copiosissimus. Fructus
namque generositate sublimissimus. fructus
delectabilitate desiderabilissimus. fructus
virtuositate utilissimus. fructus copio
sitate universalissimus. ¶ Prima consideratio
fuit qua fructus uteri virginalis ge
nerosissimus sit. Generosus quidem est
quia de utero regali est. Generosior
quia de utero virginali. Generosissimus
certe est quia de utero paternali. de
utero namque patris eternum est. Dico enim
quod generosus est fructus iste. quia de utero
regali. de utero namque regis david pro
ductus sicut sibi deus promiserat in
psalmo dicens. De fructu ventris
tui ponam super sedem tuam. Hoc autem
promissum apostolus impletum esse testatur
dicens ad romanos i°. Qui factus est ei
ex semine david secundum carnem. Et ecce
fructus iste generosus et nobilis est.
non solum propter regem david. sed eciam propter
omnes illos nobiles reges progenitores
suos per quos secundum genealogiam a
matheo descriptam propagatus in mundo
venit. Iuxta illud sapientie viii°. A regalibus
sedibus venit. Ita enim licet fructus
iste generosus sit propter uterum re
galem. generosior tamen propter uterum vir
ginalem de quo dicitur. benedictus fructus
ventris tui. Ventris utique qui secundum
quod in virga aaron signatum fuit. florem
virginitatis simul cum fructu fecunditatis
retinuit. propterea quod ut beatus bernardus
ait pastor ipsius ex mulieris. Sed cum
fecunditatis fructus sic accedit. ut

no decidat flos virginitatis. Ista fructus virginalis nobilitas. sicut mirabilior ita excellentior est quam primum. et plus quam exaltetur celi a terra. O quam mirabilis et mundicia nobilitas. O quam nobilis de virgine nativitas. nobilitas magis augustius fuit nascentis in virginitate parientis. et nobilitas parientis in divinitate nascentis. Tercio sicut fructus iste licet generosus sit propter virum regalem. generosior autem propter virum virginalem. generosissimus tamen est propter virum paternalem. Unde de isto fructu accipi potest illud Osee xiiii°. Ex me fructus tuus inventus est. originale sit tuus. lxx. habemus etc. Dicit quod deus pater ad mariam. dicit ad fidelem animam. dicit ad universalem ecclesiam. ex me fructus tuus inventus est. Tuus o maria ad hunc fructum diligendum electa. tuus o anima ad hunc fructum diligendum illecta. tuus ecclesia ad hunc fructum percipiendum collecta. Tuus inquam tuus. tuus certe corporaliter per assumpta natura. tuus spiritualiter per gratiam. tuus sacramentaliter per eucharistia. tuus eternaliter per gloria. Ex me tamen tuus est. quia de meo vero genitus sicut in psalmo scriptum est. Ex utero ante luciferum genui te. O quam nimis admiranda est nimis quam veneranda nobilitas quod fructus ventris matris est filius patris eterni et sapientia cordis patris. sicut et beatus bernardus de isto fructu scribens ait. Filius o maria eius mater. cuius est deus pater filius patris nec carnis. et corona tue castitatis. Dapni primum ca-

dis est fructus ventris virginalis. Ista quod fructus sinus generosissimi nobilitas prima et secunda infinitum sua dignitate precedit. et omnem intellectum humanum et angelicum sua sublimitate excedit. Ideo quam bene de hoc fructu dicitur Ysaie iiii°. Erit germen domini in magnificentiam et gloriam et fructus terre sublimis in magnificentiam propter regalem. in gloria propter virginalem. sublimis propter eternalem sive paternalem generositatem. Tercium considerantes quod fructus ventris virginalis deliciosissimus sit. deliciosus quidem in odore. deliciosior autem in decore. deliciosissimus vero in sapore. Decore autem fidei. odore spei. sapore caritatis percipimus. Dico enim quod fructus marie deliciosus est suavi odore. Unde de ipso bene potest dicere mater. ecclesiastici xxiiii. Ego quasi vitis fructificavi in suavitate odoris. Fructus vitis. est flos virginalis. quod tamen non mirum est et mirum verum est teste beato augustino. quia de hoc fructu sic ait. De creata creatura omnium creator nascitur. et de vinculo suo flos magnus educitur. Radix omnium de virgulto suo oritur. et vitis vera palmitis sui fructus efficitur. Fructus vitis vinum est. Odor autem vini valde delectabilis est. sic et iste odor christi. odor consolationis. odor promissionis christi valde delectabilis est anime christiane fideli. et ideo sicut odor vini sicientem sic odor christi trahit post ipsum currere et dicente Canticorum primo. Trahe me post te curremus in odore unguentorum tuorum

Certe ergo nos misceri sicut non credimus
sed vir serpentis signum est quod de odore
huius fructus sicut patrum pre primus. Si
si olfactum ipsum haberemus qui huius
fructus odore tam longe ante persen-
sit teste beato bernardo qui sic dicit. huius
odoriferi fructus fragrancia senciebat
qui dicebat Ecce odor filii mei sicut
odor agri pleni cui benedixit dominus.
Iste siquidem fructus iste non solum est delici-
osus odore. sed eciam deliciosior est
specie et decore. de hoc nota quod dicitur
Leuitici xxiij°. sumetis vobis die primo
fructus arboris pulcherrime. Primus
dies autem illuminans est fides. et ergo
fide sumere debemus fructum arboris
pulcherrime. Arbor pulcherrima est
maria. pulchra quidem in foliis oris. pul-
chrior autem in floribus cordis. pulcher-
rima vero in pulcherrimo fructu ventris.
de hoc beatus bernardus infert sic. Si
inquit fructus ille mortis non solum sua-
uis fuit ad vescendum. sed eciam teste
scriptura delectabilis aspectui. quanto magis
huius vitalis fructus vivifici decorem
debemus inquirere in quem desiderant an-
geli prospicere. Pulcher utique fructus
est ipse. quia speciosus forma pre filiis
hominum. Si autem plenius cognoscere vo-
lumus fructus huius pulchritudinem re-
curramus ad ipsam pulcherrimam ar-
borem. requiramus ipsam pulcherrimam
eius matrem et dicamus illud Cantici
v°. Qualis est dilectus tuus ex di-
lecto o pulcherrima mulierum. et
ecce ipsa statim respondebit dicens. Di-
lectus meus candidus et rubicundus
electus ex milibus. Ipse candor
lucis eterne candidus quidem est

diuinitate. rubicundus autem humanitate.
candidus quoque quo ad faciem. rubicundus
passione. Certe quod pulcher fructus
exiterit hoc bene de ipso dicit Augustinus.
Pulcher in celis. pulcher in terris.
pulcher in patre verbum. pulcher in matre
caro et verbum. Hec autem pulcherrima
arbor maria non solum habet pulcherri-
mum fructum ventris. sed eciam pulcher-
rimos habet fructus mentis. de quibus
apostolus ad galathas v°. scribens ait.
Fructus autem spiritus est caritas. gaudium.
pax. paciencia. benignitas. bonitas.
longanimitas. mansuetudo. fides.
modestia. continencia. castitas. Iste
siquidem fructus ille non solum deliciosus
est odore. et deliciosior est decore.
sed eciam deliciosissimus est sapore.
quod bene illa sensit cui capitulum fuit quod
canticorum 2° dicit. Sub umbra illius
quem desideraueram sedi. et fructus eius
dulcis gutturi meo. Quid mirum si
fructus ille dulcis est. cum tam altus
est. dicit enim beatus bernardus. Fructus
quanto alcior. tanto dulcior. quod tu
solus dulcissimus fructus domine ihesu xpe
quia tu solus altissimus. Racio autem pro-
altissimus esse fructus ille cum breuissi-
ma est arbor. quia certe arbor huius
fructus maria et altissima simul est et
breuissima. Altissima dignitate. bre-
uissima humilitate. altissima in oculis
dei. breuissima in oculis suis. Racio
licet hoc modo sit breuis. fructus
tamen eius est valde dulcis. prouerbiorum xxiiij°
dicitur. Breuis in volatilibus est apis.
et initium dulcoris habet fructus eius.
Hic ergo fructus ventris marie in
olfactu. in visu. in gustu deliciosissimus

est. et ideo merito benedictus est sicut
etiam beatus bernardus testatus est dicens
Benedictus fructus ventris tui. vindens
in odore. vindictus in sapore. vindens
in specie et decore. ¶ Tertio vero consi
deramus quia virginalis ventris fructus fuit
virtuosissimus. nam ventus virtuosus est
ad prioratum salvationem. virtuosior
ad salvatorum multiplicationem. virtuo
sissimus ad multiplicatorum conservationem
Dico vero quod fructus iste benedictus vir
tuosus est ad salvandum sive ad salutem.
propter quod etiam fructus salutis dicitur. in
eccli. i. Corona sapientie timor domini. re
plens pacem et salutis fructum. Quod
est quod dicit pacem et fructum fructus
salutis nostre. et pax nostra. ille est qui fecit
utraque unum ihesus christus. et ecce sic
fructum hanc pacem. Timor domini re
plevit. teste ysaia qui dicit et re
plevit eum spiritus timoris domini. Vere
autem dicitur fructus salutis nostre sine qua
nulla salus est nobis nisi illud actuum
iiii. Non est in alio aliquo salus. Unde an
selmus non est vera salus nisi quam tu virgo
peperisti. Tu igitur o maria vere es
arbor salutis que mundo portasti fructum
salutis sicut beatus bernardus proclamans
dicit. O vere celestis planta preciosior
cunctis. sanctior universis. O vere lig
num vite quod solum dignum fuit portare
salutis fructum. Sed heu multi fructum
istum saluiferum sibi faciunt mortife
rum fructum. quia totum mellifluum sibi con
vertunt in absinthium eternum. sicut amos
v. dicitur. Convertisti in amaritudinem iu
dicium et fructum iustitie in absinthium.
¶ Iste vero fructus iste valde est vir

tuosus non solum virtute salvativa. sed
etiam multiplicativa virtuosior. Unde in
bono exponere possumus quod scriptum est. a
fructu frumenti vini et olei sui multipli
cati sunt. ut frumentum ad corpus christi. vi
num ad animam christi. oleum ad divinitatem christi
referamus. fructum quidem frumenti ad sacra
mentum corporis christi. fructum autem vini
ad sacramentum sanguinis. fructum autem olei
ad unguentum spiritus sancti referre possumus.
Ab hoc ergo fructu multiplicati sunt filii
in ecclesia. multiplicata est ecclesia in filiis.
nam omnes filii ventris ecclesie sunt here
ditas et merces fructus ventris marie
sicut in psalmo dicitur. Ecce hereditas domini
filii merces fructus ventris. De hoc
quoque beatus ieronimus ait. Ipse dominus natus
ex virgine factus est fructus ventris
cuius assumpta humanitas hanc accepit
mercedem. ut generes vocaret in filios
sint hereditas eius. ¶ Iste vero fructus
iste benedictus non solum virtute salva
tiva virtuosus est. non solum virtute mul
tiplicativa virtuosior. sed etiam virtute
conservativa virtuosissimus est. Unde
de hoc fructu accipere possumus illud
prover. xi. Fructus iusti lignum vite. Si
cut enim lignum vite quod fuit in medio
paradysi terrestris virtutem habuit con
servandi vitam nature. sic certe fructus
ventris marie qui est lignum vite. et
fructus vite in medio paradysi ecclesie
conservat vitam gratie. et in medio pa
radysi celestis patrie conservat vitam glo
rie. Conservat quidem vitam gratie a cor
ruptione culpe. vitam vero glorie a
corruptione omnis miserie. ut sic re

expiamus in fructu marie quod amisimus
in fructu adam et eve. Dicitur bene
notaverit beda dicens. Benedictus fuit
fructus ventris illius per quem et semen
incorrupcionis et superne hereditatis quod
in adam perdidimus fructu percepimus. Sic
ergo benedictus marie fructus salutem
dando spiritualiter, salvatos multiplica
do universaliter, multiplicatos conserva
do eternaliter virtuosissimus est. Terci
o consideramus tercium quod virginalis ventris
fructus sit copiosissimus. Revera tam
copiosus est quod animam plene potest reficere
tam copiosus quod omnibus potest sufficere.
tam copiosus quod numquam potest deficere. In
primo est copiosus, in secundo copiosior.
In tercio copiosissimus est. Dico tercium
quod fructus iste benedictus tam copiosus est
quod animam racionalem quam totus mundus omnis
quod creaturarum saciare non potest. Fructus iste
ad saturitatem reficere potest. Unde scriptum
est. De fructu operum tuorum domine sacia
bitur terra. Fructus ventris marie est
fructus operum tuorum domine. tuorum
utique tuorum, non operum humanorum
nec mortalium sed tuorum. Tuum enim opus
est tante virginis preparacio. tuum opus
est gabrielis missio. tuum opus est
spiritus sancti supervenio. tuum opus est ubi
et carnis unio. talium operum tuorum
domine est fructus iste quia de talibus operibus
quasi de quibusdam floribus processit fructus
iste. Unde etiam in nazareth quod interpre
tatur flos bene apparuerunt flores
isti dum verbum incarnatur. In nazareth
nutritur xpistus nasciturus, quia in flore
speratur fructus processurus. Terra quam
isto fructu saciatur est anima humana quam

admodum terre semper est germinatura
sive virtutum sive malorum herbarum
id est cogitacionum et desideriorum.
Ipsa namque terra fructu ventris marie
saciatur sicut scriptum est. Saciabor dum
apparuerit gloria tua. Quid mirum
si in gloria sacientur hoc fructu fruen
tes. cum etiam in miseria hoc fructu sa
cientur credentes. Unde cassiodorus
exclamans ait. O fructus ille mirabi
lis qui humanum genus dulcissima re
fectione saciavit. Unde non gustare
peccatum est. Vide ergo quam copiosus est
fructus iste qui animam saciare potest quam
totus mundus saciare non potest. Iste tamen
fructus ille benedictus non solum tam co
piosus est quod insaciabilem animam potest plene
reficere. sed etiam tam copiosus est quod uni
versitati saciandorum potest bene sufficere.
Hic enim est fructus arboris illius glori
ose de qua dicitur Danielis iiii°. Fructus
eius nimius et esca universorum id est
universorum electorum in die iudicii quando
resurgent et sicut pulchre
signatum esse potest. Levitici xxv°. Ubi dicitur
Dabo vobis benediccionem meam anno sexto.
et dabit fructum trium annorum. Annus
sextus etatis sexta. septimus septima
octavus octava signatur. Iste annus sex
tus est annus plenitudinis secundum illud
apostoli ad galathas iiii°. At ubi venit
plenitudo temporis misit deus filium suum
etc. Hic utique annus protulit fructum
filium dei fructum utique tam copiosum
quod per ipsum anno sexto venientem anno
septimo quiescentem anno viii° resur
gentem habemus omnes fructus eternum
maturum qui est deus sufficiens universis

rari cibarium intrum. qui est dominus suffici
ens uniuersitati creaturarum sic autem est
fructus ventris marie. augustino tes
tante qui ait. illa virgo singulari gratia
preuenta est atque repleta. ut ipsum haberet
ventris sui fructum. quem ex initio ha
beret uniuersitas dominum. Iste enim fruc
tus noster benedictus non solum tam co
piosus est quod etiam insaciabilem sit ad
sacietatem reficere. non solum in hoc co
piosior est quod animarum saciandarum sit
uniuersitati sufficere. sed etiam tam copiosis
simus quod animabus saciandis et angelis
nunquam sit deficere. iuxta illud ezechielis
xlvij°. Super non deficiet fructus eius
Omnium copia defectus inopia. deficie
bat quod non sit copia huius fructus meritum
tamen sit copiosissime benedictus meritum.
sit enim bernardus. benedictus fructus ven
tris tui qui est benedictus meritum. Er
go iste benedictus fructus copiosus est
dum ad sacietatem reficit. Copiosior
dum saciandorum uniuersitati sufficit.
Copiosissimus dum saciandis in perpetuum
non deficit. Vides ergo nunc o lector.
vides o auditor quod generosissimus
quod deliciosissimus quod virtuosissimus
quod copiosissimus sit fructus marie bene
dictus. Vides insuper quo sit generosus
ex stirpe regali. generosior ex stirpe
virginali. generosissimus ex stirpe pa
ternali. Vides etiam quo deliciosus sit
odore. deliciosior decore. delicio
sissimus sapore. Vides insuper quo
virtuosus sit ad saluandum. virtuo
sior ad multiplicandum. virtuosissi
mus ad conseruandum. Vides insuper quo

copiosus sit ad sacietatem. copiosior
ad uniuersitatem. copiosissimus ad per
petuitatem. Hec xij° conditiones huius
fructus significari possunt per illos xij°
fructus de quibus apocalipsis xxij° dicitur.
quod ostendit angelus iohanni lignum vite
afferens fructus xij°. Et quia fructus
iste fructus vite. lignum vite ad vitam
omnibus herbis adducitur. ideo mito omnis
homo ad laudandum deum huius fructus
auctorem inducitur. sicut scriptum est Con
fiteantur tibi populi deus confiteantur tibi
populi omnes terra dedit fructum suum. Ora
nunc benedicta mater benedicat huius fructus
fac ut hoc fructu fruamur mereamur per
eundem uerum deum nostrum ihesum christum amen

Benedictus fructus ventris
tui. Postquam euidenter vidi
mus de fructu ventris marie
qualis et quantus sit et
credatur. Videamus modo quorum sit et
quibus debeatur. Fructus namque iste benedictus
non solum est fructus ventris. sed etiam
mentis. Fructus est ventris salus
marie. fructus autem mentis cuiuslibet
fidelis anime. fructus ventris per caritatem.
fructus mentis per fidem. Vnde ambrosius
ait. Et si secundum carnem vna mater est christi
secundum fidem tamen omnium fructus est christus
ut aliquis filius. Omnis enim anima concipit
dei uerbum. immaculata et immunis a vicijs
igitur secundum ambrosium quecumque mens
hunc fructum sibi voluerit adesse debet
a vicijs immunis esse. Christus enim fruc
tus est mentis non viciose sed virtuo
se. non viciose per septem vicia morta
lia. sed virtuose contra vicia capitalia
Fructus ergo iste est fructus huius gra

superbia. fructus amantium contra invidiam.
fructus mitium contra iram. fructus labo
rantium contra acediam. fructus libera
lium contra gulam. fructus continentium contra
luxuriam. ¶ Secundo videamus quomodo
fructus iste benedictus sit humilium contra
superbiam. de hoc enim accipe passum
quod dicitur iiii. regum. xix. Et remittet re
liquum fructus de domo iuda mittet
radicem deorsum. et faciet fructum sur
sum. De domo iuda fuit beata virgo
maria. de domo iuda est quilibet fidel
ctu. illa corporaliter ista spiritualiter. illa
per carnem. ista per fidem. et ideo non solum
maria sed etiam quilibet fidelis anima. vo
lens facere fructum sursum debet ra
dicem mittere deorsum. Radix autem deor
sum mittenda humilitas est quemadmodum
radix semper ad yma tendens est.
Huius benedicte radicis arbor quanto
fuit precior tanto ipsa radix debet
esse profundior iuxta illud eccli. iii.
Quanto magnus es humilia te in omnibus
et coram deo invenies gratiam. alioquin
arbor quanto maior esset tanto citius
vento inflacionis subverteretur. si non mag
na et profunda humilitatis radice fir
maretur. Pensemus ergo quam profunda radix
illius virginis profundata fuit. que sic in
sublime excrevit quod fructum angelis
altiorem ferre meruit. fructum virginis
de quo beatus ambrosius ait. Ipse
fructus ventris est flos radicis de
quo ysaias dicit. Egredietur virga
de radice yesse. et flos de radice
eius ascendet. Quecumque anima hanc
radicem humilitatis deorsum miserit.
ipsa hunc fructum habebit sursum.

sursum inquam alto intellectu. sursum in
alto affectu. sursum in contemplatione. sur
sum in dilectione. Sic ergo iste fructus humilium
benedictus est et ideo maria super omnes
homines fuit hoc fructu dignissima
que super omnes homines fuit humilitate
radicatissima. propter quod bene beatus ber
nardus exclamans dicit. O virgo virga
humilis ad quantam celsitudinem vertice
sanctum erigis usque ad thronum maies
tatis. quia in altum mittis radicem hu
militatis. ¶ Tercio videamus quomodo
fructus iste benedictus sit amantium deum
et proximum contra invidiam. de hoc acci
pe passum illud ps. Ecce hereditas
domini filii merces fructus ventris.
Hoc exponens beatus ambrosius ait.
Hereditas domini filii sunt. qui merces sunt
fructus illius. qui de marie ventre
processit. Multi ergo filii sunt merces
filii virginis. qui est fructus ventris be
nedicti. Sed ubi vel quando hanc mercedem
meruit. meruit eam nascendo.
meruit in presepe iacendo. meruit
cohercione sustinendo. meruit docendo.
meruit opera salutis nostre operando.
meruit moriendo. meruit inquam
xxxiii annis nobis serviendo. et
propter hoc iustissime hanc mercedem
exigit dicens. zacharie xi. Si bonum
est in oculis vestris afferte mercedem
meam. Sed ecce non solum filii sunt merces
fructus ventris. sed etiam ipse fructus
ventris se ipsum est merces cunctis fidelibus
filiis adoptivis. Trium autem sunt filii
isti modi. filiorum est diligere parentes.
et parentes filios. Filii ergo dei et filii
ecclesie sunt quicumque deum et proximum

diligunt. Vnde apostolus ad ephesios v°. Esto-
te imitatores dei sicut filii karissimi et
ambulate in dilectione etc. Et matthei v°
dicitur Diligite inimicos vestros. benefacite
hiis qui oderunt vos et orate pro per-
sequentibus et calumpniantibus vos. ut si-
tis filii patris vestri qui in celis est. Ta-
les ergo filii videlicet amatores dei
et proximi sunt mores huius fructus ben-
dicti. Talium quippe filiorum mores est ipse
fructus benedictus. Hic ergo fructus iste
diligentium est. Et ideo maria super omnes
homines fuit hoc fructu dignissima. quia
super omnes homines fuit caritate affectuo-
sissima. prout quod bene beatus bernardus
sic ait. Quis dubitare poterit omnino
affectione caritatis infusse viscera marie
in quibus ipsa que deus est caritas ix. men-
sibus corporaliter requievit. ¶ Secundo enim
videamus quod fructus marie benedictus
sit pacientium et mitium confortatio. de
hoc accipiamus quod dicitur Job xxii°.
Acquiesce ergo illi et habeto pacem cum
illo. et per hoc habebis fructus optimos.
Acquiesce et pacem habe est pacientem
et mitem. Tales autem sunt qui per
hoc fructus optimos habebunt. Duo autem
optimi fructus sunt. unus virtutis. alter
ventris. Optimus fructus virtutis est
caritas de qua apostolus ait fructus autem
spiritus est caritas etc. qui ibi enumerantur.
alii quidem boni. alii meliores. Sed
primus qui est caritas optimus est per quam
alii omnes sicut ordinantur aut boni sunt.
Optimus autem fructus ventris est ihesus.
Ille namque bonus fructus ventris est iohannes

in ventre sanctificatus est. Ideo quippe bonus est
fructus ventris elizabeth. melior autem
fructus anne. optimus autem fructus ven-
tris marie. Bonus virgis fructus eliza-
beth iohannes. melior fructus anne ma-
ria. Optimus fructus marie ihesus.
Pensa fratre quis sit iste fructus. et
de qua sit terra productus. et videbis quod
est optimus. Audi ergo eos omnium qui ait
fructus iste est virgo de virgine. deus de
ancilla. deus ex homine. filius ex matre
fructus ex terra. O felices qui in omni cas-
tigatione discipline cum ita pacientem
habent et ita pacificum quod ex hoc iustis-
sime consequuntur fructum pacientem.
fructum pacatissimum de quo apostolus ad
hebreos xii° loquitur Omnis quidem disci-
plina in presenti quidem non videtur esse gau-
dii sed meroris. postea autem fructum pa-
catissimum exercitatis per eam reddet
iusticie mercede. Exercitata pacien-
cia humiles fructum optimum referunt
iuxta illud luce viii°. fructum afferunt
in paciencia. Hic ergo fructus iste ben-
dictus pacientium est et mitium. et ideo
maria super omnes homines fuit hoc fructu
dignissima. quia super omnes homines fuit
mitissima. Ita quod nec oculo nec verbo
nec facto remississime impaciencie
signum ostendit virgo pacientissima teste
ambrosio qui ait. Nichil torvum in oculis
marie. nichil in verbis procax. nichil in
actu inverecundum. ¶ Tercio enim vi-
deamus quod fructus marie benedictus sit
exercitantium se et laborantium conforta-
cio. De hoc dicitur sapientie iii°. Bono-
rum laborum gloriosus est fructus. Quae-
ritur ergo fructus iste in exercicio

laboris sicut apis que fructum mellis
fructum magis de quo eccli. xi°. Dicitur
Brevis in volatilibus apis et initium
dulcoris habet fructus eius. Consideran-
dum quomodo apis est de orto ad ortum
de arbore ad arborem de flore ad flo-
rem discurrit pro fructu mellis. Sic et
meditacionibus et desideriis et zelo
imitandi discurre circa exempla iustorum
et marie perfectorum. discurre inquam
de orto ad ortum, id est de statu ad sta-
tum. discurre de arbore ad arborem, id est
de iusto ad iustum, discurre de flore
ad florem id est de virtute ad virtutem.
de exemplo ad exemplum. Discurre
marie super illum florem in quo invenies
totum mellis divini fructum. Super illum
utique florem qui est et flos et fructus
de quo beatus ambrosius ait. Flos ma-
rie christus est qui velut bone arboris
fructus pro nostre processu virtutis nunc
floret nunc fructificat in nobis. labo-
remus fratres karissimi pro hoc fructu quia bono-
rum laborum gloriosus est fructus. Non
ergo quorumcumque laborum sed tantum bonorum
laborum est fructus iste. Non enim est
illorum laborum de quibus dicitur sapiencie iii°
Sapientiam qui abicit et disciplinam infe-
lix est et vacua est spes illorum labo-
res sine fructu. Sic ergo fructus iste
benedictus est exercencium scilicet in bono
contra accidiam. et ideo maria super omnes
habentes hoc fructum fuit dignissima quia
super omnes homines in bono fuit exerci-
tatissima. sicut bene ostendit beda
qui super hoc verbo magnificat anima mea
dominum inducit ipsam sic loquentem totum
animi affectum in agendis graciarum lau-

dibus offero. totum quod vivo quod sen-
cio quod discerno in eius magnitudine
contemplanda. totum in eius preceptis ob-
servandis impendo. Secundo videamus
karissimi quomodo fructus marie fuit liberalium contra
avariciam et marie illorum liberalium
qui pro hoc fructu renunciat omnibus que
sibi iuxta illud canticorum viii°. Vir afferet
pro fructu eius mille argenteos. id est re-
linquendo omnia. dicit glosa interlinearis.
et iterum sic glosa dicit per mille perfectio.
per argentum omnem mundanam intelligit.
Rem ergo omnem mundanam pro christo relinquit.
ipse qui mille ~~argenteos~~ argenteos pro
hoc fructu tradit. Sed certe qui dare
noluerit mille omnia relinquendo. debet
saltem dare aliquid pro hoc fructu pauperibus
subveniendo. ut sit sicut oliva fructi-
fera fructum in me ferendo. Nam nos
sumus in me fructus est summa unica que est
deus. ideo maria que hunc in me fructum
copiosissime tulit. ipsa sicut oliva
fructifera. ipsa quasi oliva speciosa in
campis graciosissime fuit. propter quod
bene iohannes damascenus dicit.
Maria in domo domini plantata et in-
pinguata spiritu ut oliva fructificans
omnis virtutis habitaculum facta est. Sed heu
quam longe ab isto fructu marie et
eterna contrarietatem sunt hic avaro-
rum. de quibus dicitur luce viii°. A sollici-
tudinibus et diviciis et voluptatibus
vite euntes suffocantur et non refe-
runt fructum. Dicit enim eccli. v°. Qui
amat divicias fructum non capiet ex
eis. Sic ergo fructus iste benedictus
liberalium et temporalium contempnencium est.
Et ideo maria super omnes homines fuit

hoc fructu dignissima quia super omnes
homines in contemptu temporalium fuit li
beralissima teste beato bernardo qui ait
Nescio maria honoris in populo quod qui fere
natiui rerum de parua domo habere
potuisset omnia erogauit ecclesie quod sacerdoti
ut christum sacrificet ¶ Tercio vide
amus secundum quod fructus ventris marie
fuit abstinentium contra gulam. et de hoc
vocamus quod dicitur prouerbiorum xviii. De fructu
oris sui homo saciabitur bonis. Fruc
tus marie. fructus oris dici potest non
solum quia oris orare et doctrina. sed quia
etiam oris abstinentia acquiritur. De isto
fructu saciabitur bonis spiritualibus qui pro
isto fructu abstinens est a bonis temporalibus
saciabitur bonis de isto fructu quicumque
esuriunt et sitiunt corporaliter. magis autem
spiritualiter pro isto fructu. Vnde beatus bernar
dus ait. Panis fructus est qui ani
mam esurientem et sitientem iustitiam
et esca et potus est. Beati qui pro hoc
fructu esuriunt in mundo. quia de ipso sa
ciabuntur in celo modo in luce vi. Beati
qui nunc esuriunt quia saturabimini. hic
ergo pro hoc fructu abstinentes ibi erunt
de isto fructu edentes. Vnde ysaie iii.
Dicite iusto quoniam bene. quoniam fructum ad
inuencionum suarum comedet. Sic ergo
fructus iste benedictus est abstinentium
contra gulam. et ideo maria super omnes
homines fuit ~~contra gulam~~ hoc fructu dig
nissima quia super omnes homines fuit contra
gulam temperatissima pariter quod bene
iohannes crisostomus ait Comessatrix
aut vinolenta maria numquam fuit non
leuis. non iocosa non cantatrix nec tur
pium ulterius amatrix. talia enim de inte
periria sequi solent ¶ Quarto secundum
videamus quod fructus ventris marie
fuit continentium contra luxuriam. de hoc enim
dicitur sapientie iii. Felix sterilis et in
coinquinata que nescivit thorum in de
licto. habebit fructum in respectione
animarum sanctarum In respectione itaque pro gra
cia. magis autem in respectione pro gloria.
et certe fructus ventris castissimi.
fructus ventris virginalis multo est fructus
abstinentium specialiter Cum enim per fructum
virginis benedictum benedicuntur omnes fi
deles generaliter multo per ipsum benedic
tur continentes specialiter. per quem est
continentium regina maria benedicta
est pre omnibus singulariter. sicut bene
beatus bernardus declarat dicens. Vere
benedictus fructus ventris tui. in quo
benedicte sunt omnes gentes de cuius ple
nitudine tu quoque accepisti cum ceteris. et
sic differenter tamen a ceteris. Ve luxurio
sis qui nulla sunt parte de fructu vir
ginis. Ve miseris qui nullum habent
ramum qui possit ferre fructum virgi
neum. Vnde de adultera dicitur. ecclesiastici
xxiii. Rami eius non dabunt fructum
Iste igitur fructus benedictus est conti
nentium contra luxuriam. et ideo maria
super omnes homines fuit castissima sicut
bene testatur crisostomus dicens O inesti
mabilis laus marie magis credebat
ioseph castitati eius quam utero eius. et
plus gracie quam nature. possibilius crede
bat esse mulierem sine viro concipere
quam mariam peccare O igitur maria

felicissima que ut tamquam virtuosissima fructu divino fuisti dignissima adiuva nos ut virtutibus ad hunc fructum perficiendi valeamus dominum nostrum Ihesum Christum filium tuum. ~~Amen~~.

Benedictus fructus ventris tui. Videamus de benedicto fructu ventris marie quis et qualis et quantus sit. Videmus quomodo quorsum et quales sunt sic videamus inter ad quos et ad quales effectus necessarius sit. Nam fructus iste contra malum. fructus iste ad bonum necessarius est. Necessarius est quidem propter sex effectus quantum ad malum. necessarius etiam est propter sex effectus ad bonum. Sunt igitur benedicti fructus sui xii effectus valde utiles sive xii utilitates valde nobiles pro quibus multa largitione eiusdem fructus laudant omnes homines iuxta quod scriptum est Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes terra dedit fructum suum. Primus igitur effectus est expiatio culpe mortalis. Secundus pacificatio inimicicie capitalis. Tercius sanatio plage originalis. Quartus relevatio medele mentalis. Quintus cicatricatio ire iudicialis. Sextus elongatio pene gehennalis. Septimus renunciatio substancie temporalis. Octavus locupletatio anime racionalis. Nonus consummatio vite spiritualis. Decimus multiplicatio ecclesie universalis. Undecimus reintegratio ruine emperialis. Duodecimus perpetuatio glorie eternalis.

Primo igitur benedictus fructus marie benedictus est necessarius ad expiationem culpe mortalis. De hoc exponitur quod dicitur ysaie xxvii. Iste omnis fructus ut auferatur peccatum eius. Omnis fructus intelligitur fructus ille de quo beatus bernardus loquens ait In cruce pendet omnis fructus vite quia ipsa est arbor vite in medio paradisi. Omnis igitur fructus et totus fructus totus ihesus christus. Hic fructus ad hoc datus est. ad hoc natus est ad hoc passus est ut auferatur peccatum hominis. Ipse enim sicut angelus inquit mathei i. salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Ipse quoque est de quo iohannes dicit. ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Ipse est agnus. ipse est fructus tollit scilicet peccata mortalia et venialia. ut per hunc fructum purgatus a mortalibus per hunc etiam fructum purgatus fit a venialibus. fructum habundancius ferat. iuxta illud iohannis xv. Omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat.

Secundo benedictus fructus marie benedictus necessarius est ad pacificationem inimicicie capitalis que fuit inter deum et hominem et inter angelum et hominem. Unde ysaie lvii dicitur Creavi fructum labiorum pacem. Pacem sicut dicit apostolus ei qui longe est et qui prope est. Fructus ventris marie potest dici fructus labiorum marie quia cum de labiis suis distillaverunt mellifua verba illa. ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. statim concepit mellifluum fructum suum. Que mellifua labia sicut dicitur canticorum iiii. Favus distillans labia tua sponsa. Horum igitur labiorum fructum ihesum christum deus pater

creavit sive fecit pacem, pacem inquam ei
qui longe est per culpam ut fiat prope per
gratiam. Pacem ei qui prope est per gratiam
ne fiat longe per culpam. Ipse enim est
sicut apostolus ait pax nostra qui fecit
utraque unum. Factus etiam est fructus iste
pax inter hominem qui longe est in mundo
et inter angelum qui prope est in celo. Unde
quia pacificavit in patibulo iuxta illud
ad colossenses ii. Pacificans per sanguinem
crucis eius sive que in celis, sive que in terris
sunt. Itaque fructus ille pax hominis ad
hominem, pax hominis ad angelum, pax hominis
ad deum factus est. Quando merito si per
hunc fructum pacem habemus cum deo,
cum ipse fructus pacificus sit deus et
homo. testatur hoc beda qui ait. Terra
nostra dedit fructum suum quia virgo maria
que de terra corpus habuerat filium ge
nuit divinitate quidem deo patri coe
qualem, sed sibi carnis veritate consub
stantialem. Tercio bonum fructus ma
rie benedictus necessarius est ad curacionem
plage originalis. Tantam enim plagam
primo parentibus plagis homo incidens
in latrones vulneratus est. Id est per origi
nale peccatum tam tenuis ad verum, tam
infirmus ad bonum, tam pronus ad ma
lum factus est. Sed hee plage per
hunc fructum sanantur. In hac quidem
vita in parte sanantur per gratiam, in futura vero
vita in toto sanabuntur per gloriam. Unde
bene legitur apocalipsis xxii quod angelus
ostendit iohanni lignum vite per menses
singulos reddens fructum suum, et
folia ligni ad sanitatem gentium. lignum
vite est mater vite maria, ut lig
num vite est lignum crucis, ut etiam lig

num vite est ipse auctor vite ihesus christus,
qui est et lignum et fructus vite, cuius
folia sanativa sunt verba et documenta
edificativa. Si autem sanativa sunt
folia eius, quanto magis sanativus est ipse
fructus. Ut igitur per hunc fructum sanemur
ad arborem eius accedamus, accedamus
inquam ad matrem orantes cum anselmo qui
orans ait. Exaudi me domine sana animam
mei peccatoris servi tui per virtutem benedicti
fructus ventris tui qui sedet in dextra
omnipotentis patris sui. Quarto bonum
necessarius est fructus marie benedictus
ad relevacionem medie sive famis
mentalis, ne propter defectum nutrimenti
deficiat anima dei. propter quod bene
iohelis ii dicitur. Nolite timere animalia
regionis, quia germinaverunt specio
sa deserti, et lignum attulit fructum
suum. Desertum quod sine cultura ger
minat et profert pastum animalium signifi
care potest mariam, que sine cultura ma
ritali produxit filium, qui est pastus om
nium fidelium. Itaque bene de ipsa dici potest
illud ezechielis xxxvi. Terra illa
inculta facta est ut ortus voluptatis.
Speciosa huius deserti sunt speciosa
germina celestium desideriorum, et spe
ciose herbe operum bonorum, speciosi
flores virtutum et donorum, speciosa
folia verborum uberum. Et certe speciosus
fructus ventris sui qui est pastus om
nium iustorum. Maria igitur est hoc desertum
speciosum. Maria quoque est lignum hoc fruc
tuosum. De quo dicitur et lignum attulit
fructum suum. O quam mirabile fructum
per quem tam fames quam sitis relevatur
animarum, sicut testatur beatus ber-

iucundus dicitur. Bonus fructus qui nutrit
esurientem et sitientem iustitiam et
esca et potus est. Ysaie lv° timete
auxilia dei, nolite timere fideles christi pro
media deficiatis. cum plena pascua
in deserto, plenum fructum in ligno. ple-
num etiam pabulum in presepio habeatis.
Sicut enim beatus gregorius. Statuit recli-
nari in presepio ut fideles omnes velud
sancta animalia carnis sue alimento refi-
ciat. et beatus augustinus ait. O presepe
splendidum in quo non iacuit fenum ani-
malium. sed cibus angelorum inventus est.

¶ Secundo bonum necessarius est fructus marie
benedictus ad curationem nec medicinalis
quia utique certa sit omnis iustus. sicut
fructum quo unum medicus curatur. certum
sit omnis iustus. Unde in psalmo dicitur.
Si utique est fructus iusto. utique est deus
iudicans eos in terra. id est iustos sicut
exponit glosa. Iniustos namque iudi-
cabit deus in terra. Sed in medio iusti
in aere erunt. iniusti vero in terra rema-
nebunt. quare fremens contra deum ad se
serunt. non ut dicere possint adesse sit
in terra venit noster. Unde quasi dicit
sicut utique est fructus suavis iusto.
sic utique erit medicina iniusto. Nam
quia eis qui fructum suum suavissimum
convertunt sibi in medium tamen amaris-
simum. sicut dicitur Amos 6°. Convertisti
in amaritudinem iudicium. et fructum
iustitie in absinthium. Fructus iustitie
fructus iusti fructus est ventris marie
de quo etiam beatus ieronimus ait. Iusti
fructum dedit terra virgo. quia veritas
de terra orta est et iustitia de celo
prospexit. ¶ Tercio bonum necessarius
est fructus marie benedictus ad elon-
gationem sive declinationem pene ge-
hennalis sive mortis eternalis de quo
exponere possumus quod dicitur. iiii regum
xviii°. Transferam vos in terram fructi-
feram et fertilem. terram vini. terram panis.
et olei ac mellis et vivetis et non
moriemini. Intrabunt autem vel in terra
ecclesie transferuntur. qui toto corde ad
ipsam currunt. Hec autem terra valde
est fructifera. ferens fructum panis
et vini olei et mellis dominum nostrum ihesum
christum. Ipse namque est fructus panis
confortans contra defectum. Ipse nobis
est fructus vini acuens ad profectum.
ipse quoque nobis est fructus olei illumi-
nans intellectum. ipse insuper est nobis
fructus mellis dulcorans affectum.
Per ipsum certe fructum vivemus et non
moriemur morte eterna. Benedicta
quoque sit terra huius fructus et benedictus
super omnia sit ipse fructus. per quem a tantis
malis exempti sumus. sicut et bene
declaravit anselmus cum dixit. Quid
digne referam genitrici dei et domini
mei. per cuius fecunditatem captivus sum
redemptus. per cuius partum de morte eter-
na sum exemptus. per cuius prolem per-
ditus sum restitutus. et de exilio mise-
rie in patria beatitudinis reductus. Bene-
dicta in mulieribus. Hec omnia mihi dedit
benedictus fructus ventris tui in rege-
neratione baptismatis mei. Hic igitur
omnibus ab isto fructu alienus. Scriptum
namque est. omnis enim arbor que non facit
fructum bonum exciditur et in ignem
mittetur. ¶ Quarto bonum necessarius
est fructus marie benedictus ad remu

euidentem sine ad contemptum substancie
temporalis. Vnde canticorum viii° dicitur
Vir affert pro fructu illius mille argen
teos. id est singulos omni temporali dicit glosa
interlinearis. vel sicut dicit alia glosa
pro mille perfectio. pro argento uero omne
mundanum accipitur. Vnde qui mille ar
genteos pro hoc fructu dat. quicumque
perfecte omnibus temporalibus propter xpistum renunciat
et non mirum pro hoc fructu omnia tem
poralia fervent vilipendere quicumque quam
preciosus sit iste fructus diligenter at
tendit et dicens illud proverbiorum viii°
Melior est fructus meus auro et lapide
precioso. et genimina mea argento
electo. Vir ergo quicumque est et quicumque
tamen virilis est pro hoc fructu contempne
debet non solum res et divicias. sed etiam
honores et potencias dicens illud iu
dicum ix°. Numquam possum deserere dulce
dinem meam fructusque suavissimos et me
inter cetera ligna promoveri. Sua
vissimi fructus sunt xpistus et eius.
ligna silvarum sicut dicit glosa sunt homines
infructuosi eterno incendio digni
preparati. Igitur quicumque fructus istos sua
vissimos viri viriliter contempnat ho
nores super ligna silvarum periculo
sissimos. viriliter contempnat omnia propter
fructum benedictum super omnia. De quo
beatus bernardus ait. Singulariter be
dictus fructus ventris tui. cum sit super
omnia deus benedictus in secula. ¶ Octa
vum necessarium est fructus benedictus
marie ad locupletacionem sive reple
cionem anime racionalis. Vnde dicitur proverbiorum
xii°. De fructu oris sui unusquisque
replebitur in bonis. Unusquisque istum xpistum

non solum fructum ventris. sed etiam fruc
tum oris non ingrate facientis. quod fructum
oris predicatoris. oris confessionis. oris
oracionis intelligimus. Item sed ore corporali
sumimus sacramentaliter. ore uero menta
li spiritualiter. propter hoc beatus ieronimus ait
flos marie filius est fructus. ut nos
illum comederemus. De isto fructu oris
dei quem semper fideles replebuntur bonis
spiritualium divitiarum. bonis interiorum gra
tiarum et virtutum. De talium bonorum
repletione dicit apostolus ad romanos xv°.
Deus autem spei repleat vos omni
gaudio et pace in credendo. ut habun
detis in spe et virtute spiritus sancti. ¶ O
nonne beata huius fructus plenitudo. quod
non solum repletus est ager huius vir
ginis hunc fructum producentis. sed etiam
saciatus bonus omnibus fidelis hunc fruc
tum continentes. sicut per beatum ieronimum
quem autem. Deinde ager plenus dicitur
quod plena gratia virgo maria pronunciatur.
De cuius uero fructus vite credentibus
processit. et nos omnes de plenitudine
eius accepimus gratiam pro gratia. ¶ Nono
necessarium est fructus marie ad
perfectionem vite spiritualis. Vnde de hoc
perfecto beatus in psalmo dicitur. Et erit tamquam
lignum quod plantatum est secus decur
sus aquarum quod fructum suum dabit in
tempore suo etc. usque prosperabuntur. Quod
intelligere debemus per decursus aquarum
nisi irrigaciones graciarum per quas ho
dat sine perfert fructum suum dominum ihesum
xpistum. Tres autem sunt condiciones
perfectionis vite insinuantur. que honorem hoc
fructu fructiferum commendatur. perfectorum

miqz est tempus suum non negligere. ppter
quod bene dicitur. fructum suum dabit in tem
pore suo. Preterea quoniam est nobis in u
tilibus non defluere. ppter quod bene ad
ditur. et folium eius non defluet. Prefer
terea quoniam et quod suum prosperum sit non
omittere. ppter quod bene ingeritur. omnia que
cumque faciet semper prosperabuntur. vel
certe ea que sunt fructum per caritatem
talibus omnia prosperabuntur quia sibi omnia
cooperantur in bonum. sicut scriptum est
ad romanos viii°. Scimus quoniam diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum etc. Videtis
vir qui ita prestare valeat fructum istum.
ut tempus sibi non transeat infructuosum
ut verbum sibi non defluat ociosum. ut
opus suum non pereat virtuosum. ut omnia
cooperentur sibi in bonum. siquis sit tam
lignum fructuosum spiritualiter quadmodum
maria fuit eciam corporaliter de qua beatus
bernardus ait. O vere lignum vite quod so
lum fuit dignum portare salutis fructum.
Sermo kalendas necesse est fructus
minime laudat ad multiplicacionem
ecclesie vniuersalis. Unde dicitur. psalmus xxx.
De fructu manuum suarum plantauit
vineam. Dominus iste xpistus sicut ventris fructus
ventris dicitur quia venite concepit. Et sicut ven
fructus oris dicitur quia ore sumitur. ita ven
fructus manuum dicitur quia manibus bonorum
operum acquiritur. manibus quoque sacerdotalibus
ministratur. Unde fructus iste plenissime
est fructus manuum. fructus certe ventris
eius est. quia de ventre eius singularissime
natus est. fructus eius oris eius. quia ore
eius dulcissime gratus est. fructus quoque

manuum eius est. quia manibus eius de
notissime acceptatus est. De isto
vinea fructu manuum mala. vel primitiua
ecclesia sicut exponit glosa plantauit
vineam idest ecclesiam vniuersalem per orbem
diffusam. In quo palmites huius vi
nee videlicet ecclesie per hunc fructum
multiplicati sunt. Unde doctores ecclesie
in cordibus fidelium eundem fructum spiritua
liter visu fecerunt. Hinc vero dicitur in
psalmo. Seminauerunt frumentum et vindemiauer
unt et multiplicati sunt nimis. et quia
ecclesia de omnibus generacionibus est per hunc
fructum multiplicata. ideo virgo huius fruc
tus producens merito ab omnibus generacionibus
predicatur beata. propter quod bene ipsa ait.
ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generaciones. de quibus verbis loquens bernardus
inducit mariam loquentem sic. ecce in
video quod futurum est in me. quod pro
dest de me. quoniam et quanta bona non
modo soli. sed omnibus generacionibus prouenient
per me. Sermo kalendas necesse est fructus
maior ad restauracionem ruine empi
rialis. ruine inquam facte in celo empi
reo. De hoc notare possumus quod dominus
de medulla cedri plantare volens
dixit ezechielis xvii°. In monte
sublimi israel plantabo illud. et erum
pet in germine et faciet fructum.
Mons sublimis est sublimis illa man
sio. sublimis illa societas angelorum
que vere mons israel dicitur quia israel vi
sio dei interpretatur. et certe angeli semper
sunt in visione dei testante eo ipsum
ait in ewangelio marthi. angeli eorum

in celis semper vident faciem patris mei
qui in celis est. In isto sublimi mon
te in ista sublimi angelorum societate
deus plantavit illud quod de massa per
dicionis elegit. plantavit inquam medullitus
gratie spiritualis. id est omnes electos dei.
quorum quidam in re. quidam in spe plantati
sunt in angelico monte. O vere
super omnia diligendus fructus. propter
quem tam sublimiter plantatur omnis electus.
Videmus hunc fructum dominum nostrum ihesum cristum
portio possimus et debemus. propter quod iam
inter angelos plantati sumus. Hinc etiam
fructum suum gratias agamus. cum gratia angelo
rum ruinas reintegramus. Unde huius
fructus mater maria benedicta patri gloriam et
dicit vbi illa quam beatus bernardus qui de ore
mariae loquens ait angelorum generatio
diminuta per meum genitum reintegrabitur
et hominum generatio in adam maledicta per bene
dictum fructum ventris mei ad eternam vi
tam regenerabitur. Quinto beatus noster
est fructus mariae ad perpetuitatem glorie
eternalis quia eterna non esset nisi per hunc fruc
tum conservaretur. Unde dicitur prouerbiorum xi°. fructus
iusti lignum vite. quod sicut lignum vite
fuit ad conseruandam vitam naturalem in
medio paradisi terrestris. sic ihesus est
in medio paradisi celestis ad conseruandam
vitam eternalem. Hec igitur tanta bona
que per benedictum marie fructum consequimur.
Benedictus ille angelus vero conditur cum
dixit. Hec tanta bona per benedictum fructum
benedicti ventris benedicte marie promeruit
Ave quia etiam venit quo fructus marie bene
dictus noster omnis est. Prima ad expi
anda culpa mortale. Secunda ad paci
ficanda inimicitia capitale. Tertia ad sa

nanda plagam originale. Quarto ad re
leuanda media mentale. Quinto ad
euitanda iram iudiciale. Sexto ad de
clinanda pena gehennale. Septimo
ad conpunenda substancia temporale. Octavo
ad locupletanda animam rationale. Nono
ad consummanda vitam spirituale. Decimo
ad multiplicanda ciuium hierusalem
Undecimo ad reparanda ruina empireale
Duodecimo ad conseruanda gloria eternale
Et ecce hii duodecim effectus siue vir
tutes huius fructus signari possunt per duo
decim fructus ligni vite. quos omnes habemus
in fructu ventris marie. De quibus duo
decim fructibus legitur apocalypsis xxii°.
ubi dicitur quod angelus ostendit iohanni
lignum vite afferens fructus duodecim
Domina ergo nos o benedicta in mulieribus
ut per benedictum fructum ventris tui be
dictum horum duodecim fructuum consequi
mur. Domina o virgo fructifera ut
per fructum tuum hiis fructibus ita fructuo
si efficiamur. ut per istos fructus fructu tuo
frui perpetuo mereamur. Domina o dul
cissima ut sine fine nobis concedat dul
cedine sua frui ille liberalissimus commu
nicator fructus benedictus fructus ventris
tui. qui cum patre et spiritu sancto viuit et
regnat deus per omnia secula seculorum
Amen.

Explicit exposicio super salutacione
angelica Anno domini millesimo
quadringentesimo decimo quinto 1415
per manus henrici Custodis eclesie
prochialis in Campen Deo gratias
Orate pro eo

Funiculus triplex diffi-
cile rumpitur. Funiculus iste
quo a fine trahimur ad ce-
lum est fides spes cari-
tas. De quibus est principa-
liter procedendum. De fide
quidem primo quatuor consideranda occurrunt. videlicet
eius indigencia. eius efficacia. et eius
permanencia et eius sufficiencia. In-
digencia quidem fidei ostenditur quantum ad
quatuor. Primum est mediacio matrimonii
spiritualis. Secundum est illuminacio virtutis
intellectualis. Tercium est perfeccio desiderii
naturalis. Quartum est directio affectus
racionalis. Primum quidem est mediacio ma-
trimonii spiritualis. Nam per fidem anima sponsa
fit Christi quo ad matrimonium. Unde Ieronimus super
illud Osee: Desponsabo te mihi in fide. Et
unde est quod homo baptizandus fidem ac-
cipit. cum dicitur ei: Credis in deum etc. Et sta-
tim dicitur in ewangelio: Qui crediderit et bap-
tizatus fuerit salvus erit. Unde sciendum quod nullum opus
bonum acceptum est deo sine fide. Unde
illud ad Hebreos: Sine fide impossibile est pla-
cere deo. Ipsa enim fides est velud anulus
cum quo positus in digito sponse. Unde
anima sponsa fide nascitur ex sponso Christi.
Secundum est illuminacio virtutis intellectua-
lis. Nam intellectus non potest ad ea attingere
que supra naturam nisi per fidem. Unde apostolus: Fides
est substancia rerum sperandarum argumentum non
apparencium. Unde Augustinus: Fides est credere
quod non videtur. Et ideo dyabolus studet hanc
fidem removere a cordibus fidelium ne vi-
deat quo ducitur. Unde dicitur super [illegible] iumentis
prium qui operiuntur oculi alias non circuirent
ad molendinum aliquin non ambularet
in circuitu mole. Dicit dyabolus. Si aperiuntur
oculi mei tunc in omne peccatum humiliare
hominem. Unde Iudicum xvi. Sampson eruitis
oculis ad molam circuire. Unde Regum xi.
In hoc feriam vobiscum fedus. ut eruam omnium
vestrum oculos dextros. cuius misterio causa
quod dextris oculis erutis et apparentibus semper
sinistrum quod inutiles fierent ad pugnam.
Tercium est perfeccio desiderii naturalis. Unde sap.
Omnes homines naturaliter scire desiderant. Hoc
scire non potest per studium pervenire ad sciendum
hominem que fides docet. Ipsa enim docet
quod unus est deus qui est remunerator bonorum
et malorum punitor. Docet eciam quod una est
vita in qua nulla est pena nec indigencia
quibus scilicet unus ad bonum et vivimus mala.
Unde Abacuc: Iustus ex fide vivit. De scientia
enim nullus philosophorum ante adventum Christi sciunt
nec cum toto conatu suo potuit tamen sciebant
quantum post adventum Christi sciunt una vetula
et idiota dicta. Repleta est terra sciencia dei et hoc
signum est manifesto intellectum quod ea que sunt
manifestissima nature non possunt inspicere. Sicut
nec oculos noctue lucem solis. ut dicit
in ii^o methaphisice. Aliud signum est quod nullus
philosophus potuit perfecte invenire nec investi-
gare naturam unius musce etc. Unde legitur — ar͞m
quod quidam philosophus fuit xxx annis in solitudine
ut quereret naturam apis. Quartum est
directio affectus racionalis. Affectus enim
hominis non redditur in bonum nisi quatenus bonum
dirigitur. Sed hoc queritur per fidem que illuminat in-
tellectum et dirigit affectum et respicit
ipsum deum. Huius exemplum habemus in aquila. — Ab
Legitur enim quod natura aquile est quod pullos
suos dirigit versus solem et illos qui re-
spexerint luminibus totis solis respiciunt
nutriunt ut proprios. alios vero qui respicere
non possunt abiciunt sicut adulteros. Et sunt
sine medio illi sunt veri filii dei qui per
fidem ipsum deum in sua claritate respiciunt
Alii vero qui ipsum respicere non possunt abicit

abicitur. Et sic patet eius indigencia.
Tercio querendum est de eius efficacia
Est enim fides efficacia illuminandi. Ista
enim virtute restituitur visus cecis.
Unde mat. 9. Secundum fidem vestram fiat vobis. Domine ut
videam. Huius exemplum habemus de dyonisio
ariopagita. de quo legitur quod cum dispu-
taret cum paulo. pertransiit cecus per ma-
num eius. et statim ait dyonisius paulo
Si dixeris huic ceco In nomine dei mei
vide. et videat. ego credo statim. Sine
dicas verbis magicis. Ego prescribam tibi
formam verborum. dices ei In nomine ihesu christi
nati de virgine crucifixi mortui. qui
resurrexit et ascendit in celum. vide.
Unde dixit paulus ad hoc quod omnis suspicio
tollatur. Volo ut tu ipse eadem verba pro-
feras. et in eadem forma. et dixit dyo-
nisius ceco. ut videret et statim vidit. et
confessus est dyonisius se credere. Item est
efficacia triumphandi quia est scutum tri-
angulare quo clauditur nos iniuria dei
Unde apostolus ad hebreos In omnibus sumentes
scutum fidei. Unitas scuti significat unitatem
deitatis divine. Tres anguli scuti significant
trinitatem personarum vel aliter. Unus angulus est
fides de penis eternis. Alius angulus
de bonis eternis. Tercius est fides christi
mediatoris. Unde fides ostendit homini quod
sibi imponitur spirituali ex una parte regnum celorum
paratum si vincit. Ex alia parte patibulum
infernale si victi fuerint. Ideo fides
est tam strenua pugnandi et vincendi
Unde exemplum de militibus alexandri. Videns
enim princeps milicie eos timere ad bel-
lum videns exercitum contrarium magnum
et fortem. dixit comedamus quia hic sero
cenabimus in inferno. et sic animati ne illuc

irent pugnaverunt et vicerunt. Unde ber-
nardus. Certum est quod non aptamus et per medios en-
ses. si oportet declarare tantam miseriam.
et ad tantam accelerare gloriam nisi quod mortua
est fides nostra. Hec est victoria que vincit
mundum. hec est que vincit delicias. divicias.
honorificencias. Unde apostolus ad hebreos fide moy-
ses grandis factus. negavit se esse
filium filie pharaonis. Ecce contemptus
honoris. magis eligens affligi cum populo dei
quam temporalis peccati habere iocunditatem. Ecce
contemptus deliciarum maiores delicias ex-
istimans thesauro egipciorum improperium christi
Ecce contemptus diviciarum aspiciebat enim
in remuneracionem. Item est efficacia trans-
ferendi Unde luce. 17. Et si habueritis
fidem sicut granum sinapis dicatis monti
huic transi hinc et transibit. Ista sic dicit
domus. Fideli impossibile est credenti. Huius
exemplum habemus in alexandro de quo legitur.
quod cum venisset ad montes caspios et petisset
filios captivatos et etiam licenciam egre-
diendi ab eo. ipse cognita causa inclusionis
eorum. quia scilicet a deo israel re-
cesserant. vitulis aureis immolando. precepit quod arte
includeret eos. Cumque angustiis viis
eorum obstruere vellet. videns laborem suum
non sufficere oravit deum israel. ut opus
id compleret. et accesserunt ad se invicem
prerupta montis et factus est locus inhabitabilis.
et ut ait Iosephus. Deus quod facturus est
pro fidelibus suis. si tantum fecit pro infidelibus
Item est efficacia adoptandi quia hominem
filium dei efficit. Unde ad galatas. 3. Omnes
filii dei estis per fidem in christo. et iohannes 1. Pe-
dit eis potestatem filios dei fieri hiis qui cre-
dunt in nomine eius. Crisostomus de fide ad
petrum. Sine fide nullus pervenit ad filiacionem dei

minime procedit; et patet eius efficacia.
Tercio queritur de eius permanencia. Circa quod
notandum est quod fides est usque ad mortem
necessaria. Nam in patria non est fides sed visio cla-
ra et immediata, que quidem visio differt
a fide sicut videre hominem in facie vel vide-
re eius faciem in speculo. Prima est quidem visio
clara qualis erit visio patrie quia tunc vi-
debimus eum sicut est. Secunda visio dei est enig-
matica. Unde apostolus: Videmus nunc per specu-
lum in enigmate. Per fidem enim ambulamus
et non per speciem. Sed ubi venit apparens fa-
ciei non erit necessaria cognicio fidei. De
Articulis in communi. Circa
quartum est de fidei sufficiencia. Continet
enim duodecim articulos qui xii gradus
ex quibus spiritualis scala componitur per quam
ad deum ascenditur. Hec est scala quam vidit
Jacob Genesis xxviii: Vidit Jacob scalam cuius
cacumine tangebat celum. Hanc scalam
1m illi proprii artifices construxerunt. Pri-
mum gradum posuit beatus petrus dicens
Credo in unum deum patrem omnipotentem
2m creatorem celi et terre. Secundum gradum po-
suit beatus iohannes ewangelista dicens: Et in Ihesum
3m xpm filium eius unicum dominum nostrum. Tercium
posuit Jacobus zebedei dicens: Qui conceptus
est de spiritu sancto natus ex maria virgine.
4m Quartum posuit beatus Andreas dicens: Passus
sub poncio pilato crucifixus mortuus
5m et sepultus. Quintum posuit beatus thomas
6m dicens: Descendit ad inferos. Sextum posuit
sanctus Bartholomeus dicens: Tercia die resur-
7m rexit a mortuis. Septimum articulum
posuit beatus philippus dicens: Ascendit ad
celos sedet ad dexteram dei patris omnipo-
8m tentis. Octavum posuit sanctus matheus
dicens: Inde venturus est iudicare vivos

et mortuos. Nonum posuit beatus Jacobus 9m
alphei dicens: Credo in spiritum sanctum. Decimum ar- 10m
ticulum beatus simon dicens: Sanctam ecclesiam
catholicam sanctorum communionem. Undecimum 11m
posuit sanctus thadeus dicens: Remissionem
peccatorum. Duodecimum posuit beatus mathias 12m
dicens: Carnis resurrectionem et vitam eter-
nam Amen. Primus gradus

Fides quidem necessaria est et valde ur-
gens quia in omni genere verum est quod
non habet principium non potest habere finem
sicut qui non habet ignem non habet calorem, et qui
non habet florem non habet odorem, et qui non habet
cor non potest habere membrum, et si non est funda-
mentum non sunt parietes, et si non est radix
non sunt rami; et sic principaliter maxime sunt necessaria.
Cum igitur in genere virtutum theologicarum fides
sit prima est nobis multum necessaria, quia sine ea nec
spes nec caritas haberi potest que sunt virtutes ne-
cessarie ad salutem. Est scala per quam deus
ascenditur ad deum. Primus gradus qui est
necessarius quasi primus est quod beatus petrus
posuit dicens: Credo in unum deum patrem omni-
potentem. Circa quem gradum iiii^or considerare
debemus et credere scilicet unitatem essencie. Unde dicit
Credo in unum. Secundo personarum pluralitatem intelli-
gencie. Unde dicit deum. Tercio operationem beni-
volencie. Unde dicit patrem. Quarto sublimi-
tatem omnipotencie. Unde dicit omnipotentem. Prima
igitur debemus credere unitatem essencie. Deus
enim est summum quod semper unus gubernator et
rector. Dispositio enim humanarum rerum melius
fit per unum quam per multos. Sicut infinitudo pro-
videncia inducit sepe in subditis dissensi-
ones. Sicut hoc corpus hominis ad hoc quod bene
gubernetur et regatur una anima ei infunditur
et partes corporis ad hoc quod bene in suis actibus
ordinentur per unum cor regantur. Et similiter

melius regitur per unum quam per duos. et navis melius per unum gubernatur quam per plures. Et sic apparet in civitate et regno et mundo. Sic etiam videmus in ecclesie regimine quia totius ecclesie unus summus pontifex presidet. Et similiter sic mundi unus autem deus qui est totius universitatis creator et gubernator et rector. Unde Sap. In fine xii methaphisice: quod unus est mundus. Unus est princeps mundi. quod apparet consideranti diversos. Et quamvis sint dii multi, ut dicit (?) nobis autem non est nisi unus solus deus. Si quis vellet dicere quod in divinis sunt tres persone et quelibet est deus sic erunt plures dii. Dicendum quod tres persone sunt unus deus et non tres dii sicut fides asserit catholica. Cuius exemplum in sensibilibus invenimus. Videtur enim quod in flore sunt tria scilicet species (?) redolencia et pulchritudinis decoria et ista tria sunt unus flos. Similiter in igne inveniuntur tria scilicet species ignis caliditas et lucidas que tamen tria sunt unus ignis et non tres. Et sic tres persone sunt unus deus. propter quod dicit scriptura Audi israel dominus deus tuus unus est. Sed potest fieri (?) plures deos quod sic patet. Deus enim est finis ultimus ad quem omnia ordinantur. Finis enim est magis diligibilis et plus finis quam sunt ad finem. Sicut sanitas diligitur magis quam medicina que ad sanitatem ordinatur et corpus diligitur magis quam vestimentum quod ordinatur ad corporis ornatum et creator magis debet diligi quam creatura. Cumque ergo homo non curando de offensa dei inclinatur ad creaturam. Ita aliam fidem sibi constituit et alium deum facit. Dicit apostolus (?) de gulosis: quorum deus venter est. et gloria in confusione. Et sic patet (?) in omni peccato mortali in quo homo avertitur ab ultimo fine qui sit ratio boni incommutabilis et

convertitur ad creaturam que sit ratio boni commutabilis. ¶ Secundo debemus considerare perspicacitatem intellectus. Deus enim sic dicitur deinas (?). dicitur theoscites (?) quod est videns. Deus enim est omnium contemplator non solum enim est contemplator rerum exteriorum sed etiam cogitationum. Ipse enim omnia videt sed omnem diem (?) tempus quod quantum ad deum non est preteritum nec futurum. Sed omnia nuda et aperta quia principaliter movet (?). Unde exemplum de barbario qui furatus fuit vitulum (?) et de muliere que comprehendebat virum suum. ¶ Tercio debemus considerare et credere perfectam benivolentiam. Unde dicit apostolus In divinis enim est pater a quo omnis paternitas nominatur in celo et in terra. Et ratio huius est quia deus est summum bonum. bonum autem de ratione sui est sui ipsius communicativum et summum bonum summum communicativum. Sed in creatione non potuit deus sine summo bono communicari quia creature non possunt totam divinam bonitatem recipere sicut patet in multis. Exemplum. Sol enim claritate sua communicat omnibus stellis sed nulla potest totam claritatem solis recipere nec oculus similiter. Et si venter ad fistulam (?) recipiunt vinum a dolio non potest totum vinum recipere. Exemplum discipuli recipiunt scientiam a magistro sed non potest discipulus in quantum discipulus totam scientiam doctoris recipere. Et secundum hunc modum nec creature omnes simul possunt totam divinam bonitatem participare. Et ideo fuit conveniens quod in natura divina esset aliqua persona que totum esse et totam bonitatem divinam susciperet. Et hec persona recipiens per modum nature vocatur filius. et persona a qua recipit est pater et sic in divinis est pater. Unde Io. Ipse vocavit me pater meus es tu. ¶ Quarto considerare et credere debemus sublimitatem

Exemplum

hoc quomodo pater sit in divinis

Exemplum

potencie. Unde dicitur omnipotens. Ipse enim
omnipotens est quia omnia operari potest et nullius operacio
non attingit ad aliquam creaturam. Quia potencie
cuiuslibet creature determinatur ad aliquem locum. Sicut
potestas regis Francie non se extendit
ad regnum Hispanie. Et potestas unius episcopi
non se extendit ad dyocesim alterius.
et potestas summi pontificis non se extendit
ad ipsum paganorum. Iuxta illud apostoli. De hiis
que foris sunt non nostrum iudicare. Sed
potestas dei non limitatur ad aliquem locum nec
ad aliquem effectum sed omnia concludit et omnia
ambit. Unde est in toto universo et in aliqua parte
eius sicut anima in toto corpore et in qualibet eius [parte].
Item dicitur omnipotens quia omnia potest sine adminiculo
et auxilio alterius agentis vel cooperantis
quod non contingit de aliis. Ista anima non potest
videre sine oculo nec ambulare sine pede
nec faber non potest fabricare sine marcello.
nec scriptor scribere sine calamo. nec artifex
sine manu et sic de aliis similibus. Sed deus
omnia sine cooperatore potest. Iuxta illud. Quis
cognovit sensum dei. aut quis consiliarius
eius fuit. Et apostolus hoc dicit virgini Marie
angelus. Non erit impossibile apud deum
omne verbum. et sic deus est omnipotens. quia nec sub-
terfugit potestatem eius ipsum peccatum. quia peccare
non est posse sed deficere et cadere. Ille
enim qui cadit non se bene potest tenere. con-
tingit ex defectu pedis. Pes autem anime est
amor. Sicut enim corpus fertur per pedes ita an-
ima per amorem. Sed cum amor deflectitur
ad inferiora et cadit ad ipsa dicitur homo
peccare. et sic patet quod peccatum non est
nisi casus amoris et voluntatis. Deus
autem est immobilis et stabilis et ideo pec-

care non potest. Et propter quod dicitur in ecclesiastico. Quis
ex vobis arguet me de peccato. Seq. 29

Non solum est necessarium homini Simo
credere unum deum creatorem celi
et terre et omnium. Sed etiam necessarium
est credere quod deus sit pater et quod Christus sit verus
filius eius. Iuxta illud. Hic est filius meus
dilectus in quo michi bene complacui. Unde istum ar-
ticulum sine gradu posuit beatus Iohannes di-
cens dei discipulis etc. Et in ihesum Christum fi-
lium eius unicum dominum nostrum. In quo quidem
articulo quatuor continentur. Et primo est beneficium sal-
vatoris in hoc quod dicitur Ihesum. Secundum est ma-
gisterium eruditoris in hoc quod dicitur Christum.
Tertium est privilegium dilectionis cum dicitur filium
eius. Quartum est dominum prelacionis in hoc
quod dicitur unicum dominum nostrum. Primum est bene-
ficium salvatoris quod patet cum dicitur in ihesum qui
interpretatur salvator. Iuxta illud angeli ad Io-
seph. Vocabis nomen eius Ihesum. Ipse enim
salvum faciet populum suum a peccatis eorum.
Sed possibile est dicere. Si ipse est salvator
mirabile videtur quod multi dampnantur et pau-
ci salvantur. Dicendum est quod malum contingit
omnifariam. bonum autem ex una parte tan-
tum. pro quo habemus exemplum. Sicut est de malo
sic de pulchritudine et sano. pulchritudo enim
contingit ex porcione et habitudine omnium
membrorum. Ad hoc enim quod facies hominis
sit pulchra requiritur ad omnes partes sint
pulchre et bene ad invicem disposite et
modo debito colorate. Sed ad hoc quod turpis
sufficit defectus cuiuslibet partis. quia de-
fectus cuiuslibet partis faciem reddit
faciem turpem. et sic multis modis con-
tingit defectus et turpitudinem facit. Dile-

Nota

Nota

sit

est de sano. Bonitas enim consistit in conve
nientia omnium humorum. Unde ad hoc quod homo
sit bene sanus requiritur quod omnes humores
corporis sint bene adinvicem consumati et omnia
membra sint bene disposita. Sed ad infir
mitatem sufficit superhabundancia unius humo
ris vel infirmitas cuiuscumque partis. Sicut in
quacumque parte corporis homo infirmetur dicitur
infirmus et sic est de peccato. Ad hoc enim
quod homo sit bonus et virtuosus requiritur
quod habeat omnes virtutes. Sed excessus unius
operis sufficit quod homo peccator censeatur
sive committat adulterium sive furtum et
sic multis huiusmodis generaliter peccatum.
Et ideo plures sunt qui dampnantur quam qui sal
vantur. Iste hoc loco continguit ex loco. Vi
demus enim quod qui habitant in loco in quo e
aer corruptus et infectus illi de facile
corrumpuntur et moriuntur. Locus iste est mun
dus in quo infirmatur quia nullus potest vi
vere quin peccatum incurrat. Unde Ioh. Si dixe
rimus quia peccatum non habemus ipsi nos sedu
cimus et veritas in nobis non est. Et ideo si volumus in
firmitatem evadere debemus ad locum un
de processimus redire. Sicut enim faciunt peritis
simi medicorum quod infirmos qui infirmitate
graviter laborant remittunt ad locum ubi nascun
tur. Prima locus est principium generationis et est
locatio generalis et conservatio ipsius. Locus
autem anime nostre est deus quia ab ipso pro
cesserunt. Unde nos videmus quod omnia que
dei sunt propinquiora sunt incorruptibilia et
sana. Sicut omnia corpora celestia que nulla
alteratione sunt. Illa autem que a deo dis
tant sicut elementa inferiora et corpora mix
ta et alia huiusmodi multipliciter variantur
et corrumpuntur. Et ideo nos qui sumus in
mundo peregrinantes a deo multis peccatis

afficimur et pollutam et maculam. Licet
remaneat possibilitas ad salutem non ha
bemus medicinam recipere et humores pravos
purgare quod fit per primam incessanter gratiam
et per hoc anima redit ad locum suum et sa
natur. Illi vero qui magis a deo distant
maiori infirmitate gravantur. Sicut dampnati
in inferno in quibus non remanet aliqua impossi
bilitas ad salutem neque purgari non possunt
per aliquam medicinam quia non possunt recipere gra
tiam. Et ideo omni studio laborare debemus
ut ad locum nostrum redeamus quia et illud
desiderium inest cuilibet creature. Videmus enim
quod alia redeunt ad stabulum et volucres
ad nidum et levia tendunt sursum. Unde
quando candela accenditur vapor ascendit
in altum nec aliquis res potest quiete habere
donec ad locum veniat naturalem. Et ideo nullus
est in hac vita cuiuscumque potentie vel dig
nitatis vel honoris vel glorie quando perfecte in
suo animo quietetur et reata huius est quia sunt extra
proprium locum. Sed tunc anima pervenit ad deum tunc
quietatur et sanata est. Aug. Conf. In pace
in idipsum dormiam et requiescam per primum.

¶ Sequitur secundum scilicet magisterium erudi
tionis i. in xpum. xps enim instruxit unctus.
Unctio enim docet de omnibus. Sicut dicitur Io.
in canonica sua. Docuit autem nos omnia que
sunt ad nostram salutem necessaria quia contra qua
libet infirmitatem docet medicinam salubrem.
Sunt autem in nobis tres infirmitates spiritua
les scilicet originalis mortalis et venialis. Ex
quibus infirmitatibus relinquuntur in nobis
quatuor mali humores scilicet debilitas malicia
concupiscentia et ignorancia. Contra culpa
quidem originalem ordinavit baptisma.
Contra mortalem penitentiam. Contra venialem

gloriam victoriæ. Contra debilitatem con-
firmationem. Contra maliciam Eucharistiam.
Contra concupiscentiam matrimonium. Contra ig-
norantiam ordinem. Sacrum sit patet primum. ¶ Se-
quitur secundum ibi: et filium eius. Quia enim in tri-
nitate est pater, ita et filius. Sicut testimonio sacræ
scripturæ testatur. Unde Christo baptizato
vox patris de celo intonuit. Hic est filius
meus dilectus in quo mihi bene complacui. Et in psalmo
dominus dixit ad me filius meus es tu. Et ratio huius
est quia in deo sunt perfectiones omnium rerum, nec deest
deo aliquid de eis quæ ad perfectionem sunt. Primo
dicit secundo physicorum (Metheororum): Quod unumquodque perfectum
est quando tale sibi producere quale ipsum est. Ideo ipse
deus dat virtutem generandi omnibus aliis
rebus. Non est ergo conveniens quod a generatione sit
sterilis. Ysaie ultimo: Ego qui generationem aliis tri-
buo ipse sterilis ero. Et sic ad perfectionem divinam
requiritur quod sit generatio et processio. Sicut enim vi-
demus exemplum in sensibilibus creaturis. Sicut
in pomo a quo procedit sapor, et a sapore
procedit odor. Similiter in sole in quo tria inveni-
untur, scilicet materia et refulgentia et caliditas. Unde
ab ipso sole procedit splendor, et a sole et
splendore procedit calor. Et in anima tria
sunt: memoria, intelligentia, voluntas. In-
telligentia quidem procedit a memoria, et ab
utroque procedit voluntas. Et cum iste perfectiones
deriventur a perfectione divina, oportet quod inveni-
atur in eo unum quod a patre procedit filius, et
ab utroque spiritus sanctus. Et sic patet quod in deo est
filius. ¶ Sequitur tertium, scilicet dominum nostrum,
ibi: unicum dominum nostrum. Ipse enim in re-
demptione dominium super genus humanum acquisivit.
Propterea quod nullus est verus dominus nisi Christus. Ad
verum enim dominum pertinet quod possit subditos
ab impugnationibus defendere. Sicut exemplum habetur
in quodam milite qui suo regi erat valde

dilectus et carus. Hic cum graviter infirmaretur
desperatus fuit a rege. Cui rex dixit: Con-
fortamini et petatis a me quicquid vultis.
Cui miles dixit: Peto corporis sanitatem.
Et rex respondit: hoc non est in potestate mea.
Cui miles respondit: committo vobis et deo celi
quod si me liberaverit quod ei ulterius militabo.
Et statim est ab infirmitate sanatus. Simi-
liter in historia Alexandri quod cum venisset
ad gymnosophistas, et diceret Alexander
eis quod peterent quicquid vellent, tunc peti-
verunt a rege immortalitatem. Qui respondit quod
non habeo vobis dare non possum. Unde illi:
Postquam quod vultis quod petitis dabo. Qui
dixerunt regi: petimus nos morte carere. Hic si
tu dederis mundi gratiam dabis. Unde nichil
est aliud quod nobis desit in orbe. Unde si de-
deris prospera cuncta simul. Et respondit Alexander:
Quia tibi non habeo neque vitam dare. Responderunt
regi: miser es tu morti subditus. Quare illuc
circuis cum mala tanta facis. Sicut ergo patet
solus est dominus ihesus christus quia solus potest conferre
immortalitatem vel suppetere. Iohannis decimo: Et ego ipse dat
et vitam eternam do eis. Sequitur tercius.

Qui conceptus est de spiritu sancto
natus ex maria virgine. Unde
solum est nostrum? verum credere
in filium dei sed etiam audire credere incarna-
tionem eius per quam scilicet nobis visibilis apparuit.
Unde ille qui dicitur verbum erat in corde patris
non cognoscebatur nisi a patre tantum. Sed indutus
carne sue manifestatior est nobis. Unde
Baruch iii: postmodum hic in terris visus est et
cum hominibus conversatus est. Unde Io. in canonica:
quod fuit ab initio quod vidimus et audivimus
et manus nostre contrectaverunt. Hoc exemplum
patet in rebus sensibilibus de verbo modo quod
in nobis profertur. Licet enim verbum prolatum
a nobis cognoscatur per auditum tamen non videtur.

nec tangitur. Sed cum scribitur in carta tunc
et videtur et tangitur. Sic et verbum dei et invisi
bile et tangibile factum est cum in carne
natum fuit quod scriptum est. ysa. dicitur in capitulo
Sume tibi grandem ~~librum~~ librum et scribe in
eo stilo filium hominis. Sed quia circa hunc arti
culum aliqui erraverunt sicut origenes qui
dixit quod christus ad hunc natus est et veniet in
mundum ut salvaret homines et insuper dy
abolos esse salvandos in fine mundi. Sed quia
hoc est contra sacramentum sacre scripture quia quod dicitur
Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est
dyabolo etc. Propterea ad removendum hunc
errorem sancti patres addiderunt in alio sym
bolo in synodo nicena Qui propter nos
homines et propter nostram salutem descendit de celis.
et non propter demones. Et ideo circa totum istum ar
ticulum iiii^or notabilia ad salutem necessaria po
nuntur. primum est obedientia humilitatis quia propter nostram
salutem descendit de celis. Secundum est mundi
cia puritatis id est et incarnatus est de spiritu sancto
Tercium est excellentia dignitatis scilicet natus ex
maria virgine. Quartum est benivolentia cari
tatis. ibi homo factus est. Ista enim iiii^or nobis
proponuntur in hoc articulo ad credendum Primum
quod est obedientia humilitatis quia descendit
de celo Superbi non volunt hunc imitari
quia potius volunt christum in altitudine ascendendo et
illis de imitatoribus qui dixit ascendam.
et tales periculosissime ruunt. et ac
cidit eis sicut vaporibus elevatis in altum
et ignitis qui postea deorsum cadunt. Similiter
de talibus dicit psalmista. Vidi impium super ex
altatum et elevatum sicut cedros libani
Debemus igitur imitari et humiliari cum ipso
qui propter hoc de celo descendit et humili
avit ut nos sequamur vestigia eius
Ut augustinus in libro de doctrina christiana

dicit. christus per hominem quem assumpsit et gessit
in terris doctor ~~mag~~ magnus fuit. Sed
cum monstruosum esset valde si caput des
cenderet inferius et pedes ascenderent superius
Ipse enim est caput nostrum sicut dicit apostolus Insuper
humilitas est res multum fructuosa. Si enim
inspicimus omnia que a deo creata sunt. terra
videtur esse vilior creaturis et tamen quia in infimo
est locata. tamen super omnia alia elementa est
fructuosa Ita ab ea nobis ministrantur que ad
victum humanum necessaria demonstrantur. Dicitur fru
mentum vinum et oleum. et ad hoc quod in minora
ra pte. terra magis humiliatur et quanto magis in
infimo collocatur tanto fructuosior redditur.
Tercia de venis terre procedunt fontes
et diverse aque dulces Alie salsitate et
multe alie que valent ad diversas infirmi
tates hominum. et inde aurum et argentum
et lapides preciosi qui valent ad hominum
opulenciam et ornatum Et secundum hunc modum
homo qui se voluit humiliare efficitur fructuo
sus. et bonis operibus spiritualibus ditabitur
scilicet gracia et virtutibus. propter quod dicit Jacobus
humilibus deus dat graciam. quia humilitas facit
cor gratum et ideo receptivum Superbia
non facit cor inflatum et vanitate plenum
Sed quod plenum est vano liquore non est aliis
receptivum. Qui igitur vult recipere divina
dona debet per humilitatem descendere in hymum
Sic enim apparet in sensibili exemplo Si quis
vellet haurire aquam de puteo. oportet
quod vas demittatur inferius. quia si superius reti
neret non posset aquam haurire. Vas istud
est cor humanum quod debet descendere ad yma
per humilitatem ut possit recipere divina vir
tutes. et sic patet primum Secundum est
mundicia puritatis. ibi. Qui conceptus est
de spiritu sancto. Sed quia cum in diversa sint

Nota fructum humilitatis

opa cinta(n)t q(ue) xpc saluatoris (con)cepto sp(irit)ui
s(an)c(t)o attribuit(ur). Et dicendu(m) e(st) q(uod) misericordia
denotat operacione(m). sic qui facit ut det
elemosina(m) vocat(ur) pius. et qui dat elemosina(m)
p(ro)pt(er) mu(n)dana(m) gl(or)ia(m) vocat(ur) vanus. Vii cir-
c(um)starie Cu(m) (con)ferat a(n)i(m)a bona sua p(ro)pter
aliq(ue) inh(er)ere (con)tinua et concupiscencia ex-
plenda no(n) d(icitu)r p(ro)digus s(ed) luxuriosus. Et
qui mercat(ur) p(ro)pt(er) pecunia(m) cu(m) vetula opu-
lenta no(n) d(icitu)r luxuriosus s(ed) avarus. Et q(ui)a
xpc (pro)pt(er) misericordie carne(m) assumpsit ut nob(is)
miseris subveniret, ideo misericordie fuit (ser)m(on)es
p(er)tinent et ma sp(irit)ui s(an)c(t)o attribuit(ur). Ideo p(ro)p(ter)ea
p(otes)t d(ici) de sp(irit)u s(an)c(t)o (con)ceptus. Tu ibi fuit
potencia p(at)ris. q(ui)a statim corpus xpi format(ur)
et a(n)i(m)a (crea)ta (con)iungit(ur) in illo mome(n)to
cu(m) virgo dixit. Ecce ancilla d(omi)ni. et h(oc)
no(n) p(otes)t fac(er)e potencia alicui(us) creat(ur)e. q(ui)a o(mn)is
creat(ur)a in suo op(er)e t(em)p(u)s requirit. Sic fir-
mamentu(m) requirit die(m) ut moveat(ur) ab
oriente in occidente(m). et luna requirit
mensem. et sol requirit annu(m). Et h(om)o in de-
t(er)minato t(em)p(or)e formatur in ventre matris. Sed
in (con)cepcione deo op(er)atu(m) e(st) potencia p(at)ris
p(ro)pt(er) q(uod) in instanti (con)pleta fuit (con)ceptio. Unde
... om(n)i faciet d(omin)us sup(er) t(er)ra(m). Ibi op(er)a-
ta fuit sap(ient)ia filii q(ui)a corpus suu(m) ap(er)te
disposuit. et me(m)bra om(n)ia decenter or-
navit. Et ideo speciosus for(m)a p(re) filiis
ho(m)i(n)um fuit. Ibi op(er)ata e(st) gr(ati)a sp(irit)us s(an)c(t)i que
(con)cepcione(m) illa(m) i(m)mune(m) ab o(mn)i p(e)cc(at)o red-
didit. q(uod) no(n) (con)tingit de aliq(ui)b(us) s(an)c(t)is. Licet
licet e(ni)m aliq(ui) nascant(ur) sine p(e)cc(at)o q(ui)a s(an)c(t)i-
ficant(ur) in ventre matris. Sicut legit(ur) de vir-
gine maria et ieremia et ioh(ann)e bap(tist)a. tamen
om(ne)s in p(e)cc(at)o (con)cipiunt(ur). qui s(e)c(un)d(u)m se(n)sale
racione(m) ab ada(m) descendunt. xpc aut(em) no(n)

solu(m) nat(us) s(ed) eciam (con)ceptus sine p(e)cc(at)o fuit.
Et i(de)o d(icitu)r natus. Esse sine p(e)cc(at)o solus re-
p(er)tus e(st). et sic p(ate)t 2(m). Tercia e(st) excel-
le(n)cia dig(ni)tatis. ibi natus ex maria virgine.
Pro aut(em) xpc de virgine nasci voluit.
q(ui)a (con)plet e(st) status h(um)ane nat(ur)e. s(cilicet) (con)iugal(is)
vidual(is) et virginal(is). Primus q(ui)d(em) e(st) bonus. S(ecundus)
e(st) melior. Tercius e(st) p(er)fectius et optimus.
Et q(ui)a q(uod) e(st) optimu(m) deo est attribuendu(m).
Ideo (con)veniens fuit ut de virgine nasceret(ur).
Un(de) sic de ea nat(us) fuit q(uod) virginitate(m) in
nullo minoravit. Hic p(otes)t pat(er)e in s(ens)ib(i)-
lib(us) exemplis. xpc e(ni)m p(ro)cessit sic de vir-
gine sic splendor de stella qui i(n) nullo
diminuit stella(m). et sic odor de rosa. ro-
sa e(ni)m p(ro)cedit de spina et odor p(ro)fun-
dit(ur) ab ea. Spina q(ui)dem fuit h(um)ana
natura. Rosa fuit virgo maria q(ue) immunis
fuit ab o(mn)i p(e)cc(at)i p(un)ctura. Et ab ista
rosa p(ro)cessit odor. i(d est) m(un)di salvator. Et
sic(ut) balsamu(m) a fiala. Balsamu(m) e(ni)m
q(uod) deformitates cicatricu(m) operit et ador-
nat est salvator m(un)di qui deformitates
p(e)cc(at)or(um) destruit et decencia(m) nat(ur)alis(si)mis
restituit. et sic p(ate)t 3(m). Sequit(ur) q(ua)rta
s(cilicet) benivolencia caritatis. ibi et h(om)o fact(us)
est. Multu(m) e(ni)m t(ame)n magnu(m) donu(m) p(otes)t
(con)tra et h(om)o recipe a deo. sic fuit id q(uod)
fili(us) dei est h(om)o fact(us). Hic est e(ni)m be-
neficiu(m) et donatiu(m) q(uod) in nob(is) cari-
tate(m) accendit. et ad amore(m) salvatoris
inducit. Hic e(st) e(ni)m salvatoris miseracio
ut nos ad suu(m) amore(m) inflamet. q(ui)a
sine caritate no(n) possum(us) p(er)venire ad
sup(er)na felicitate(m) q(uod) patet t(ali) exemplo.
Videmus e(ni)m q(uod) in h(oc) mu(n)do corpa q(ue) sunt
sup(er)ius levia et calida. et corpa q(ue) sunt

inferni sunt grandia et calida frigida. Se-
cundo quia est graue non potest sursum ascendere nisi sub-
tilietur et alleuietur et id quod est frigidum in-
flammetur et similiter hunc modum cor durum quod sunt
grandia et frigida debet subtiliari et ca-
lefieri per ignem amoris. Amor autem in
nobis accenditur recogitando beneficium
saluacionis. Naturale enim est quod dampna
mouent ad amorem et sic subtiliati et
calefacti poterimus ascendere ad patriam
celestem. Tercio enim videmus si aliquis aquam
frigidam ponat in olla. ipsa enim aqua quiescit
et sursum non ascendit. Sed si sub-
ponitur ignis sub olla facit eam fer-
uere et eam apparare. et vapores sursum
ascendere. Simili modo si cordibus nostris fri-
gidis subponatur ignis caritatis eam
feruere facit. Et nos videmus quod id quod
feruet sursum se ipsum attendit. et per hunc
modum accensi et inflammati ascendemus
de hac valle miserie ad locum celestis
patrie. Sequitur

Passus sub poncio pylato cru-
cifixus mortuus et sepultus. Istum articulum
posuit beatus andreas qui est
... necessaria ad salutem. Ita sic debemus
credere incarnacionem filii dei. ita neces-
sarium est credere passionem eius et mortem
... sicut dicit gregorius Nichil nobis
nasci profuit nisi redimi profuisset. Se-
cundo passus aliqua credere Tunc necessarias fuit
quod filius dei pro nobis tam magna pateretur
Et ... est Quia hic est necessarius quia morte
christi habemus remedium contra mala que
... peccatum ... Peccatum quidem quantum
ad primus ... mala nobis infert. Ita peccatum
tollit locum. prohibet motum Corrumpit
affectum Et constringit ad iram. Pr...

quidem peccatum tollit locum Omnis enim creatura
habet locum secundum exigentiam fortune sibi debitam
Et quanto creatura nobilior tanto locus de-
bet altior et hoc patet in omnibus creaturis
Differunt enim species creaturarum ab inui-
cem quod due equales inueniri non possunt sic-
ut patet in numeris quod vna species aliam excedit sicut
septenarius senarium et senarius quinarium.
et sic secundum quod species magis perficitur tanto
in altum ascendit. Primo quod talis ordo inue-
nitur inter angelos. quia archangeli sunt
super angelos. Super archangelos sunt prin-
cipatus. et super principatus sunt potestates. et sic
de aliis Et hoc eciam patet in corporibus Ecce
super terram est aqua quia nobilior terra. et
super aquam est aer quia nobilior aqua et
super aere est ignis. et super igne est celum
stellatum. et super celum stellatum est celum
cristallinum et super celum cristallinum
est celum empireum quod quidem nobilissimum est
in summo locatur. Item et patet in rebus
elementatis. Ita super elementa sunt me-
talla. super metalla sunt herbe. super her-
bas sunt alia. super alia sunt homines. et sic
per gradum nature homo est superior in tota natura.
et ideo in omnibus creaturis in primordio con-
dicionis racione omnibus est prepositus Vnde patet
in genesi. ut presit piscibus maris et vo-
latilibus celi. Sed hunc gradum et locum
nobilitatis homo per peccatum amittit Et ra-
cionis est quod peccatum debilitat et ignobili-
tat hominem maxime et ponit in ea turpis-
sima forma Vnde quod dicit augustinus quod peccator
non est dignus pane quo vescitur Racio
autem huius potest esse quia omnis creatura quantum-
cumque sit vilis gerit aliquam similitudinem

creatoris. ad minus esse. peccatum autem est
recessus ab eo. et ideo cum peccat efficitur nisi
illud quod peccans fit dissimilitudine quod sibi
tum. Vnde dicit aug(ustinus) quia inveni me esse longe
a deo in regione dissimilis. Sed per passionem
xpi peccatum delet(ur). Apoc. i° Dilexit nos
et lavit nos a peccatis nostris in sanguine
suo. Ista xpus in sua passione fecit
balneum de sanguine suo quo peccatores la-
vantur. Sed deleto peccato restituitur locus
et sic etiam h(abe)mus in corporalibus. Videmus enim
quod vapores qui subtiliantur sunt in alto.
sed qui grossantur sunt in imo. Et ideo ante
xpi passionem omnes descendebant ad in-
fernum quia non erat destructum peccatum naturale
Sed per mortem xpi. per quod peccatum fuit des-
tructum et deletum Apoc. v°. Vno non sa-
crificio quod culpam erat deletum. Sci-
entes erant deducti de limbo. et producti
ad celum et sic patet secundum. ¶ Tertio per peccatum
pervertitur motus. Quicumque enim aliquid operatur
intendit ad aliquem finem. aliter non opera-
retur nisi pervenire ad finem. et quamquam
movetur intendit tantum ad quod debeat per-
venire et in ipso quiescere. Cum igitur nostra
creatura rationalis quiescere et solum tempus de-
Ista ipse appetitus rationalis in nullo bo-
no creato potest sic quiete nisi perveniat
ad deum Apoc. i° aug. Domine fecisti nos
ad te. et ideo inquietum est cor nostrum donec
revertatur ad te. et quia ibi solum quiescit sic
diligit. et id quod diligit libenter respicit
Ibi. Vbi est cor tuum. ibi oculus tuus.
Ideo natura fecit hominem rectum et oculos
passim in altum ad respiciendum sue quie-
tis tum Apoc. i°. Os homini sublime de-

dit celumque videre. Sed peccatum pervertit istum
motum. Cum ideo est quod peccatum est grave Apoc.
i° Iniquitates mee sicut onus grave sunt super
me et sicut omne grave gravitate sua fertur deorsum.
Sic quod dicit apostolus Deponentes omne pondus
et circumstans nos peccatum. immo non solum
grave. sed nichil est tam grave quod celum non
potuit ipsum sustinere. Vnde patet de illo an-
gelo peccante qui statim postquam peccatum fuit
in infernum detrusus. propter quod hominis ideo assignari
Illud enim est gravius quod descendit ve-
locius. peccatum autem velocissime descendit.
quia non in tempore sed in instanti Sed passi aliquando
obire multi sunt peccatores in mortalibus
constituti qui tamen in infernum non descendunt
Et dicendum est. quod ideo quod dum est in statu
vite presentis fit possibiliter ad resurgendum
Item aug. de nove desperandi. dum est
in vita. quia subvenit eis pietas salvatoris
Sed si in morte descendit cum mortali
peccato statim et in puncto demergitur in infernum.
Iob xxi Et in puncto ad infernum descendunt
Hunc autem motum perversum per peccatum per mor-
tem suam dirigit xpus. Vnde quod ipse dicit
Et si exaltatus fuero a terra omnia traham ad
me ipsum Cum velit quod sursum trahi Sed
per amorem cruci affigi Vnde legitur de sancto
Ignatio. et de apostolo qui dixit xpo confixus
sum cruci et sic patet quartum ¶ Quinto peccatum
corrumpit affectum. est enim peccatum sicut hu-
mor frigidus et reumaticus qui tollit
appetitum Vnde peccatores nichil spirituale
sapiunt. quia si dulcedinem spiritualem sape-
rent et gustarent omnia mundana contem-
nerent Inf. id. aug. Gustato spiritu
desipit omnis caro Sed xpus per sua

morte et p modum mortis affectum accen
dit. Unde ad Ro. Cuspinia te in amabi
lem reddit bone ihesu calix passionis quem
bibisti opus est nostre redempcionis. Et iste
modus passionis. Ita si respicimus eius
pedes uno clavo simul affixos ad demon
strandum quod xpistus suum amorem cum nostro iungi
vult. Item si attendimus latus eius perforatum
ex eo profluxit sanguis qui fuit intimus
dilectionis cordis. Item si aspicimus brachia
que sunt in cruce extensa significant quod xpistus
est paratus recipere peccatores. Item si aspicimus
capud non est sursum erectum sed inferius de
pressum ad significandum quod vult nos exaudire
et ideo prebet suum auditum. Unde ad quod par
bat psalmista Inclina aurem tuam et exau
di verba mea. Et sic patet tertium. Quarto peccatum
constringit ad reatum. Sicut enim exigit ius
ticia dei ut quantumque peccat puniatur. pena
autem pensatur exempla Culpa autem
pensari debet ex parte eius in quem peccatur. quia
magis peccat qui offendit principem quam
qui offendit rusticum. Cum igitur peccator
per peccatum mortale offendit infinitum
bonum scilicet deum cuius precepta contempnit.
pena debita pro peccato mortali est infinita
Sed xpistus per passionem suam peccatum nobis
abstulit. et ipse in corpore suo sustinuit
Unde illud beati petri. peccata nostra id est penam
peccati pertulit in corpore suo super lignum.
Ista passio xpisti fuit tante virtutis
quod sufficeret ad expiandum omnia peccata tocius
mundi. et eciam si essent ad sinc centum mun
di. Per hanc virtutem passionis xpisti ope
rantur omnia sacramenta. et propter hoc bapti
zati ab omnibus peccatis mundantur. Et inde

est quod sacerdos peccata dimittit. Ex habun
dancia enim virtutis dantur indulgencie

Descendit ad inferos. De quarto articulo quatuor gradus

Descendit ad inferos. Hunc articulum
sine gradum scale fidei per quem
debemus ad celum ascendere. posuit thomas
apostolus. xpisto enim mortuo deitas coniuncta fuit
corpori in sepulchro. et anime in inferno et ideo
ad maiorem edificacionem et istius descensus
manifestacionem. Debemus plura de inferno
inserere. Ut quod ad presens perduracionem. Quatuor
tuor quidem occurrunt. Et primo de ipsius
inferni assercione. 2o de ipsius locacione. 3o de
ipsius punicione. 4o de ipsius condicione. Primo
de ipsius assercione. Circa primum est quod quidam mi
de corde hominum fidem de inferno removerunt
ut securius hanc faciunt peccata in cul
pa. Quod tales dicunt Unde ad Sap.
Non est agnitus reversus ab inferis. et io
sed. est quod secundum tradicionem sacre scripture
et sana fide infernus est. quod patet rationibus
auctoritatibus sacre scripture et testimoniis
plurium apparet. Primo enim ondit sic
In deo enim est iusticia et mia. Sic enim iusti
sine ira est crudelitas. ita mia sine
iusticia fatuitas. quod utrumque est absurdum
dicere de deo. Igitur sicut deus premiat re
munerat bonos in vita eterna. ita retri
buit pro malis pena eterna. Sed pena
eterna non est in presenti vita. ergo oportet
quod sit alius locus et hunc dicimus inf
num et hoc est quod dominus dicit in ewangelio. Ibunt
hii in supplicium eternum. Iusti autem in vitam
eternam. Item omnes homines de hac vita
decedentes. aut decedunt sine culpa
mortali et veniali et originali et cum
plena satisfactione et sic statim evolant ad

Nota plura inferni est

gna

ad celum. qui autem cum culpa veniali et gratia
sunt vadunt ad purgatorium ut ibi venialia
purgentur. Quidam autem descendunt cum gratia
et cum obligacione pene nec. sicut fuerunt sancti
patres qui descenderunt ad lymbum quia nondum
erat precium nec purgatorium quia sunt per passionem
Christi delecti. Alii qui descendunt sine gratia
et cum originali peccato sicut pueri qui moriuntur
sine baptismo qui non habent peccatum actuale
quia non habent usum liberi arbitrii nec habent
gratiam quia non sunt per baptismum renati. sed
habent peccatum originale tantum quod traxerunt
per carnalem generacionem et vadunt ad alium
locum qui dicitur puerorum lymbus. Alii vero
sunt qui descendunt sine gratia et cum mortali
culpa et tales vadunt ad locum inferiorem
istis prioribus. hunc locum sacra scriptura vo
cat infernum. Unde in ewangelio mortuus est
dives et sepultus est in inferno. Secundo quia
cum inveniuntur unum quod contrarium duo contraria
opposita oportet quod si unum illorum inveniatur
reperitur quod inveniatur et reliquum. sed in mundo
isto sensibili ubi principaliter habitamus
invenitur indigentia et habundancia et in
venitur tristicia et leticia similiter sanitas
et infirmitas et claritas et obscuritas
sed sunt dicta supra celum ubi est ~~bonum bonum~~
bonum bonum est locus ubi est habundancia sine
indigentia. ibi est leticia sine tristicia. sa
nitas sine defectu. ibi est claritas sine
aliqua nebula. Ecclesia sic dicit Unde Cantus
celestis totum carmen quod delectat. ergo oportet
alium locum esse ubi ~~anima~~ ~~gratia~~ istius inve
niatur. scilicet indigentia absque aliqua habun
dancia. et tristicia et nulla leticia. et in
firmitas et nulla sanitas. et obscuritas
et nulla claritas. et iste locus talibus im
plens repletus dicitur infernus. Item in ig
ne sunt due qualitates scilicet splendor et
calor sed in celo est splendor sine calore
ergo oportet esse alium locum ubi sit calor
sine splendore. Item si in natura est unum op
positorum et reliquum. sed invenitur locus
ubi est bonum sine aliquo malo et amor
sine aliquo timore servili. ergo oportet invenire
locum alium ubi est malum culpe sine aliquo
bono gratie. et hic locus est infernus. et sic
patet istis racionibus quod infernus est. Patet
etiam auctoritatibus Unde dicitur in apocalipsi .20.
Dilatavit infernus animam suam et locus de
inferno patet etiam in ecclesiastico ubi ostenditur
etiam multis testimoniis. Dicit enim beatus Au
gustinus Quod lazarus discumbens ad men
sam cum Christo multa narravit de locis pe
nalibus. Item in epistola quam misit pylatus
ad tyberium cesarem de passione Christi
quod duo filii Symeonis iusti qui resur
rexerunt tempore passionis Christi narraverunt
multa de inferno quo Christus suos eduxit.
Item hoc patet de troyano quem beatus gregorius
suis precibus suscitavit et hoc patet ex
testimoniis philosophorum. Dicit enim ysaac quod
homines non colentes iusticiam et obscenis
actibus dediti retrudentur sub orbe tri
sti et tenebroso et erunt in eterna sem
piterna. Item Seneca in quadam tragedia sua
dicit quod quidam viderunt neronem balneantem
se apud inferos et ministros aurum
fluens infundentes et cum videret chorum
advocatorum ad se venire dixit huc
venite venale genus hominum Advocati
mei accedite. et in hoc vase mecum bal
neamini. Adhuc enim super est locus in eo
quem reservavi vobis et sic patet quod infernus est

[margin:] ... splendor q... / ... est
[margin:] gratia

Ubi sit infernus

Secundo debemus videre ubi sit. Et dicendum quod de hoc sunt plures opiniones. Quidam considerantes dicunt quod infernus est in alia superficie terre et ita monet ipsum esse, et quod sol et luna in die iudicii stabunt in firmamento suo, scilicet sol in puncto orientis et luna in puncto occidentis, et ideo illa superficies remanebit totaliter tenebrosa, quod competit condicionibus dampnatorum qui erunt in tenebris semper. Alii vero dicunt aliter et communiter tenetur quod infernus est circa centrum terre. Et sumitur ex glosa super Ionam ubi dicitur: Proiecisti me in corde maris. Dicit glosa: quod sicut cor est in medio alicuius, ita infernus est in medio terre. Et ideo similiter esse potest. Et sic dampnati a deo sunt remotissimi, quia longe a peccatoribus salus. Unde locus dampnatorum est remotissimus a celo. Sed nichil a celo tantum distat sicut medium terre. Item terra sicut frigidius elementum est inter omnia est gravissimum. Omne enim grave tendit deorsum, et quanto magis est grave tanto magis deorsum tendit. Et sic patet quod nichil sit inferius centro quod est medium terre, et nichil sit gravius peccatoribus, quod peccatores cum peccato mortali decedentes descendant ad centrum terre. Item condicio loci debet respondere condicioni locati, quia unumquodque in proprio loco locatur. Dicitur patet in corpore humano, ubi oculi locantur sursum in loco alto quia debent totum corpus dirigere, et pedes in infimo quia debent totum corpus portare, et cor in medio quia debet omnibus membris vitam influere. Et secundum hunc modum angeli qui sunt luminosi per gratiam sunt in loco supremo et luminoso. Et dampnati qui sunt obscuri per culpam debent esse in loco tenebroso. Sed nullus locus in mundo est tenebrosus nisi medium terre, sicut patet ad sensum, quia celum est luminosum, et ignis et aer et aqua recipiunt claritatem, et terra in superficie illustratur. Et sic nullus locus nisi centrum terre remanet tenebrosus. Unde vocantur tenebre exteriores. Matthei xxii: Ligatis manibus eius et pedibus proicite eum in tenebras exteriores.

Tercio quantum ad ipsius penam. Et sciendum est quod pena inferni est varia, multiplex et diversa. Et quia non possumus ea in speciali tota dicere, dicamus aliqua eius particula. Dicitur enim in psalmo: Ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum. Cum enim pena dicatur undique esse sicut tria que sunt in psalmo, ita illa tria sunt in inferno. In psalmo enim est ardor ~~ignis~~ corporis et fetor sulphuris et mordinacio animi ardoris. Quantum ad primum ignis: qui quantum ad ipsos sunt ad comparationem inextinguibiliter ignem istum excedit. Et ideo similiter est quod iste ignis accenditur per virtutem nature, ille vero divina potencia. Unde Ysaie: Flatus dei succendens eam, scilicet gehennam. Sed potencia dei infinitum excedit potenciam nature. Ergo ille ignis qui infinitum istum excedit. Exemplum huius habetur de quodam scolare qui apparuit magistro suo parisius, excussit unam guttam sudoris sui super manum eius, et ita eam perforavit quod per foramen apparuit. Item de Sebastiano, cum angelus ad aurem loquebatur, dixit quod iste ignis ita se habet ad illum sicut ignis pictus ad verum. Item fetor undique sulphuris et mordinacio animi videntur per procellas.

Quarto videndum est de ignis condicione, et dico quod ille ignis erit eternus. Et ratio est quia sicut dicit Bernardus

Exemplum

bernardi / Ad magnam iusticiam indicatur
pertinet. ut scilicet nolunt carere delicto non
debet carere tormento. Sed si aliquis dicat quod
quicumque peccat ipso peccat de peccato penitere et
de peccato resurgere. Et ideo quicumque ponit
se in tali statu a quo resurgere non potest
per se. Iuxta illud Vides et non redeis.
homo enim per se cadit. sed non per se resur-
git. Dicitur homo potest se precipitare in profundum
sed non potest per se de profundo exire. et ita
quicumque mortaliter peccat nolunt imperfec-
tum in peccato manere. Ut legitur de quodam
qui vocabatur fulco marsiliensis. Cum
enim esset excellens mundi delectationibus de-
ditus. dixit. Cogitans de inferni eternitate
dixit in corde suo. Ubi potius in loco de-
liciosissimo multum quam in inferno possis descendere
ubi isto loco tibi esset intollerabile quomodo
manere in tali pena. et sic dimissis omnibus
factus est monachus et postea episcopus tolosanus.

Descendit ad inferos. Sermo de eodem. Circa descensum
inferni. ad hec consideranda occurrunt scilicet diversitas habitationis.
consonancia nominis. efficacia fortitudinis
et convenientia introitus. Primum est
diversitas habitationis. Sicut enim infernus quater
distinctus sunt habitationes. quarum infima
dicitur et proprie dicitur infernus. Ubi est dam-
natorum habitatio et ibi pena sensibilis
et eterna. Secunda habitatio dicitur purgatorium
ad quod descendunt ante qui debent a macula
venialis peccati purgari. vel satisfactionem
complere quia pena purgatorii est in sup-
plementum satisfactionis que non fuit plene
in corpore consummata. et est ibi pena sensi-

bilis sed temporalis. Tertia habitatio est
que vocatur limbus puerorum ad quam descendunt
ante qui sine baptismo de hac vita dece-
dunt. Quarta habitatio vocatur limbus
patrum. ubi fuerunt sancti patres qui decesse-
runt usque ad christi adventum. Differunt autem
iste due habitationes quia in limbo puerorum
est pena dampni eterni. quia in eternum care-
bunt visione divina. Sed in limbo pa-
trum est pena dampni temporalis. quia pueris
in limbo existentibus aderat spes
vite beate in quibus est lumen fidei et
gratie refulgebat quod non adest pueris. et
quia sancti patres in quibus minimum de re-
atu culpe fuit supremum et minus tenebrosum
locum habuerunt omnibus predictis. et
ad hunc locum christus descendit. Et dicitur
hic locus infernus quia sicut sunt quatuor com-
munes et horribus limbus et infernus Dici-
